tionent̄. nō enī q̄cunq; aromatica oēs delectant. que vero gra/
uis odoris sunt opantur ecōtra. ¶ Tinctura vero parū imu/
tat corpus nisi q̄tum visum delectat: aut displicet. Aliter āt
imutant ꝑm exigentiā tincturaꝝ. Nam que stipticis tingun/
tur: vt grana: ⁊ psidia minꝰ rarificāt cutim q̄ que cū acutis:
⁊ apitiuis. ¶ Iteꝝ aūt in pellibus ⁊ pilosis operimētis di/
uersa est imutandi potentia. Na₃ coꝝ quecūq; multo pilo
abundāt molli: ⁊ leui: vehementiꝰ adherēt corpi: vñ ampli/
us calefaciūt: minus tm̄ exiccant. Que vero modicū hn̄t pili
parū valde calefaciunt. Silr̄ que durū hn̄t ⁊ aspeꝝ pilum
calefaciūt paꝝ: ⁊ multū exiccant ⁊ indurant. Iterū etiā que
ex cholericis aīalibꝰ sunt: vt ex vulpibus multū calefaciūt:
⁊ exiccāt. q̄ vero ex alijs minus. ¶ Amplius aūt que sunt ex
aīalibus humidis atq; calidis pediculos fouent atq; multi/
plicāt: vt pelles agnine. Que vero ex calidis: ⁊ siccis pulices:
vt vulpine. Que vero ex frigidis: ⁊ siccis vermina raro fouēt
nisi forte sudore: vel alia sup̄fluitate sordescant.

Ex suffu/ migio.

Ex tinctu/ ra.

Diūsitas ex pillis sumpta.

¶ De exercitio siue motu. Cap. XV.

Exercitiū siue motꝰ. vno mō large acci/
pit̄: ⁊ est occupatio mēbri cu/
iusq; circa ꝓpriā opatiōnē: ꝑm quē modū exer/
citat̄ oculus in videndo: ⁊ organū auditꝰ in au/
diēdo: ⁊ olfatus in odorando: ⁊ lingua in gustu:
⁊ loquela: ⁊ dentes in masticādo: ⁊ meri in transgluttiendo:
stōchus in cōtinendo: ⁊ digerendo. nutriēs pᵐ: spūalia mē/
bra in anhelādo: ⁊ spāliter pulmo: trachea arteria ⁊ epiglo/
tum in clamore: ⁊ cantu ⁊ de ceteris cōsilr̄. ⁊ ꝑm hoc quies
dr̄ ociū corūdem ꝓprie. ⁊ dr̄ otiū ad dr̄iam somnij in q̄ mē/
bra aīata cessant ab opatione nō otio: sed potius primi sen/
sus organi ligamento. ¶ Aliter vero exercitiū stricte dr̄ mo/
tus localis per se vel per accn̄s ꝓcreatus. per se quidem: vt
ille qui lacertis: ⁊ iuncturis ꝓprijs exercet̄ in oībus: aut in
aliquibus mēbris. Per accidens vero: vt quādo mēbra alicu/
ius mouent̄ motu alterius mouentis: ⁊ mobilis sicut naui/
gatio. suspēsio: vectio: ⁊ ēt fricatio: ⁊ dr̄ suspensio: cū sedens:
vel iacens in vase: vel sede pendente in aere hincinde moue/
tur: sic pueri in cunis pendentibus. vectio vero sicut latio in
brachijs: aut cruribꝰ: aut silibus modis. Hoc aūt motu ve/
ctionis mouetur cerebꝝ moto capite: ⁊ mouetur stōchus: ⁊
epar: ⁊ splē: ⁊ similia moto clibano. ¶ Exercitiu₃ pᵐo mō
sumptū: q2 circa ꝓpriam vniuscuiusq; opatiōnē ꝯsistit sem/
ꝑ particulare est: ⁊ eius dr̄ie sunt solūmō moderatū: ⁊ imo/
deratum: moderatum aūt est illud q̄d fit circa obm̄ medio/
criter proportionatū virtuti: ⁊ in spatio tp̄is mediocris. im/
moderatū vero ecōtra. vnde moderatum exercitiū visus est
medios intueri colores: ⁊ sub luce mediocri: ⁊ in spatio tem/
poris cōpetenti: silr̄ mediocria in q̄titate: velut ex literis in
legendo: nec nimis graciles: nec nimis grossas. silr̄ exerciti/
um moderatum auditus est mediocres sonos audire: ⁊ me/
diocri mora. silr̄ epiglotti: ⁊ canne cātare: vel clamare in vo/
cibus medijs: ⁊ nō nimis diu: nec parum: ⁊ in ceteris simile
iudiciū obiectū aūt mediocre vnicuiq; est illud in quo ma/
xime delectat̄ velut optima oculoꝝ compositio in viridi.
lapsa vero magis in aliquo alioꝝ ꝑm inclinationem lapsus
ipsoꝝ. silr̄ aūt ⁊ optima compositio organi auditus in potis/
sima melodia: lapsa vero in alijs. nam sicut non oībus idē sa/
por est delectabilis: nec idem color: aut idē sonus silr̄. Mo/
ra vero mediocris est illa in q̄ mēbrum: nec grauari: nec tur/
bari ꝑcipitur: cuius terminus fatigationis initium existit.
predictū igit̄ exercitiū si fuerit moderatū: ⁊ subam: ⁊ virtu/

Exercitiū dupl'r sumit large ⁊ stricte.

Diff'e exercitij pᵐo mō sūpti sunt moderatū ⁊ imoderatum.

Exercitiū moderatū ꝟtutē ꝯseruat immoderatū debilitat.

tē mēbri ꝯseruat atq; ꝯfortat. imoderatū ꝟo debilitat: ⁊ resoluit. excellentie enim sensibiliū corrūpunt sensum. ꝓpter qd nimia lux visum: ⁊ violentus sonus auditum corrūpūt. moderata ꝟo quies ꝯseruat: sed īmoderata hebetat. ¶ Exercitium aūt ꝓut est motus localis hʒ predictas differētias: scʒ moderatū: ⁊ imoderatū que patent ex dictis: ⁊ in plus ēt diuidit̄ in vl'em ⁊ particularem. vl'is aūt motus est ille in q̊ oīa mēbra corporis mouent̄ per se: vel per accn̄s: sic̄ est peditare: vel eqtare: ⁊ fodere: ⁊ sil'ia. particulare ꝟo in quo aliqd mēbrū tm̄ mouet̄ sicut scribere: suere: pingere annulos: ⁊ sil'ia fabricare: ⁊ vl'iuʒ quoddā est eq̄lis. quoddā ꝟo ineq̄lis. Equalis ꝟo motus est in quo mēbra cūcta laborant vniformiter equalitate ꝓportionis: q̄lis est ludus pile ⁊ lucte. Ineq̄lis ꝟo in quo aliq laborāt plus alijs: sic̄ in peditando plus pedes: in fodiendo plus brachia: ⁊ dorsum: ⁊ cetera.

Mot⁹ moderatus ⁊ imoderatus.

¶ Motuum aūt qcunq; est moderatus tēperate calefacit: ⁊ mēbroꝝ superfluitates tm̄ dissoluit īsensibiliter: ⁊ expiare facit. imoderatus ꝟo calefacit imoderate fumos acutos in corpore multiplicat exiccat dissoluēdo: ⁊ educendo subales humiditates: ꝑꝑ qd postremo cum diu frequētatur īfrigidat consumpto subiecto naturalis caloris.

Quies moderata ⁊ imoderata

¶ Temperata ꝟo quies temperamētū causat in mēbris: intēperata ꝟo retinendo superfluitates humectat: ⁊ exinde tandem infrigidat suffocando naturalem calorem.

¶ De complexionatis. Cap. XVI.

Complexionatū hic large sumptū dr̄ oē corpus aliud a continente qd obuiare pōt corpori sanabili.

Cōplexionata dupl'r a medico ꝯsiderant̄ / pmo mō.

¶ Cōplexionatoꝝ aūt gn̄a dupl'r ꝯsiderant̄ a medico. Uno quodā mō ſm genera reꝝ a quibus sumunt̄: ⁊ ſm hoc eoꝝ quedā sunt simplicia vt aqua: q̄dam ꝟo cōmista vt lapides: metalla ⁊c̄. q̄daʒ aūt in via cōmistionis: vt nix ⁊ ros. ¶ Mistoꝝ aūt quedā sunt mineralia: q̄dam ꝟo sumpta ex vegetabilibus. q̄dam ex aīalibus. ⁊ mineraliū: quedā sunt lapides quedam metalla quedam media inter hec: vt argentū viuum: ⁊ sulphur: ⁊ atramenta: ⁊ salia: ⁊ sil'ia. Uegetabilia hic large dn̄r oīa quecūq; terre: vel aque adherēt: ⁊ sub determinata forma recipiunt incrementū absq; voluntario motu. terre qdem adheret caulis: ⁊ lētigo aq̄ in stagnalib⁹ aquis. Scd̄m aūt hanc ꝯsideratione fungi / ⁊ tubera / sub alijs vegetabilibus vectigalibus continent̄. Ex eis aūt quādoq; accipit̄ tota planta sicut lentigo aque cum ponit̄ in syrupis: aut aliquid ex ea. Qd aūt ex ea est: vel est pars integralis ipsius: vel aliqd aliud ꝓductū ab ea: ⁊ integralium partiū quedā sunt radices: quedaʒ trūcus: aut stipes. quedam ꝟo rami: aut virga: quedam folia: vt in oleribus. radicis aūt: ⁊ trunci: ⁊ ramoꝝ partes sunt cortex: lignū: ⁊ medulla. Que ꝟo a planta ferunt̄: nec partes sūt integrales: aut flores sūt: aut fructus: aut humiditates. Flores aūt hic sumunt̄ large non solum ꝓ caduca: ⁊ leui suba que procedit ex humiditatibus plante: sed ēt pro qualibet alia substantia leui supra folia generata ex humiditatibus plante qualis est epithimi. Fructuū ꝟo partes hic large sumuntur. nam in eis cupula velut in glandibus intelligitur: ⁊ cortex: ⁊ testa: ⁊ nucleus: ⁊ pulpa: ⁊ ossa: ⁊ grana seminalia: ⁊ lanugo īfra fructū corticeʒ contēta sicut in bombace. ¶ Humiditatū aūt q̄dam sunt intrinsece: quedā extrinsece. Intrisecaꝝ ꝟo quedā sunt fecibus cōmiste sicut oēs succi. q̄daʒ ꝟo sunt a fecib⁹ depurate: ⁊ istaꝝ iteꝝ quedam hn̄t subam constantē. vt çuccharꝝ: q̄dam ꝟo fluidam. ⁊ fluidarum quedam aqueā: vt aq̄ feniculi ⁊ rosaꝝ: quedā oleaginosam: vt oleum: q̄dam vinosam: vt vinū pomaceū: ⁊ similia Extrinsecaꝝ quedam sunt innate: vt gūmi: quedā ꝟo supereminētes: vel superuenientes: vt māna. ¶ Ex aīalib⁹ ꝟo quādoq; totū accipit̄ illud velut lepus ⁊ scorpio: cum incinerant̄ ad opus calculi: qn̄q; ꝟo ipsoꝝ aliquid: ⁊ illud: aut erit mēbꝝ ꝯsimile: vel organicū: aut humor: aut supfluitas mēbri alicuius: vel toti⁹ corporis. Membroꝝ aūt omnis diuersitas applicabilis est sanabili corpori: vel via cibi: vel via medicine. Humores aūt qui vsualiter applicantur solū sanguis: ⁊ cholera sūt cōes: vt sanguis hyrcinus in calculo: ⁊ fella in passionibus oculoꝝ: ⁊ in lumbricis. Superfluitatū quedaʒ sunt residui velut lac: ⁊ oua: ⁊ sperma castoris. quedā ꝟo impuritatis. Et istoꝝ quedam sunt lapidee substantie velut teste conchilium. vel ouoꝝ. quedaʒ ꝟo liquide vt vrina: quedam aūt mediocres vt pili. ¶ Omniūaūt applicabilium cōiter cōplexionatoꝝ diuersitas ex simplicibus medicinis Diascoridis ⁊ Ga. colligit̄.

Scd̄a ꝯsideratio cōplexionatoꝝ a medico.

¶ Alio ꝟo mō cōplexionatorū diuersitas considerat̄ a medico ꝓut īmutant sanabile corpus: ſm quā ꝯsideratione eoꝝ tria sunt genera. Nam manifeste imutant ipsuʒ tm̄ vt nutriens. vel manifeste tm̄ vt medicine: vel manifeste etiā vtroq; modo.

¶ De complexionato quod corpus immutat tantum vt nutriens. Cap. XVII.

Nutrientis aūt dr̄ia duplex est. nam qddam per se nutrit: ⁊ cib⁹ proprie noiatur. Aliqd ꝟo nutrit per accn̄s: necessariū tm̄ est oī nutribili: ⁊ dicitur potus. ¶ Id aūt qd cibus est tm̄: aut imutat corpus per se vel ꝑ accn̄s. Per se quidē sua soluʒ mā causa est effectuum quos manifestat in corpore. q̄obrem nō īprimit in eo: nisi patiendo transmutationē sui ad corpus: amittendo formam quaʒ actu hʒ: aliam ꝟo suscipiendo. ⁊ iō cibus dr̄ tm̄ absolute pati a corpore.

Cib⁹ agit in corpus patiēdo ⁊ patit̄ tripl'cē trāsmutationem.

Patit̄ aūt triplicem transmutationem ab eo: vnam. n. in chilū que fit in ꝯcauo stōchi. aliam in humores que fit in concauo epatis. tertiā ꝟo in mēbroꝝ substantiaʒ que fit in essentia cuiuslibet mēbri. vltimus igit̄ terminus sue transmutationis ad quē natura corporis intēdit est substantia mēbri. in que cū conuertitur cibus: vel nutriens actu nutritio dr̄: ⁊ illa ꝓprie nutritio est perfecta assimilatio nutrientis cum nutrito. q̄diu ꝟo ab hoc termino distat veluti cum est sub forma rei exterioris: aut chili vel sanguinis dicitur cibus: vel nutriens in potentia remota: vel propinqua ſm plus ⁊ minus. ¶ Ex his ergo patere pōt effectus queʒ per se imprimit cibus tm̄. Nam in prima transmutatione stōchum: ⁊ intestina per que transit: ⁊ meseraicas aliquantulum nutrit saltem q̄tum ad tunicas coꝝ interiores. In secunda ꝟo sanguinem auget in epate: ⁊ in venis: ⁊ in corde: ⁊ in arterijs. ꝓinde calorem naturalem multiplicat: ⁊ totum corpus per consequēs natural'r calefacit. In tertia ꝟo perfecte nutrit: ⁊ in crescentibus auget. mēbra confortat ad actiones perficiendas: substantiā deperditā restaurando: ⁊ in mollibus: ⁊ extensibilibus mēbris velut carnē: ⁊ pinguedinē augumentando. ¶ Ad mēbra ꝟo cūcta mouet̄ sanguis operante attractiua quorūlibet ac iuuante sil'itudine quam cū oībus vniformiter acquisiuit inq̄tum est viuens ꝓpinq̄ potētia: iuuante sil'r pl'imū vacuitate mēbroꝝ quā ꝯtinua resolutio corporis saltem insensibilis causat in eis.

Cib⁹ mal'ter tripl'r diuidit̄.

¶ Qd aūt est tm̄ cibus differentias non hʒ ex parte cōplexionis. opʒ. n. semper vt tale cōplexionatuʒ sit tꝑatum in cōpl'one: sed ex parte materialis substantie per quā īprimit: diuidit̄ in subtilem: ⁊ grossum atq; mediocrem. Et subtilis qdē est ille qui in moderata q̄titate acceptus ab indigēte tꝑato velociter transmutatur: ⁊ cito resoluit̄: vt succus pulloꝝ: ⁊ vinum subtile: vitellū electum. Proinde talibus cibis efficaciter ꝯseruatur sanitas in tempatis corporibus: aut diminuti caloris: ⁊ casus virtutis celeriter reparatur: ⁊ mentales actiones clarius exercentur: sed ad corporales labores mēbra non efficiuntur exinde robusta. Nam eorum nutrimentum cum cito resoluat̄ a mēbris celeriter facit ea deficere.

Crassius aūt cib⁹ in oib⁹ ɔtrarius est huic: vt carnes veteris galline. mediocris āt medio mō: vt ānallis gallina: ꝛ panis triticeus: ꝛ in artificio: ꝛ in tpe mediocris. ¶ Itēꝝ ex predictis pꝫ: ꝙ ciboꝝ qdā multū nutriunt: qdā parū. multū qdē hoc fit duplr: vel qntum ad durationē tpis: vel qntuꝫ ad mēsuram tpis ꝛ nutriētis. Et p̄ qdeꝫ mō grossius cibus multū nutrire dr̄: qꝛ diu adheret membris: ꝛ tarde resoluit̄. Scdo v̄o mō dr̄ multū nutrire cib⁹ ex quo multū sanguis gn̄atur: q̄lis est ille q paucas gn̄at feces: ꝛ totus aut fere trāsmutat̄ in chilū mediocrē. ꝛ hui⁹ sūt vitellū: ꝛ vinū mediocre: lac: ꝛ laudabiliū carniū succus: ꝛ panis de polline frumēti moderate ɔfectionis ꝛ tpis. ¶ Effectus aūt quos p accn̄s coīter notos causat in corpe cib⁹ tm̄ vel causant a qntitate ipsi⁹. vl̄ a sumendi ordie: vel forsitan a q̄litate actuali q̄ sumit̄. Si enī fuerit excedēs in qntitate stōchum aggrauat: ꝛ totū corpus: digestionē ipedit: calorem nālem debilitat suffocando vel cōprimendo chilum: ꝛ humores crudificat: ꝛ cetera q̄ sequuntur ad hoc. Ordo v̄o si peruertat̄ corrūpit̄ cib⁹. In qbusdā enī expedit subtile p̄mittere grosso. in alijs v̄o ecōtra: sicut docet in parte octaua. q̄litas v̄o actualis q̄ sumit̄: siue ɔueniat: siue disproportionet̄ corpori rōne cōplexiōis: vel etatis: aut tpis: ꝛ similium de se facit ipsum esse potius medicinā q̄ cibum. ¶ Preter aūt hos effectus quos cibus tm̄ iprimit corpori est quidā alius qui frequenter occurrit: scꝫ ɔfortare subito corpora q̄ fame deficiūt: ita videlꝫ: vt ex p̄mis bolis famelicus reuiuiscat: ꝛ reparet̄ sensus eiusdē. hoc enim per se non ɔuenit cibo recenter sumpto: cū necdū in chilum: nec in chimū sit transmutatus: sed accidit ei pro tanto: qꝛ rabiem stōchi qua cetera mēbra cruciat: siue torquet per suā p̄ntiam mitigat. naꝫ stōchus antea rabie famis a ceteris attrahens adeo torquebat ea maxime cerebꝝ: cor: ꝛ epar: cum quib⁹ manifestam colligantiā hꝫ: ꝙ vires mēbris ceteris auferebat. Cum v̄o p̄mo eidem obuiat nutrientis materia: circa quā occupari pōt: statim desistit attrahere ab alijs mēbris: qbus solutis reparat̄ virtus tam in p̄ncipalibus q̄ in ortis ab eis. ¶ Reliqua v̄o pars nutriētis: scꝫ potus pro tanto dicebat̄ nutrire per accn̄s. qm̄ inqntum potus est: non opꝫ vt in humores conuertat̄: ꝛ mēbrorum substantiam: sed sufficit: vt admistus in cibo debita qntitate liquiduꝫ reddat ipsum: ꝛ lubricū velut succum mediocris spissitudinis: ne nimia soliditate fiat imobilis: aut imoderata liquiditate a mēbris defluat non adherens. nam cuꝫ sit necessarium: vt per se nutriens ad mēbra ferat̄: ꝛ per angustos meatus penetret in coꝝ capacitates: ꝛ vt adhereat eis: necesse est: vt predictam dispōnem acquirat: qua solum fit aptum ad illa. nam testat̄ experientia: ꝙ nimia chili soliditas atq3 cibi siccitas cogit ipsuꝫ in stōcho plus debito remanere. Nimia v̄o liqditas per secessuꝫ effluere. Quapropter natura sapienter ingeniauit saliuam in ore cum cibo misceri: vt predicta in eo dispositio acquirat̄. Sed qbus propria saliua nō sufficit opꝫ aliūde mendicare liquorē: vel statim cum in ore conterit̄ ꝛ ad stōchum deglutit̄: vel postmoduꝫ cum ordinata natura reqrit. ¶ Liquoꝝ aūt potabiliū: quidam est solum potus vt aqua: qn̄ cibis adiungitur. quidam v̄o ꝛ cibus ꝛ potus vt vinum: ꝛ ipsum etiam interdum est medicina calefaciens stōchum frigidum ꝛ confortans digestionem. Quidam etiam solum est potus ꝛ medicina sicut acetum: sed quicūq3 sit nūq3 tamen inqntum potus hꝫ operationem aliam ad predicta.

Cib⁹ multū nutriēs quō dr̄.

Effect⁹ cāti i corpe ab ipso cibo.

Quō cib⁹ statī repat famelicos

Quō pot⁹ p accn̄s nutrire dr̄ cat.

Pot⁹ qdā tm̄: quidā potus ꝛ cib⁹.

¶ De complexionato qd ē medicina tm̄. Cap. XVIII.

Omplexionatū v̄o qd tm̄ est medicina manifeste corpus imutat ꝛ non imutatur ab eo. ꝑpterea qndiu imprimit in corpus spēm nō amittit: sed sub ea forma operat̄ in qua vel exterius applicat̄ ei: vel interius recipitur: ꝛ nō imutat corpus passiuo p̄ncipio: scꝫ materialiter: sed actiuis v̄tutibus: ꝛ ſm hoc que cūq3 venena p̄nt manifeste nutrire: nō sunt tm̄modo medicine. lꝫ enim aliqd ꝑprietate corrūperet: vt napellus: tn̄ ex quo pōt saltē plixo vsu mēbri formā suscipere ɔstat ꝙ erat aliquo modo assimilabile rōne materie: que cum a forma specifica v̄tute corpis spoliat̄ fit alimentū. Hoc aūt nunq3 in mineralibus reperit̄: tuꝫ qꝛ eā: vel massā que forme mineralium subiacet penitus est inepta suscipere formaꝫ viui terreo nimiū dominante: tū qꝛ quorūdam fortis coagulatio ꝓhibet ipsa resolui a corpe. ¶ Actiuaꝝ aūt v̄tutū quedam sunt cōes oibus cōplexionatis: ꝛ he sunt q̄tuor qualitates p̄me: q̄s oēs medicus: vt supra vocat actiuas. Alie v̄o sūt ꝑprie ꝛ iō ꝑprietates dicunt̄: ꝛ a qbusdam virtutes specifice: qꝛ formā specificaꝫ ɔsequunt̄. Silr̄ ēt: qꝛ tales v̄tutes cōes sunt oibus indiuiduis spēi ꝑpterea opatio ipsaꝝ dr̄ a tota specie fieri. ꝛ qdam dicunt a tota substantia: ꝑpterea qꝛ rei ɔuenit rōne eius qd est pfectio subē toti⁹ compositi. ¶ Ex his ergo pꝫ ꝙ ꝑprietas est virtus que debet̄ cōplexionato rōne coꝝ que ꝑpria sunt ipsius. Hec aūt sunt duo. s. forma specifica: ꝛ gradus mistionis disponēs ad illam formā. naꝫ qntitates seu pondera miscibiliū possibile est: vt eadē sint i cōplexionatis diuersaꝝ spēꝝ. sed sola diuersitas colle: vel cōprehensionis eoꝝ: quā qdam formā: vel mirabilitatē mistionis appellant: disponit ad diuersitatē specificā. Que ꝑprietates: lꝫ innoiate sint a suis tn̄ opationibus qbus cognoscunt̄ denoīationē recipiūt vt in magnete dr̄ tractiua ferri. ꝛ in scamonea tractiua cholere: ꝛ in tyriaca obuiatiua veneno. ¶ Patet ēt ex p̄dictis ꝙ oēs ꝑprietates que reperiunt̄ in cōplexionato: vel pendent imediate a forma specifica. sicut in scamonea tractiua cholere: vl̄ pendēt magis a gradu mistionis: sicut i eadē dissipatiua epatis. Et qūis cōplexionatum alterius spēi ɔuenire videat̄ in eadē ꝑprietate cum isto. verūtn̄ modus operandi spāliter est diuersus: lꝫ nobis aliqn̄ sit ignotus. ꝛ iō specie dn̄t: qūis in genere ꝑprietatis conueniant. ¶ Itaq3 iam ex predictis aliqualiter pꝫ ratio ꝑpter quā multi medicoꝝ vocauerunt ꝑprietatem virtutem occultam. Non enī vt qdam dixerunt: qꝛ est virtus innoiata. nam res lꝫ noīe careret: non ideo tn̄ esset minus in se cognoscibilis: qūis esset minus significabilis per sermonē quemadmodū virtus calefactiua suo effectu cognosci posset. lꝫ ei hoc nomen caliditas nō esset ipositum. Ex quo etiā pꝫ ꝙ nō ideo dr̄ occulta: qꝛ minus cognoscit̄ suo effectu q̄ virtus cōplexionalis. nam eque bene tractiua cognoscitur tractione: ꝛ pulsiua pulsione: ꝛ sic de alijs: calefactio calefactione ꝛc̄. Sed pro tāto dr̄ occulta: qm̄ ea quibus res cognoscit̄ oīno sunt apud humanam rōnem ignota. ois enim res determinate cognoscit̄: vel causis imediatis: vel effectu imediato. quoꝝ vtrūq3 in ꝑprietatibus ignorat humana ratio. Cause enim imediate proprietatum: vt dictum est: due sūt scꝫ forma mistionis ꝛ forma specifica. Forma. n. mistionis ex quātitate miscibilium ꝛ colla ipsorum efficitur: ad quoꝝ notitiam ɔuenire non pōt humana ratio. cū hec in infinitū varient̄. nec per ɔn̄s ad formā specificam que ex potentia materie surgit. effectus aūt ꝑprietatis nequit ratione cognosci. cum priora sint in eis occulta. nec ēt colligi pōt rōnabili experimēto. sꝫ tm̄modo casuali. Rationabile enī expimētuꝫ semp p̄supponit determinatū obiectū. medicus enim cum in huano corpore vult experiri virtutē cōplexionalē alicuius misti. Iaꝫ certe supponit ꝙ in omni parte corporis suū effectū manifestabit. nam quelꝫ esse potest obiectuꝫ cōplexioni: sed hoc non est certum de ꝑprietate: imo antequā cognoscatur ꝑprietas. incertuꝫ est penitus vtrū ad manifestationeꝫ sui effectus determinet sibi potius spūs: aut hūores q̄ membra: vel vnū mēbꝝ q̄ aliud. nisi enim experimen-

Nullū minerale repꝫ tō ē nutrire hoieꝫ sicut venenū aliqd.

Que dicātur v̄tutes specifice ꝛ quare.

Quid sit ꝑprietas.

Proprietates oēs icōplexiōato duosequūtur.

Quare ꝑprietate dicant̄ v̄tutes occulte

Experimentum rōnabile.

to casuali: vel aliquo mō reuelationis sciret corallū habere determinatū aspectū ad stōchum non posset ullo mō rōne cognosci. Dr̄ ēt occulta qm̄ ipsa in se nō ē sensu pceptibilis sicut actual' caliditas: aut frigiditas: aut color: aut odor: aut sapor: z vl'r oēs sensibiles q̄litates. ¶ Complexionatū igr̄: qd̄ est medicina tm̄ mutat corp⁹: vel per se vel p accidens. p se qdem cōplexione: vel ,ppzietate: sed differenter: z q̄tū ad effectū: z etiam in pte q̄tuz ad modū manifestatiōis sue potētie. Quantū ad effectū qdez. nā per oplonē solū altera tur corpus in q̄litatib⁹ primis manifestando effectū cōple xionis: vel ꝑm rōnē tpamenti: vel ꝑm rōnē excessus. Scd̄z rōnē tpamenti qm̄ ex frequenti ei⁹ applicatione ad corp⁹ in debita q̄titate nō mutat cōplexio corpis tpati. nam corpa valde distēperata. vt actu egra: manifeste imutat remitten do discrasiam eius: z iō medicina tēperata q̄libet discrasiā frequent i applicatione vel vsu corrigit aliq̄liter: qm̄ plus de opposita q̄litate participat. vnde queadmodū minus ca lidū ifrigidat magis calidū seu remittit: sic multo fortius tē peratū. sicut in tractatu de gradibus est ostensuz: sed in cor porib⁹ tpatis cōplexionē sil'r non imutat sensibil'r. Nec iō tollit qn ei cōueniat tota ratio medicine scripta supius. s. q manifeste imutat corpus: z nō trāsmutet ad subaz eius. naz remanet ei ,ppzietas p quā manifeste imutat velut aurum q̄uis nō mutet oplexionē corporis māifeste: tm̄ ofortat cor z letificat sumptū. Sil'r camomilla sumpta manifeste pro uocat aborsum: z cōfert icteritie veteri. nec idebite cōuenit ei ratio medicine ,ppter cōplexionem: cum ipsa oplexio di spositio fuerit ad ,ppzietatem qua manifeste imutat: z q2 la psa corpora manifeste iuuat tpamento sue cōplexionis: vt camomilla mēbra apostemata. ¶ Effectum aūt sue cōple xionis manifestat medicina ꝑm rationē excessus: qm̄ mutat cōplexionem corpis ꝑm aliquem graduz. Nam gradus in complexionib⁹ est integra distantia recessus aut elongatio nis alicui⁹ qualitatis a tpamento. Sunt aūt q̄tuor distantie integre: que lz in se distinguant ,pportionibus numerorum. me dico tm̄ sufficit manifestis impressionibus in corpore dere lictis eas discernere. vnde in pmo gradu alicui⁹ qualitatis dr̄ imutare: qm̄ ex frequēti obuiatione eius ad temperatum corpus in debita quātitate imutat eius cōplexionē ꝑm illaz q̄litatē. In scd̄o ꝟo qm̄ pma obuiatiōe imutat absq manife sta lesione ipsius. In tertio ꝟo quando pma obuiatiōe mu tat cum manifesta lesiōe operationis toti⁹ vel partis absq coruptione substantie. Quartus aūt est cū mutat ipsum cū manifesta corruptione substātie mēbri: sicut est vlceratio: vel mortificatio eius. ¶ Effectus aūt proprietatis in gene re duplex est: scz vtilis: z nociuus: z vtilis qdem est quo nā lia in corpore oseruant: aut ofortant: vel quo liberat corp⁹ a corrūpentibus. Nociuus aūt est ille qui ledit corpus. Et vterq istorum est vl'is vel pticularis. z vl'is est ille quo ,ppzie tas respicit totum corpus. pticularis quo respicit vnuz mē brum. Quorum exēpla sunt plura: ,ppzietate nāq biacinti: z auri cor confortat z sp̄us oseruat. Simil'r ,ppzietate vuarū passarum: z emblicorum cerebrum ofortat. z memoria conseruat. Proprietate ꝟo tyriace liberat corpus a corrūpente vene no: q̄uis pfecte sanis corporibus sit inutilis: z nociua. Sil'r ,ppzietate scamonee liberat corpus a corrūpente chimo. lz sanis corporibus sit venenū. iterum aūt iuuamentū tyriace oi bus mēbris vl'e est: nam ex oi mēbro venenū pellit. Nocu mentuz autem napelli: z fellis tyri oibus est cōmune: quia oibus contrariat inq̄tum ptes humani corporis sunt. Pro prietas aūt hyssopi pticulariter iuuat pulmonē: z ,ppzietas sticados cerebrum: z sic de alijs. Proprietas aūt cantaridum spāliter nocet vesice: iusquiami ꝟo z api special'r cerebro. Iterum ,ppzietatū liberantiū a corrūpentibus quedā liberāt attrahendo corrūpentia ad se: sic plurima laxatiua. quedaz ꝟo pellendo: sic tyriaca z multa tyriacalia: sicut plenius in epl'a de dosi tyriacaliū medicinal'r expressim⁹. ¶ Quantū ꝟo ad modū manifestandi effectū sue potentie in parte cō ueniunt: z in parte differūt medicina imutans a cōplexiōe: z imutans a proprietate. Nam imutantiū a cōplexione. q̄ dam sunt que imutāt actuali cōplexione. quedā ꝟo poten tiali. Que igit operant actuali complexione ac proprietate sola ipsorum obuiatione: vel applicatione ad corpus in deter minata distantia māifestant effectus suos. Ita q aliq trās mutatione non indigent: eo q virtutes qbus opant insunt eis actu: vel habitu constituente tm̄ accidentalē potentiā: q nō indiget ad sui manifestationē transmutāte sicut essentia lis: sed solum remouente ,phibens. vn̄ cum idebita distātia solum ,phibet manifestationē sufficit tm̄ debitaz distantiā ,pcurare. Si ꝟo interpositio alterius corporis remouere il lud: z sic de alijs ,phibētibus. Unde queadmodū ignita cor pora calefaciunt corpus ex debita distantia preter hoc q transmutent ab eo. Sil'r opantia ex ,ppzietate: sicut eni ca tulus applicat⁹ stōcho calefacit ipsuz itrāsmutatus a corpo re. sic z corallus exterius sil'r applicatus eidem liberat: vel remediat a dolore. sic z coriū lupi ventri appositū colicam mitigat. z sigillū leonis ab Hermete traditū si lumbis ap plicetur protin⁹ mitigat dolores in calculosis. sil'r letificat z ofortat cor hiacintus grossa z electa: si teneatur in ore pre ter qd̄ trāsmutet. Eodem mō z venenū ex sufficiēti distan tia obuians cordi: vel ceteris partibus corporis corrūpit: nec ad corrūpendū indiget transmutari a corpore: vel etiaz trahi a mēbris: nihil eniz per se trahit qd̄ ei contrariat a to ta specie: q2 oino est corruptiuū illi⁹. vnde z venenū ea pte qua trāsmutat a corpore corrūpitur: z a sua malitia spolia tur. cū eni ipo'e sit oria approximata nō agere: statiz alter utrū se trāsmutant ad corruptionē. Quobrē pz: q nō est ne cessariuz veneno trāsmutari aliquo modo a corpe ad hoc: vt manifestet effectum sue venenositatis. Sil'r nec tyriace ad hoc vt expellat venenum. Qd̄ manifestat eius experiē tia in caseo recēti cū toxicatur: z nigrescit. nam tyriaca vni extremitati casei applicata pellit sensibil'r toxicum: ita vt a parte tyriace: vsq ad oppositā extremitatē paulatiz videa tur reparari albedo. z demū caseus comestibilis remanet: cum tm̄ antea fuisset pniciosus ob toxicum. Sil'r z magnes trāsmutatiōe nō eget: sed sola remotione ,phibentis ad at trahendū ferrū. Et in tractu humorum a pharmacijs ,ppzieta te trahentib⁹ est iudiciū sil'e. Qd̄ ēt manifeste pz in his que fugant reptilia venenosa: vel alia aīalia: vt serpentaria ser pentem. palma chr̄i talpam. pelemonion scorpionem. asśa tica hirci gregē vaccarum z bouz. ¶ Ex predictis igit pz eos delirare qui asserunt q tyriaca sumpta p os non liberat ve nenatum in pede: vel coxa pellendo venenū. sed venenatū ex haustu veneni liberat attrahendo venenū. naz cū ,ppzie tas tyriace sit virtus specifica nāliter opans non p intelle ctum: ipossibile est manēte specie tyriace q mutet ,ppetas: z p ons opatio. Si ergo ,ppzietati sue ouenit ipm pellere si cut in exteriorib⁹ pbat sensus nunq attrahet manifeste spe salua. Naturales enim iclinatiōes rerum que nullo modo pē dent ab anima semp ad vnū tendunt: z p se nūq in opposi to pn̄t: sicut ,ppzietas ignis est calefacere per se: nequaq ifri gidare. Predicte ꝟo assentionis duplex ignorantia fuit cau sa: videlz q carnes tyri a ,ppzietate sui pellunt supfluitates venenosas cuiuslz alterius aīalis: qua ,ppzietate mundant leprosos attrahunt ꝟo tm̄ supfluitates ,ppzie spēi. Scd̄m est ignorare q venenū sumptum per os manens in stōcho substātial'r: vel etiam infra ꝑm minorem z maiorē eius po tentiā cor z sp̄ualia virtute sua pōt offendere. quapropter tyriaca oñter sumpta defendet eius impugnatione sp̄ualia nō solum ad iferiora pellendo ipsum: aut osumendo. Sed

Medicina tēpata q̄libz discrasiaz corrigit.

Camomilla ,puocat aborsum.

Grad⁹ qd sit z sunt q̄tuor.

Effect⁹ ,ppzietatis duplex.

Medicine q̄ imutāt cōp⁹ actuali oplone vel ,ppzietate nō indigēt imutari a corpore.

Tyriaca venenum pellit.

etiam suis virtutib⁹ ex eadem distantia cor ꝛ spūalia ꝯfor tabit:ꝛ maxime cū nā mēbroꝝ etiam ꝑ poros corporis at/ trabat qđ sibi ꝯueniēs est ac necessariū valde. sic de tyriaca manifestat illa experiētia.s.ꝙ si refectis indigentibus ꝓpi/ neť:ꝛ paulopost vomitus subsequať:aut nō reycietur tyria ca:vel saltem in vltio. Igitur cuncta mēbra presentia tyria/ ce confortata venenū sp̄ ad debiliora ꝓpellunt. ❡ Que vo imutant cōplexione potentiali.qm̄ virtus qua oꝑantur non est in actu:vel babitu:sed eētiali potentia idigent reductio ne de potentia ad actū:ꝛ ideo priusq̄ȝ imutent corpus etiaȝ applicata aliquā recipiunt transmutationē a corpore:q̄ illa rū potentia in actum reducitur. Cum aūt idifferenter omne cōplexionatū potentialr̄ reducatur ad actum a corpore no/ stro:si cōuenienter applicet̄ eidem:necesse est:vt id pn̄ᵐ qđ reducit sit reducens per se. nam si ageret id ꝑ accn̄s:nō sem per reduceret:nec eundē effectuȝ.s.reductiōis imprimeret in subiectis differētib⁹ specie:vel cōplexione:sicut pȝ in aq̄ frigida. cū eni calefaciat calcem non tm̄ calefacit ligņuȝ:aut lapidē.ꝛ cū calefaciat exterius applicata corpora que sunt calida in visceribꝰ:nō tm̄ calefacit bn̄tia frigida viscera:qm̄ calefacere conuenit ei per accn̄s tm̄. At vo cum id naturale agens qđ per se reducit in actum potentiam alicuius passi: faciat hoc introducendo in passium silitudinem sui. Neces/ sarium est vt illud imediatū reductiōis pn̄ᵐ possit oi redu/ cibili.s.cōplexionato potentialr̄ silitudinē suaȝ imprimere: sed cum illa silitudo itroducta in reducibili faciat ipm̄ age re actu f̄m aliquā qualitatē cōplexionalē:adhuc est necesse ꝙ reducens habeat potentiā imprimendi similē q̄litatem. hoc aūt in omni complexionato nequit facere indifferēter nisi solum illud qđ ex oi qualitate cōplexionali est constitu tum.s.actualis cōplexio sanabilis. Hoc igiť opȝ eē reducēs imediate per se. Naturalis etenim calor:vt calor est/nunq̄ȝ pōt nisi caliditatē iprimere:ꝓpterea dicentes ꝙ ipse redu/ cat:intelligunt ꝙ hoc facit vt instr̄m cōplexiōis mēbri:quo vtitur ad remouendū ab eo ꝓhibens:vel substantie grossi/ tiē subtiliando:aut viscositatē incidendo:vel magnitudinē cōminuendo:nihil tm̄ horꝫ sufficit. lȝ eni modica rei q̄ntitas citius altereť q̄ȝ multa:nō tm̄ citius alterat. Unde ꝯplexio/ natū q̄ntūcunq̄ȝ in minimas portiones diuidať.dūmodo in eis spēs salueť:semper nihilominus erit cōplexio:vel com plexionalis qualitas eius in potētia respectu corpis nr̄i:qm̄ si applicet̄ ei non imutabit ipsum nisi prius imuteť ab eo:ꝛ spāliter actione naturalis caloris. Jō vo dr̄ esse in potentia respectu corporis:qꝛ si quis:vt ait Gal.dixerit cōplexiona/ lem qualitatē iesse actu cuilibet medicine.verꝫ quidē dicet: nec inter hec dicta erit repugnantia in re:sed in voce:vel rō ne.cum eni dr̄/ꝙ medicina est nālr̄ frigida vel calida in potentia:ꝛ nō in actu respectu sanabilis corporis: tunc non negať actus primus cōplexionis:qui est informare medici nam per modum babitus naturalis:imo ponitur esse:qꝛ si/ ne illo non posset in actum quem imprimit corpori.cuȝ vo dr̄ ꝙ est actu talis anteq̄ȝ applicet̄.vtpote q̄diu est in hor/ to:vel apotheca:non intelligitur illud de actu scđo: qui est operatio manifeste impressionis in corpore:sed de pmo q est habitus innate complexionis. sine quo medicina q̄diu non est manet in sua specie. ❡ Patet igiť ex premissis ꝙ cōplexio mēbri vel corporis:qm̄ est per se:ꝛ pn̄cipalr̄ redu cens potentiam ad actum.iō vniuoce oꝑať in oībus ꝯple xionatis potentialiter.s.cū vna suaꝫ q̄litatum conforman/ do qualitatem complexionati.ꝛ hoc est qđ sentit in tertio đ complexionibꝰ G. Calor vo naturalis:qꝛ solum operať ad reductionē.vt instrumentū per qđ ꝓhibens remoueť.ideo non vniuoce operať in reductione cōplonatoꝝ que sūt q̄li/ tatum oppositaꝝ:qđ perspicaciter intelligens G.nō omisit exprimere.3.de simplicibus medicinis inquiens:ꝙ lȝ me/ dicina nālr̄ ca.ꝛ medicina nālr̄ frigida conueniant in duobus.s.ꝙ vtraq̄ȝ dr̄ in potentia talis respectu corporis.ꝛ iteꝝ ꝙ neutra ipsaꝝ sua qualitate imutat corpus priusq̄ȝ i/ muteť ab eo:ꝑ ꝑ qđ dr̄r esse potētialr̄ ꝯplexionata respectu ipsius.tm̄ differunt q̄ntum ad modū reductionis:qꝛ vt dicit. lȝ vtraq̄ȝ recipiat pn̄ᵐ imutādi a corpore naturaliter:calida recipit pn̄ᵐ calefaciendi ab ipso:ꝛ frigida pn̄cipium infrigi dandi corpus cui obuiat:ꝛ applicatur:tm̄ alr̄ ꝛ alr̄.qꝛ calida tm̄ alteratur:sed frigida ꝛ alteratur.ꝛ in partes paruas diui ditur:per qđ acquirit motum ab extrinseco. Et ne quis for/ san putaret ꝙ hec dr̄ia imutationis medicinaꝝ a corpore ꝓ cederet a principali reducente. Jccirco subiungit ꝙ diuisio medicine frigide in partes paruas:ꝛ acq̄sitio motus ab ex/ trinseco ꝓueniunt in ea per actionē caloris nostri corporis. qbus verbis itēdit:ꝙ lȝ neutra predictaꝝ medicinaꝝ imu tet corpꝰ nisi prius muteť aliqualr̄ a calore ipsius.tm̄ diffe/ runt in imutando corpus ꝑ impressionē ab illo calore susce ptam. nam calida medicina per ipsaȝ tm̄ mutat:vel alterat corpus. nec per hoc excluditur impressio quam facit medi cina ꝓpria caliditate.sed excluditur medicina frigida. Nā ipsa ꝑ hoc qđ altereť solum.i.calefit a calore corporis nul/ lo modo alterat corpus:qꝛ per hoc ꝙ calefit non ifrigidat ipm̄:cum impressio caloris ordinetur per se ad calefacien/ dum:ꝛ nō ad oppositum:nec calefaciet notabilr̄: sed semꝑ q̄diu vincet sua frigiditate ifrigidabit. ❡ Ex quo pȝ ꝙ me dicina frigida per hoc solum ꝙ a calore corporis:ꝛ calefit: nec alterat corpꝰ:nec disponiť ad alterandūȝ:sed medicina calida per hoc solum ꝙ calefit a calore corporis:ꝛ calefacit q̄ntum calefit ꝛ disponitur ad calefaciendū amplius etiam q̄ sua potentia ꝓcedit eidē:qꝛ per hoc ꝙ calefit sua poten/ tia confortata:vel excitata consequitur actū manifeste ipres sionis in corpe. Frigida ergo medicina per impressionē pri mum susceptā a calore corporis:nec imutat corpus:nec ad ipsum imutandū disponitur:sed per impressiones scđas q̄ sunt diuisio in partes paruas:ꝛ profundatio eius in mēbrū vel corpus qđ consequiť predictam diuisionē disponiť ad alterandū. Medicina eniȝ frigida diuisa in partes paruas citius recipit impressionem cōplexionis mēbri q̄ȝ integra: qꝛ paruum citius alteratur q̄ȝ magnū. Et similiter q̄to for/ tius profundať in mēbꝝ tm̄ ipsum efficacius alterat:quaȝ profundationem eleganter appellat motum ab extrinseco: qꝛ frigide medicine non conuenit ab extrinseco pn̄ᵒ in cor/ pus aliqđ profundari:qm̄ frigiditas nō aperit:imo claudit corpora:quibus approximat. ❡ Ex his igiť ꝛ ex nā per se: ꝛ pn̄cipaliter reducentis patebit vtiq̄ȝ modus reductionis. nam complexio mēbri:cum habeat virtutem omnis quali tatis cōplexionalis:si obuiet ei complexionatū potentiali/ ter:qđ ex parte dominantis q̄litatis propinquā hȝ potētiā actui.tunc virtute quā hȝ ꝯformi cum potētia cōplexiona/ ti:manifestat eam actu:cū actualr̄ addat illi dominanti por tionē similis qualitatis:ex quo additamēto ligamen solui potentialis virtutis. Cuius rei veritas perpenditur euiden ter in exterioribus alterantibus:que actu sue caliditatis ex/ citant potentiam eis similē in complexionatis potētialiter. tactus enim manifeste ꝓbat etiam in prima obuiatione ꝙ in aere pannus lineꝰ excellentiꝰ infrigidať q̄ȝ laneus.ꝛ mar mor q̄ȝ lignū.ꝛ succus lactuce q̄ȝ raphani:aut vinū limpha/ tum q̄ȝ puꝝ. ❡ Ex his aūt sermonibꝰ pȝ veritas illiꝰ diffe/ rētis actiōis mēbri supra cibum ꝛ medicinā:quā posuit G. Nam supra medicinā dr̄ agere cū vna suaꝝ q̄litatū:supra cibum vo cū tota suba.i.cū totalitate complexiōis.nec est intelligēdū ꝙ ita mēbri cōplexio diuidať:vt cum vna q̄li/ tate agat iterdū supra mēbra:ꝛ q̄nq̄ȝ cum alia. Cum in mē bro nō sit nisi vna ꝛ idiuisibilis q̄litas:q̄ est cōplō eius:sed qꝛ virtutem hȝ oīum qualitatum.ꝛ ideo cuȝ virtute vnius

Medicie q̄ imutāt corpꝰ cō plone po tētiali idi gēt imuta ri a corpe

Agens ꝑ accn̄s nō sp̄ eodem mō agit si cut agens per se.

Cōplo cō poris vel mēbri cū sit ꝑ se re/ ducēs po tētiam ad actū.ideo vniuoce opať ꝛc.

Medicia frigida ꝛ medicina cala diffe rēter dis/ ponun̄ a calore nr̄i corpis vt opanť ꝛc.

Membr̄ differēter agit supra cibū ꝛ su/ pra medi/ cinam.

q̄litatis manifestat actionem suā in aliquo passo:medicus vtens sermonib⁹ ad sufficientiam non ad necessitatez dicit q̄ agit cuȝ vna q̄litate. Qꝛ aliqui nō itelligētes:posuerūt(vt Auerro.) q̄ medicina corpus alterat:sicut ꝛ cibus.s.per q̄litates quas relinquit post transmutationem eius in chilo ꝛ in chymis ꝛ vltimo in humiditatib⁹ mēbroꝝ:ſm hoc autē nūq̄ȝ medicina alteratiua imutaret corp⁹ manēte specie ei⁹. cui⁹ oppositum sensus ostendit ꝛ in applicatis exterius. nā succus mandragoꝛe ꝛ lactuce manēte specie ifrigidat tympoꝛa.ꝛ aq̄ ardens oculū calefacit ꝛ alcohol anthimony vel thutie ipsum exiccant:ꝛ sic de alys. ❡ Medicina similiter imutat corp⁹ per accidens:tam cōplexione q̄ ꝓprietate.cōplexione sicut balneū aque frigide calefacit corpora.quoꝝ viscera caliditate abundant.sicut sanguinea:ꝛ carnosa atq̄ iuuenilia cholerica.nam claudēdo poros ꝓhibet expiratione vapoꝝ calidoꝝ a corpore.Unde cuȝ in talibus corporibus aque frigiditas vincere non possit interioꝝ caliditatē. sicut in extenuatis ꝛ frigidis:quos mortificat ꝛ intus vapores calidi coarctent̄:necesse est augeri ꝛ intendi caliditatez interioꝝ.ꝛ exinde etiam multiplicatis vaporib⁹:ꝛ fortificato calore ꝓuocari sudorem.precipue cuȝ sit in talib⁹ virtus fortis.in dispositis etiam febris est possibile gñari:qui oēs effectus cōuenit aque frigide superfuse per accñs. Simil'r cuȝ in acutis fe.bibitur copiose ab his quoꝝ viscera calida sunt ꝛ carnosa.ꝛ ab opilationib⁹ ꝛ apostemate munda: vomitum ꝛ fluxum ventris cholericū:ꝛ q̄nq̄ȝ sudorem p accidens prouocat. Nam igrossatus ꝛ ebetatus hu.qui propter sui subtilitatē ꝛ acumen violēter mēbra subingrediens euadebat expulsionem. Jam beneficio aque superante nā per conueniētes regiones eycitur. Oppositis aūt rationibus aq̄ calida exterius applicata per accidens interiora ifrigidat. Proprietate sil'r medicina corpus imutat per accidens:velut tyriaca sumpta q̄nq̄ȝ pernecat corpora venenata.tunc.s. cum debilia sunt.ꝛ in mēbris modici vel nullius sensus magna q̄titas grossi veneni sopita latet.eis ergo si actione aliqua tyriaca propinetur:ꝛ predictum excitat venenuȝ. Jdq̄ȝ cum auxilio tyriace vincere nequeat: ꝓculdubio talia corpora:lȝ venenata:vel interficit:vel manifeste ledit. Similiter si venenum circa superficiem corporis existat:maxime in regionibus vicinis cordi:aut cerebro ꝛ desuper applicetur tyriaca corpore debili existente manifeste ledet̄ pulso veneno ad p̄ncipalia. ❡ Similiter ꝛ pharmacia peccantē attrahens humorem iterficcere:aut multū ledere potest per accidens tripl'r. Uno quidem modo: qꝛ non potest ipsum vsq̄ȝ ad locum determinatum expulsioni attrahere. medicina enim hȝ per se hu.attrahere ad locum in quo est:sed ad naturam corporis spectat attractum hu.ꝛ etiam ipsam medicinam expellere. Cum igitur medicina in stōcho existit locus determinatus expulsioni erit stōchus in quo est medicina vel intestina. Si ergo ad stōchum attrahatur:ꝛ pars inferior fortis extiterit superior debilis per vomituȝ eycietur. Si ṽo econtra per secessum:q̄ si humor qui trahitur a venis per epar:ꝛ meseraicas transeat:cum ad intestina peruenerit si expulsiua ipsoꝝ fortior fuerit q̄ attractiua medicine obuiabit eius motui.ꝛ per iferiora deponet. Si ṽo solum vsq̄ȝ ad epar attrahat peccantez humorē fueritq̄ȝ multus ꝛ grossus:aut forte viscosus per strictos meatus epatis ꝛ meseraicaꝝ transire non potens.maxime debili existente epate:proculdubio generabitur apostema in ipso vel circa:qđ frequenter contingit potionatis plectoricis cum medicina est violenta:ꝛ sufficiens meatuum apertio non precesserit.nec humoꝝ perfecta digestio. Scđo ṽo modo proprietate attrahendi peccantem humorem ledit medicina corpus per accidens.quando.s.hu.copiose trahitur ad loca determinata expulsioni.nec tñ expellit̄ propter nature defectum causatum.vel a resolutione virtutis.vel a forti constipatione intestinoꝝ.vel ipsoꝝ apostemate:vel calculo vesice coangustante longaonem. Propter qđ interdū cōuenit potionatis repleto stōcho:ꝛ intestinis humore attracto sincopiȥare ac suffocatione perire. Tertio modo conuenit caȝ per accidens ledere:qñ euacuationē humoris peccantis comitatur:aut ꝯsequitur euacuatio non peccantis. Cui⁹ cause teste.G.q̄tuor possunt esse.s.aptitudo hu.q paratus est fluere multitudine:vel subtilitate.defectus virtutis:qꝛ contentiua ex precedenti perturbatione debilitatur.dispositio mēbroꝝ:qꝛ venarum orificia sunt aperta ex precedēti euacuatione. Impressio medicine: qꝛ qualitatem relinquit in mēbris abominabilem:vel portio sue substantie vilis eorum adheret:ꝓpter que velut in stōcho nauseaȝ irritatur.expulsiua ipsoꝝ ad expellendum quecūq̄ȝ contēta.ꝛ ideo frequēter accidit sumētibus scamoneam longam incurrere dissinteriam:vel colicam. ❡ Ex predictis iam pȝ q̄ medicina:siue imutet corp⁹ cōplexione:siue ꝓprietate non semꝑ operatur eodem mō. Recepta interius:ꝛ exterius applicata.imo sepe aliter ꝛ aliter.vel per se vel p accidens.de complexiōe pȝ. Nam sinapis exterius applicata vlcerat ꝛ vesicat. Interius ṽo recepta non. Tū qꝛ superficiei mēbri fixe nō adheret.tum qꝛ pluribus alys obuiantib⁹ obtundit̄ virtus eius. Non figit̄ aūt mēbro.tum qꝛ expulsiua mēbri de parte ad ptez mouet.tum qꝛ cetera obuiantia nō ꝑmittunt vni parti adherere. Sunt aūt obuiantia digestiua resoluens eius virtutem.cibus sepeliens ipsam potius ꝛ hūor submergens.de ꝓprietate patuit in tyriaca supra.ꝛ iteꝝ in venenis:ꝛ pharmacys. Jn venenis q̄dē.nam cerusa intus accepta in q̄titate notabili quecūq̄ȝ corpa ledit. Exteri⁹ ṽo applicata q̄busdam vlceratis:ꝛ scabiosis ꝓdest. De pharmacys ṽo trahētibus hu.peccantē vtplurimū ꝯtingit econtra. Nam intus imoderata q̄titate sumpte ab idigentib⁹ manifeste iuuant. Si ṽo exterius applicēt̄:vel sub forma empl'i:vel sub forma vnguenti ꝓculdubio trahunt ad eam corpis ptē:cui applicantur. Unde si medicina sit fortior virtute mēbri:cum ptes ille nō sint apte ad expulsionē humoris maxime grossi coarctabit̄ ibi. Proinde raro mēbra talia pñt euadere:qn apostema:vel scabies generet̄ in eis. Qꝛ si medicia peccantem humorē pellere posset sua ꝓprietate:constat q̄ exteri⁹ applicata ꝓdesset iterdum.forti enī exñte virtute corpis si tibys ꝛ brachys applicet̄ hꝰ medicina.peccās humor educetur absq̄ȝ lesione p vomitum ꝛ secessum.si tñ indisposita fuerint corpa:ꝛ virtus eoꝝ debilis periculū est:vel mēbra p̄ncipalia ledi:vel apostema in iterioꝛib⁹ generari.

❡ De cōplexionato vt est cibus ꝛ medicina. Cap. XIX.

Complexionatū autē qđ est cib⁹ ꝛ medicina imutat corpus.ꝛ imutatur ab eo. imutat per se/ꝛ per accidens.per se quidem a cunctis virtutib⁹ supradictis q̄diu retinet formā suaȝ.imutat̄ aūt ꝓut recipit formam ipressaȝ ei a corpore:vel in prima:vel in secūda:vel in tertia digestiōe. Quia ṽo tale complexionatum inequalis potest esse complexionis. Jcirco contingit q̄ chilus:ꝛ sanguis:ꝛ cetera que ab eo generātur retinēt in parte naturam ipsius q̄tuȝ ad complexionem.ꝛ ab hac consideratione iudicantur a medicis complexionata. etiaȝ prout sunt nutrientia.ca.vel fri.sic.vel hu.lactuca enim frigidiorem temperato sanguinem generat.alliuȝ ṽo calidiorem. Solutiuum aūt aut stipticum:aut aperitiuum:vel opilatiuum ꝛc̄.non iudicatur complexionatum inq̄tum est nutriēs:sed inq̄tum est medicina. Juuat autem per accidēs: vel quātitate:vel ordine sumptionis: vel actuali qualitate qua sumit̄:sȝ q̄titate:ꝛ actuali qualitate:vt supra tactuȝ est in cibo tm̄.ordine ṽo inquantuȝ cibus:vt supra:sed inquātum

Medicia alterat cō p⁹ p accidens tam ꝯplone q̄ ꝓprietate.

Pharmacia interficere aut ledere pōt p accēns tripliciter.

Effrenitā tis pharmacie cāe q̄tuor.

Medicia nō sp operatur eodeȝ mō iteri⁹ ꝛ exterius

tium medicina est alr̄. Nam stipticū ⁊ maxime ponticū alys ꝓmissum retentionē ⁊ constipationē ꝓcurat in intestinis. Si vero subsequat̄ causat expulsionē. oē enim membrū dilatabile ⁊ constringibile ꝑforatū ab vna extremitate in aliā: si in altera constringit̄ qđ continet per oppositā qua dilatat̄ habet expellere. Silr̄ in opatiuo ⁊ opposito: ⁊ dulci ⁊ amaro: ⁊ ceteris: vt suo loco patebit.

¶ De modo cognoscendi virtutes cōplexionatorū primo per experimentum. Cap. XX.

Complexionatorū autē virtutes duplr̄ cognoscunt̄ a medicis. s. experimento: ⁊ rōne. ¶ Experimento quidē dicit̄ illa virtus cognosci cuius habet̄ notitia sensibilis. ex imediato effectu: quēadmodū calefactiua calefactiōe: ⁊ ifrigidatiua ifrigidatione: ⁊ attractiua attractione. Uñ q2 ꝓprius ⁊ immediatus effectus: quē sola experientia manifestū facit: ꝓbet de virtute notitiā. Jccirco dr̄ experimēto cognosci. ¶ Ratione vero cognoscit̄ virtus cuius manifeste habet̄ notitia effectu similr̄ ducente ꝑus in cognitionē alicuiꝰ nature: vl̄ passionis habētis respectū: vel ordinē ad virtutē complexionati. qñq3 quidē: vt effectus ad cām: quēadmodū in silī facto ab effectibꝰ mediatis ad imediatū. Sicut qñ virtꝰ calefactiua cognoscit̄ ꝑ viam saporis aut odoris ⁊c. Sapor eni3 ⁊ odor: ⁊ similia nō sunt effectꝰ imediate qualitatū cōplexionaliū. Unde collectis hꝰ effectibꝰ per experientiā ab illis syllogiçat̄ vlterius in effectū calefactionis ⁊ infrigidationis ⁊c. Et tandē habet̄ notitia calefactiue: ⁊ infrigidatiue virtutis: que sunt cause calefactionis: ⁊ infrigidationis. qñq3 vero id qđ prius cognoscit̄ silr̄ est quodā mō causa virtutis. Unde qñ per liquiditatē arguit̄ supra dñium aque. deinde per ꝯñs supra frigiditatē ⁊ humiditatē. Proprietates igit̄ nō hñt nisi vnū. s. imediatū effectū. ⁊ cause ipsarū imediate occulte sunt nobis. Jccirco solū cognoscūtur experimēto. Qualitates vero cōplexionales cognoscuntur experimēto ⁊ rōne. actuales qdē solo experimēto: potētiales vero vtroq3 modo.

Proprietates ⁊ actuales qualitates solo experimēto cognoscūtur. potentiales vero experimēto ⁊ rōne.

¶ Sed de via experimēti ꝑus tractare cōuenit: q2 cōmunior est tam ex ꝑte cognitorū q3 cognoscentiū. Inter cognoscētes enim plures sunt illi quos experimētū certificat q3 hi quibꝰ ratio ꝑsuadet. nā in pluribꝰ viget sensus q3 ratio. Silr̄ experimēto cognoscunt̄ virtutes cōes ⁊ ꝓprie. rōne vero cognoscunt̄ cōmunes. ¶ Ad habendū igit̄ notitiā cuiusq3 virtutis experimēto necesse est cōplexionata corpori applicare. sensus aūt statī de q̄litatibꝰ actualibꝰ facit fidē: Sed si de ꝓprietatibꝰ ⁊ potentialibus qualitatibꝰ querat̄ experimēto certa notitia: op3 eas obseruare cōditiones in experiendo quibus pōt fallacia: vel error iudicij ꝓcaueri. Sunt autē in gñe sex. s. subm debitū: q̄ntitas ꝯueniēs. qualitas cōgrua. modus cōpetens applicandi. mora sufficiēs. ipressio effectuū per se ⁊ ꝑ accidens.

Sex obseruāda i experimēto.

¶ Ad debitū autē subm requirunt̄ tria. s. spēs ⁊ dispositio: ⁊ dieta. ¶ Spēs aūt vt sit corpus humanū. nā cōplexionata nō habēt eundē respectū. s. conueniētie: vel cōtrarietatis ad oē corpus: q2 coluber ⁊ lacerta sunt cibꝰ conueniēs oibus ciconijs. humanis aūt corporibꝰ sunt venenū: stercusq3 bouinū cibus est optimus fasiano: ⁊ iusqamꝰ passeri: hominū vero solūmodo medicina. Et reubarbarū frigidū est leoni: calidū vero humano corpori. Unde cū inuentio salubriū causarū ad humani corporis idigentiā ordinet̄. In eo tm̄ cōuenit experiri virtutes earū: ⁊ ꝓpterea: ꝙ in alijs corporibꝰ iprimunt: nō est trahendū ad ꝯñtiā in humano: nec econtrario donec in eis fuerit facta specialiter experientia. Contingit eni3 sepe ꝙ vnū cōplexionatū faciat eundē effectū in corporibꝰ diuersarū specierū rōne nāe cōis: vt vinū quod inebriat hominē ⁊ simiā: ⁊ vippe garrulū faciūt puerū ⁊ stornellū. vtrobiq3 enim multiplicat vinū vapores ⁊ spūs rōne nature ꝓprie diuersificatur indubitāter effectꝰ cōplexionati in corporibꝰ specie diuersis. Triticeus enim panis cibꝰ est laudabilis homini: ⁊ nō equo. l3 vtriq3 sit delectabilis rōne nature cōis.

¶ Dispositio vero que requirit̄ in subiecto. in quo fit experiētia debet eē optima. vel simplex ⁊ equalis. Inter enim humana corpora solū illud qđ est optime dispōnis est aptū ad manifestandū in seipso virtutes qbus oīs causa salubris pōt imutare corpus humanū: ꝓut est sanabile. Nam inter oia sanabilia corpora humane spēi non est aliqđ representās ꝑfectionē humane nature ꝓterq3 illud. ⁊ ideo quicqd cōueniens: vel contrariū ſm virtutē: debet eē nature hūani corporis: citius in illo manifestabit̄: ꝓinde regula dicit̄ ceterorū corporū. comperto eni3 per experientiā qualr̄ ⁊ quantū ipsū imutant quecūq3 cōplexionata. Ja3 clarū est medico qualr̄ ⁊ quantū imutabūt cetera que recedūt ab optima cōplexione cognito gradu distantie cuiusq3 ipsorū ab illa. Cum aūt ad experiēdū corporis optime cōplexionis haberi nō poterit copia: tunc si fiat in corporibꝰ lapsis necesse est obseruare: ꝙ sit lapsa dispō simplex. Jta. s. vt in ea nulla sit contrarietas. qđ contingit duplr̄. s. aut quia dispō vnius mēbri contrariat̄ dispositioni alteriꝰ: vt si qs patiatur in nate: vel supuenientis frigiditatis excessū in stōcho ⁊ caliditatis in epate. Aut q2 causa cōtrariat̄ dispositioni. vt si quis patiat̄ putridam fe. ex frigido humore. Jn ꝑmo enim casu certitudo neqt haberi a cōplexionato sumpto interius quantū calefacere vel infrigidare possit corpa patiētia simplicē lapsum. nec in 2° casu silr̄: cū infrigidans ex vna parte augeat frigiditatē rōne cause añcedētis. ex alia parte diminuat rōne discrasie: calefaciēs autē econtrario. Jtē ad certitudinē iudicij op3 obseruare: ꝙ dispō corporis lapsi vniformis existat in oibus corporibus non solū quantū ad cōplexionē: sed ēt quantū ad cōpositionem. Et quantum ad cōplexionē quidē est vniformis: cū fuerit discrasia similis in spē. ⁊ equalis in gradu. Nā cū experimētum ex pluribꝰ sensibus oriat̄: op3 experiri complexionatum in corporibꝰ multis patiētibus eundē lapsū in simili gradu. Alr̄ enim artifex falleret̄: q2 cōplexionatū: qđcūq3 nō imutat eodē modo cholericū: ⁊ flegmaticū. Uidemus eni3 ꝙ acuta: ⁊ etiā aliqua dulcia: que acumine participāt: soluunt flegmaticos. maxime si humiditatibꝰ flegmaticis abundāt in intestinis: ⁊ stōcho dissoluēdo eos. Cholericos vero nimis exiccando cōstipant. maxime si epar calidum. ⁊ exiccās humiditates intestinorū inflāmet. Silr̄ atriplices celerrime soluūt habētes frigida ⁊ hu. intestina ⁊ stōchū. vix aūt aut nunq3 contrarios: ⁊ vlr̄ nullū complexionatū: siue sit cibus siue medicina pōt equalr̄ imutare corpa que sunt inequalr̄ lapsa. ꝓinde testat̄ Galenus ⁊ ꝯfirmat experientia ꝙ minus calidū infrigidat magis calidū ea parte qua plus de frigiditate ꝑticipat. Si ergo per experientiā colligatur potētia imutandi quā h3 qđl3 complexionatū. non est tradēda nisi alia corpora similia nō solū in cōplexione: sed ēt in gradu cōplexionis equalia: vel vicina quātū possibile fuerit. Et ab hac quidē cōsideratione orit̄ diuersitas iter sapiētes reperta: qua vnus iudicat vnū cōplexionatū: vt caulē: ⁊ triferā ⁊c. fore cōplexionis calide: alius vero frigide: vel vnus in vno gradu: ⁊ alius in alio. Quisq3 nāq3 iudicat. ſm experientiā quā exercet in corporibus regionis sue. Et silr̄ ab hac cōsideratione orit̄ diuersitas ista sapiētū: qua vnus in vna egritudine alicuiꝰ mēbri composuit medicinā cōplexionatā in vno gradu: ⁊ alius in morbo eodē specie similē: tñ in alio gradu. vñ in discrasia calida epatis alteriꝰ gradus est Diarodon abbatis: ⁊ alterius Con stātini: ⁊ sic de alijs. Silr̄ obseruāda est vniformitas

Dispō requisit i subto i quo fit experiētia.

Uñ fiat diuersitas iudicij in cōplexioibꝰ vel gradibus cōplexionū cōplexionatorum.

In cōpositione in qua si corpora differāt non imutabunt eodē modo. Uidemus eniz q habētes meseraicas: et meatus epatis valde latos vix aut nūq̄ ledunt: aut soluunt a dulcibus velut musto et vuis. Nā potēter humiditas istorū trahit ad epar: terrestreitas aūt remanēs i itestinis cōstipat. In qbus aūt p̄dicti meat⁹ strictissimi sunt sumptis hꝫ dolent in meseraicis ꝓpter distensionē. et cum magna portio humiditatis intestina ꝓfundat vētris mollicies ꝓcuratur. ¶ Iterū aūt ad debituz subiectū requirit mediocre: ac et vniforme ipsius regimen in dieta. Ita vt nō solū sit in quātitate: sed in qualitate mediocre. In his peccante regimine nō erit certum. qualr aut quantū absolute possit hoc cōplexionatū qđ applicat corpora imutare. nimiū. n. potanti comestio piscis salsi tussim sedat ex stilicidio causataz: et vocē clarificat obscuratā potu superfluo. Cū tñ de se pungitiuus sit pāniculoꝝ pectoris: et exasperatiu⁹ vocalis arterie. Simili modo vel rōne cōtingit variari effectū cōplexionati. et in eodē corpore si vna vice propinet fameli/co. alia quoq̄ vice ministret eidē nō famescēti: qđ manifestius apparet in his que clare ꝑticipant naturā cibi et medicine. vnde cassiafi. et pruna nō monstrāt eundē effectum soluēdi ventre: aut lactuca et cucurbita eundē infrigidādi epar et spūalia: cū sumunt ab indigēti cibo: et nō indigēti. et hec vo cōsideratio: lꝫ ad dispositionē subiecti posset reduci. distinguit tñ ab ea ex parte cause ꝓpter hoc vt diligentius aduertat. id enim a quo causat: vel orit hec consideratio ꝓprie nō est cōplexio. vel cōpositio: sed poti⁹ regimē. ¶ Tractatis igit his que seruare opꝫ ex parte subti. Iam vlteri⁹ est sciendū q ex parte cōplexionati qđ obuiat corpori: et q̄titas: et q̄litas debitā obseruari debet. non eniz in quacūq̄ quātitate obuiās pōt sensibilr imutare. sꝫ vna est p̄ma quantitas in qua si obuiet corpori sensibilr imutabit ꝯm exigentiā sue virtutis. verbi grā. in his que sumunt iterius p̄ma quātitas mellis est. ʒ. j. et ß. respectu corporis temperati. sādal. aūt. ʒ. j. et ß. tyriace vo. ʒ. ß. Respectu vo corporū a tēperamento distantiū interdū est maior interdū est minor ꝯm diuersitatē lapsus corporū et virtutis cōplexionati. minor eniz quātitas tyriace calefacit cholericū q̄ flegmaticū. et minor sandal. infrigidat ecōtrario. he aūt quantitates in sumptis interius doses dicuntur: siue sumant ad pondus. vt. ʒ. et lib. et c. siue ēt ad mensurā vt coclear et briala. Quaruz dn̄e tres in gn̄e sunt. s. maior et minor et media. Ex si nulla istarū determinate sciat: et sit intētio experimēto inuestigare non solū virtutē cōplexionati. sed ēt quantitatē primā. tunc artificialis experimētator ꝯueniēter incipit a minori quantitate quā sua estimatio ꝑticularis informata mensurat ne si forte nociua eēt virtus cōplexionati nimiū lederet. ¶ Quia vo p̄ma dosis cōplexionatorū in tēperata regione atq̄ respectu corꝑis tēperati quodā modo canon est inueniēdi doses in ceteris regionib⁹ atq̄ corporibus. naz in distēperatis respectu illi⁹ minuit: vel augetur ꝓpter hoc illaz conuenit p̄us scire. De qua due regule collecte sunt per experientiā a sapiētibus. et p̄ma est de dosibus cōplexionatorū inquantū absolutā habēt rōnez alterantiū medicinarū. Scđa vo de dosib⁹ inquantū habent manifestā nutriendi potentiā. De absolute vo alterantib⁹ est cōpertum in tēperata regione atq̄ in corpore tēperato q p̄ma dosis cōplexionatoꝝ in quarto gradu est. ʒ. j. In 3° vo. ʒ. j. et ß. In 2° vo. ʒ. ij. In p̄mo vo. ʒ. vj. intemperato vo vt intēperatū est non cōuenit certa dosis. De cōplexionatis vo habētibus manifestā nutrientis rationē cōpertum est q hoc facit in eis. ʒ. qđ. ʒ. in alijs. Unde sicut in tēperata regione: vel respectu corporis tēperati sunt prima dosis spicenardi que est calida in scđo gradu. ʒ. ij. sic p̄ma dosis mellis. ʒ. ij. et silr de cōplexiōatis in p̄mo gradu. Ad tertiū enim et quartū nō ꝯueniunt ea que notabilr nutriunt. imo hꝫ plus semp iprimunt corpori vt medicina q̄ nutriēs sicut cepe et allia et hꝫ. ¶ Si tñ habeat notitia dosis in vna distemperatarū regionū de facili ꝑpendetur in alia ꝓcedēdo per regulas gn̄ales. quaruz prima est: vt attēdatur differentia regionis ad regionē. et per ꝯn̄s habitantiū ad habitantes. q si regio ad quā dosis querit: sit eiusdē qualitatis eadē erit dosis. si vo differēs diuersa. ¶ 2ª regula generalis est q ad quācūq̄ regionē querit dosis: tūc si conuenit medicina cū qualitatib⁹ eius. et regio fuerit itensioris q̄litatis q̄ alia minuet dosis. respectu alterius regionis in qua est nota. Si vo opponat augebit. nam in frigida regione: aut frigidiori maior erit dosis calefaciētis medicine q̄ in ea vel minus frigida. sed in calidiori minor. ¶ 3ª est q p̄mū argumētū est tertie partis: et silr p̄ma diminutio. Nam sicut in gradib⁹ infra tertiā partē nihil notabile fit in dosibus. vnde si in calida regione fit dosis. ʒ. j. in minus calida augebit. p̄mo de. Ↄ. et deinde gradatiz ascendetur vsq̄ ad dupluz: et ecōtrario in diminutiōe. ¶ Qualitas aūt actualis ipsius debet eē mediocris: ita vt cū applicatur oīno sit ab oī aliena qualitate nudatū. s. vt nec vicinitate: vel coniunctione rei alteri⁹ actuali qualitate informet vel antiqtate: aut corruptione quacūq̄ naturales potētias sue spēi amiserit: sed q applicet corpi in ea ꝑfectione ac puritate que sue spēi debet. ¶ Ex parte vo applicationis obseruare opꝫ vt modus applicandi sit debitus. Nam si sandalus ꝑ frusta sumat et aurū in pecijs: aut psiliuz iperfecte contritum applicetur arthetícis. nec illud in epate nec istud in corde: nec aliud in iuncturis manifestabit effectum: sed opꝫ vt dura in puluerē resoluant. Ecōtra vo si iacint⁹ teneatur in ore puluerizatus parū ꝓderit cordi. aut si saphyrus puluerizatus oculis applicet. sed vnicuiq̄ rei ꝓprius debetur modus. qui si ignoret caute querat experimēto: et ꝓpter pericula quisq̄ poti⁹ expertis adhereat. Silr et mēbra modū applicationis diuersificāt. Naz qui vult experiri de aliqua medicina: vtrū sit ꝯsolidatiua vlcerū colonis: aut longaonis iprudenter applicat eā ꝑ os. cuz per inferi⁹ debeat ꝑ clystere applicari. et ꝯm hanc formā intelligēduz est de alijs mēbris. ¶ Ad debitā silr applicationez ꝑtinet mora sufficiens. quā ideo seruare opꝫ. qm̄ non in quacūq̄ mora tēporis agēs naturale suū monstrat effecū. ¶ Ex parte vo ipressionis facte obseruādū est: vt subtiliter discernatur effectus ꝑ se ab eo qui est per accidēs. Naz solū ab effectu ꝑ se indicat res habere talē potentiā. Id aūt discernit cōsideratione ordinis iprimendi et cōtinuationis: et ex diuersitate dispositionis corporū: sicut supra iam patuit. Ex ordine quidē ipressionis. nam interdū effectus ꝑ se ꝓcedit effectum per accidens: vt in aqua frigida que cum obuiat exterius corpori statim infrigidat: sed postmodum calefacit. Similiter in potentialr complexiōatis: vt in lep: cū obuiat stomacho p̄mo infrigidat: sed interdū in crastino forte de die in diē inuenit augere discrasiā in his in quib⁹ aduritur in visceribus et in venis cholera multa succensis. Quādoq̄ effect⁹ per accidēs ꝓcedit effectū ꝑ se sicut in habētibus cholericū stomachū et ministrātē oculis fumū caliginosuz et ebetantē visuz. Naz vsus lactuce a principio sui visum ꝑ accidens acuit reprimēdo cholerā et prohibēdo vaporū ascensuz. sed finalr ebetat ingrossando spirit⁹: et albugineū atq̄ vitreuz. Quicūq̄ igitur ꝓcedat siue sequatur ille semp erit per se qui ꝯtinuabit in omnibus: aut pluribus corporibus. et in eisdē et in omni tēpore velut plurimum. Nā que per accidēs fiunt raro contingunt et in paucioribus. Preterea si medicine impressio non manifestat in corpore quando obuiat illi: sed cū ab eo fuerit separata certum est q illa ipressio sit eius effectus ꝑ accidēs. naz ꝑ se agentia

Regimē i dieta requisitū ad debitū ꝯm i quo fit experientia.

Quātitas et q̄litas debita obseruari dꝫ in expiendo ꝯplonatis.

Modus inueniēdi doses primas ꝯplexionatoꝝ.

Modus debit⁹ applicandi obseruari dꝫ in experiendo.

Debita mora silr obseruari debet. Et impressio facta obseruari et ꝯsiderari dꝫ.

Effect⁹ ꝑ se q̄lis sit.

se agentia ĩprimunt actuali obuiatione ad passium.

¶ De modo cognoscendi virtutes medicinarum per rationem. Cap. XXI.

Uia processus ratiõis qua cognoscunt̃ virtutes medicine ꝓcedit ordine gemino: q2 partim a prioribus. ptim ꝟo a posteriorib⁹ inchoat ⁊ vterq3 ꝓcessus est necessari⁹ medico. Naz ꝑ ꝓcessuz in quo incipit a cõsideratione ꝑncipiorũ cõplexionati ⁊ suarũ virtutũ rõnabil'r cõprehẽdit quot sunt earũ genera in qbuslibet medicis. ⁊ per quas dr̃ias pñt multiplicari. tñ hec cõsideratio maxime regulat̃ per iuestigationes naturalis phie. s. inquãtuz cõsiderat generationẽ mistorũ ⁊ rõnẽ mistionis. vnde solũmodo ꝯuenit medico vt vtẽti: ⁊ nõ vt docẽti vel ꝯtractanti. vnicuiq3 eniz artifici ꝯuenit aliqbus vti cõsiderationib⁹. quarũ certitudo tradit̃ in alijs facultatib⁹ quas supponit. ꝯuenit ẽt eidẽ de qbusdã indagare veritatẽ per ꝓpria. Secũdus ꝓcessus ẽt regulat̃ ꝑ naturalia. naz cõsiderat cões passiones mistorũ: vt colorez: ⁊ odorẽ atq3 similia. ¶ Qm̃ aũt ꝓcessus a causis magis est sciẽtificus: ab eo ꝯuenit exordiũ sumere. Sciendũ est igit̃ ꝙ causarum a quibus oriuntur complexionatorũ virtutes quedam sunt intrinsece complexionato: quedam ꝟo extrinsece. Intrinsece ꝟo tot sunt in genere. quot sunt ea que cõcurunt ad generationẽ cõplexionati a ꝑte intra. hec aũt sunt tria ꝑ ordinẽ se hñtia ꝭm nãz. s. mã ⁊ for⁹ mistiõis ⁊ forma specifica. Miscibilia eniz ex qbus cõstituit̃ ipsuz cõplexionatũ p̃ora sunt ꝭm naturã duob⁹ sequẽtibus. Forma ꝟo mistionis: q2 disponit ad formã specificã natural'r p̃cedit eam. medico nãq3 ꝭm suas cõsiderationes cõuenit dicere ꝙ inest cõplexionato vel misto duplex forma. s. mistionis: que cõsistit in modo colligantie miscibiliũ adinuicẽ. Nã posito ꝙ in pondere: vel mensura tãtũ eẽt de vnoquoq3 cõponente in vno misto quantũ in alio: tñ si in altero mistorũ cõcurrant sub numero centũ nũmorũ vel plurimorũ. In altero qngentorũ constat ꝙ forma colligantie vel cõprehẽsionis ipsorũ adinuicẽ variabit̃ in vtroq3: q2 variata ꝓportione miscibiliũ adinuicẽ necesse est colligãtiã variari. Scda ꝟo cõplexionati forma est forma ꝑ quã in determinata spẽ mistorũ vel complexionatoꝝ reponit̃: que dr̃ cõpletiua rei: talẽ autẽ pluralitatẽ atq3 gradualitatẽ formarũ in misto non ponit medicus ꝭm exquisitũ iudiciũ veritatis: qm̃ nõ cõuenit ei certificare. s3 hoc dicere cogitur ꝭm cõsiderationes sufficiẽtes ꝓposito suo. cuz enim intendat distinctã habere notitiã de virtutib⁹ mistorũ: ⁊ inueniat in ipsis aliquã v̓tutẽ manifeste reducibilẽ ad formã mistionis manifeste posse reduci: necessario cogit̃ dicere ꝙ altera ꝓcedit ex forma: que aliquo mõ sensu ⁊ rõne ꝑcipitur. Altera ꝟo ad formaz reducit̃ que in se penit⁹ est occulta nostre cognitioni. ⁊ hec est forma specifica: q a nec sensu percipitur: nec rõcinando possumus dicere ꝙ sit substantia: vel qualitas: in qua tale vel tale cõponẽs. ⁊ tm̃ vel tal'r dominant̃: quemadmodũ possum⁹ de forma mistionis asserere: q̄uis ignorem⁹ exquisite gradũ in quo cõsistit punctual'r. ¶ Scdm p̃dictas igit̃ cõsiderationes inuenit medicus ꝙ p̃ma genera virtutũ que possunt in complexionato reperiri sunt tria. s. virtus manãs a cõponentib⁹. Alia ꝟo a forma mistionis. Tertia ꝟo a forma specifica. Et has quidẽ virtutes rõnabil'r distinguit ⁊ denotat nominib⁹ ordinabilib⁹: cũ dicit ꝙ virtutũ cõplexionatorũ quedã sunt p̃me. quedã scõe. quedã tertie. p̃mas ꝟo qualitates cõplexionatas duplici rõne. tum. s. qm̃ ante illas nõ sunt alie a qbus dependeant. tum ẽt. q2 dependẽt ex his q̃ ꝭm nãm priora sunt cõplexionato. s. ex mãlibus cõponentibus. Scõe ꝟo dicunt̃ ille que imediate ꝓcedũt ex p̃mis. vel ex 2° ꝑncipio cõplexionati supradicto: Tertie ꝟo que ex tertio: que alio noie vocant̃ ꝓprietates. Auer. tñ dic̃ eas esse quartas virtutes: quoniã scdas distinguit in duas. naz earũ quedã sunt que ĩdifferẽter manifestãt effectũ suuz in quolz organo: sicut abstersiua/ corrosiua/ vlceratiua/ ⁊c̃. qdaz ꝟo determinate in aliqbus organis: aut magis in illis q̄3 in ceteris: vt ꝓuocatiua vrine in vrinalib⁹: vis ꝓuocatiua menstruoꝝ in matrice. gñatiua lactis in mãmillis. ⁊ ita de cõsimilibus: ⁊ l3 aliqual'r vera sit hec distictio: tñ in ꝓposito locũ non h3: q2 virtutes medicinarũ nõ distinguuntur hic penes mẽbra: qm̃ tales differẽtie nõ sunt eis essentiales: imo accidẽtales: cũ ab extrinseco veniãt. S3 prima distõ ꝓcedit ꝑ ea que sunt cõplexionato eẽntialia. ¶ Cuz aũt vlteri⁹ inuestigat medicus per hanc viam differẽtias aut spẽs p̃dictorũ generũ: inuenit ꝙ sub p̃mo gñe tot spẽs p̃marũ virtutũ cõtinent̃ quot sunt virtutes p̃morũ cõponentiũ. s. cali. fri. sic. ⁊ hu. has eniz qualitates dicit medicus esse virtutes: q2 sunt ꝑncipiũ opationis manifeste. s. alterationis in corꝑe sanabili. ⁊ iterũ dicunt̃ virtutes rõne iaz dicta. Cũ aũt scõe virtutes imediate ꝓueniant ex ꝯcursu primarum in misto. ꝓpterea dicit ꝙ due sunt p̃me differẽtie scdarũ: qm̃ nõ possunt a p̃mis in genere differre nisi duobus modis: aut sicut intẽsum ⁊ remissuz: aut sicut simplex ⁊ cõpositum. ⁊ ideo dicit ꝙ scdarũ virtutũ quedã sunt que ꝭm rez nõ differunt a p̃mis: sed sunt in aliqua p̃marũ: ꝓut est intensa. oẽs aũt scõe virtutes: ⁊ etiã tertie: q2 carent nomine ꝓprio. ideo medicus nominat ab effectib⁹ earũ: qbus manifestant̃. dicit ergo ꝙ virtus cõbustiua nõ est nisi caliditas itensa: ⁊ cõgelatiua frigiditas intensa: ⁊ sic de cõsimilibus. Quedã ꝟo sunt que dependẽt a p̃mis nõ solũ inquãtum p̃me intẽduntur. sed iquantũ reducunt̃ ad aliquẽ gradum cõmistionis ꝓportionalis huic misto vel illi: tal'r ꝙ effectus qui manat a tali virtute nõ põt eẽ tm̃ effect⁹ vni⁹ primarũ virtutũ sed diuersarũ. ⁊ talis est virtus mundificatiua ⁊ generatiua carnis: ⁊ consolidatiua ⁊ sil'es. De tertijs aũt virtutib⁹ nõ põt assignare p̃mas dr̃ias absolute: q2 forme specifice rerũ: a qbus dependẽt imediate nõ habẽt aliquid cõe sub rõne generis: ad qd̃ vl'es ⁊ p̃me differẽtie reducant̃: sed tm̃modo distinguunt̃ ꝓprijs effectibus: qui alio nomine vocant̃ ꝓprietates. ⁊ q2 hos effectus considerat medicus per respectũ ad corpus sanabile: ꝓpterea respectu illius dicit vl'r ꝙ due sunt in genere tertie virtutes. qm̃ aut ꝭm rõnẽ sue spẽi ꝯtrariantur sanabili corpori: vel cõueniunt. ⁊ cõtrarie dicunt̃ quecũq3 toti corpori: vel alicui suaruz partiũ inferunt nocumentũ. cõueniẽtes ꝟo contrario modo: ⁊ tyriacales dicunt̃ siue ꝓprietates. Que ꝟo sunt spẽs spãlissime taz istarũ q̄3 secundarũ: q2 solis effectibus colligit̃. iccirco dicet̃ in 2° ꝓcessũ. ¶ Nunc aũt considerandũ qual'r notitia causarũ: a qbus depẽdent virtutes cõplexionatorũ: dirigat medicũ ad habendũ pleniorẽ notitiã de virtutib⁹ qbus possunt imutare corpus. Dictũ autẽ fuit supra ꝙ ꝑ viaz rõnis non cognoscitur in ꝑticulari: nisi vel potẽtialis. vel virt⁹ a cõpl'one dependẽs imediate. vñ sequit̃ ꝙ solum de p̃mis: aut secũdis v̓tutibus põt ꝑ viam rationis haberi notitia. Uidendũ est igitur quantũ ad hec prosit cõsideratio causarũ: ⁊ priũs itrinsecarũ. Ad cui⁹ euidentiã est sciendũ ꝙ recta ⁊ plena notitia virtutũ: ⁊ operũ potential'r cõplexionatorũ nõ habet̃ nisi per cõsideratione eorũ in qbus ĩpsa cõplexionata cõueniunt ⁊ differunt tam in generali q̄3 in speciali. cognito eniz in quibus cõueniant: ⁊ in qbus differant diuersa cõplexionata sufficiẽter cognoscit̃ quas habeãt virtutes: ⁊ per ꝯñs etiaz quas operationes. Quia ꝟo notitia specialiũ ꝑfecte nõ habet̃ absq3 cognitione generaliũ: ideo conuenit medico prius scire in quib⁹ cõplexionata conueniũt in generali ⁊ differunt. Ex

Unicuiq3 artifici cõuenit vti aliqb⁹ suppositõib⁹

Tria itrinsece ꝯcurrẽtia ad generationẽ misti. mã ⁊ due for⁹

Tria gñã v̓tutũ que pñt i ꝯplexiõato reperiri sũt tria.

Dr̃e aut spẽs p̃mi arũ generũ virtutũ.

Cãõ notitia cãrũ v̓tutũ dirigat in notiã ipsarũ virtutũ.

bis aūt que sunt de cōplexione superius sufficiēter tradita colligit medicus ꝙ cōplexionata quātū ad id qđ eis attribuitur ex ꝯsideratione medicinali conueniūt tm̄ in vno.s. ꝙ oia dicunt̄ sic vel sic cōplexiona ta /cōparatione humani corporis vt patuit supra. Quantū vero ad id qđ pertinet eis ex natura ipsoruꝫ cōueniunt in quatuor. pmo ꝙ oium ipsorū eadē est pma mā.s. quatuor elemēta. Scđo ꝙ in oibus ex mutua actione ⁊ passione elntoruꝫ. vel quorūcūqꝫ miscibiliū resultat qualitas 2ª que vocatur cōplexio. Tertio ꝙ in oi misto disponit illa cōplexio ad recipiendū aliā virtutē a cōplexione que vocat̄ ꝓprietas. Quarto vero ꝙ oium cōplexionatorū: quorū cōplexio denominat̄ ab aliqua qualitate semꝑ denominatio fit a ꝑdominanti.

In qbus oia ꝯplexionata cōueniant.

¶ Ex his ēt vlteriꝰ colligit̄ ꝙ qꝫtū ad intrinseca pnª differre nō pn̄t cōplexionata nisi vel ꝑ formaꝫ mistionis: vel ꝑ 2° cōponētia: vel vtrūqꝫ. quantū eniꝫ ad formam mistionis oia cōplexionata diuersarū specierū differunt. naꝫ cum differant in forma specifica ad quā illa disponit necesse est vt in illa ēt differāt. In cōponētibus aūt differre nō possunt nisi quantū ad 2ª: q2 dictuꝫ est ꝙ in pmis cōueniūt.

In qbꝰ differāt ꝯplexionata.

¶ Ad sciēdum igit̄ per causas itrinsecas quantū in genere differre possint cōplexionata potentialr̄ penes virtutes pmas ⁊ secūdas necesse est attente cōsiderare diam quā habēt in secūdis cōponētibus: ⁊ in forma mistionis. Ad sciendū aūt qualr̄ cōplexionata differāt in secūdis cōponentibꝰ conuenit scire que sunt pma: ⁊ que secūda. Prima nāqꝫ sunt elemēta cōia oibus mistis. qm̄ ex ipsis pmo generant̄ cōplexionata quecūqꝫ. Scđa vero sunt oia cōplexionata: vel iam ex elemētis cōstituta: ex qbus alia cōplexionata 2° constituunt̄: ⁊ dicunt̄ 2ª respectu pmorū. nō enim pmo sunt constituentia cōplexionata. sed 2° ⁊ ꝓximo.

Cōplexionatoꝝ 2x reperit̄ cōstitutio.

¶ Ex qbus pꝫ ꝙ duplex in genere cōplexionatorū reperit̄ constitutio.s. pma ⁊ scđa. ⁊ dicit̄ pma illa que fit ex concursu elemētoruꝫ simpliciū. Scđa vero est illa que ꝓuenit ex cōcursu corporū iam mistorū ex elemētis. Prima vero harū cōstitutionū vtplurimū manifestat̄ in cōmistis per naturaꝫ sicut in vino/oleo/⁊ sale: ⁊ similibꝰ homogeneis que ꝺm sensuꝫ tn̄ resoluunt̄ in simplicia: ⁊ nō in cōmista: raro autē inuenit̄ in cōmistis ꝑ arte: qm̄ ars raro cōmiscet elementa simplicia. veluti si cōmisceat aquā terre ad cōponendū lutū. veritas autē secūde cōstitutionis manifestat̄ crebro in naturalibꝰ ⁊ artificialibꝰ. In nālibus quoqꝫ frequētius. in etherogeneis: vt in corporibꝰ aialium in quibus ex diuersis cōplexionatis constituit̄ corpus aialis. ⁊ in fructibꝰ plantarum. qui ex cortice ⁊ testa ⁊ nucleo constant. ⁊ similibꝰ: vt in ꝑsico ⁊ prunis ⁊ citro. Manifestat̄ etiā veritas huius secūde cōstitutionis cōplexionatorū in homogeneis per naturaꝫ cōmistionis: vt in lacte: ⁊ in sanguine. ꝓut sumit̄ ꝓ massa confusiōis hu. in venis. hec eniꝫ ⁊ multa naturalia similia resoluunt̄ ꝓxio in corpora cōmista ex elemētis. ⁊ ideo cōstat ꝙ ex eis fuerūt ꝓxio cōstituta. In artificialibꝰ aūt patet veritas huius cōstitutionis: nō solū per resolutionē cōplexionati: sed etiā per cōmistionē: cuꝫ ars: vtplurimū cōmisceat elemētata ⁊ nō simplicia: vt mel ⁊ acetū ⁊ çuccharū ⁊ pulueres spērum: ⁊ sic de alys.

Quō cōplexionata i scđis ꝯpositionibus differant.

¶ Jam igit̄ ex his pꝫ quō cōplexionata possint in secūdis cōpositionibus differre: q2 tunc.s. qn̄ ea ex qbus ꝓxime componuntur differūt ratione vel spē. naꝫ caseus ⁊ butyrū ⁊ serū: ex qbus lac constat: alteriꝰ rōnis sunt qꝫ nucleus ⁊ testa. ⁊ cortex. quibꝰ cōstat fructꝰ. ignis aūt ⁊ aer ⁊ aqua ⁊ terra: q2 in oibus cōplexionatis sunt vniꝰ rōnis ꝺm testimoniū sensus cui medicꝰ innitit̄. Jdeo absolute dicit ꝙ per pma cōponētia nō differunt cōplexionata: quoniā eadē sunt ꝺm spēm in oibus: sed quoniā inuenit ad sensuꝫ ꝙ secūdo cōponētia sepe differunt in cōplexionatis ꝺm spēm. ideo elicit ex hoc regulaꝫ generalē. circa notitiā pme: vel secūde virtutis eoꝝ dicens: ꝙ quorūcūqꝫ cōplexionatorū ꝓxima cōponētia differunt sensibilr̄ necesse est ꝙ habeāt differētes v̄tutes: vel pmas: vel secūdas: vel ēt vtrasqꝫ. ecōtrario aūt si diuersas habeāt virtutes: ⁊ ꝺm sensum nō differāt in cōponentiuꝫ quātitate: necesse est vt differāt in forma mistionis: vt climia ⁊ marcasita ⁊ aristologia longa ⁊ ro. ⁊ mastix ⁊ olibanus ⁊ silia.

¶ Quātum aūt differāt in pmis elicit ꝑ cōparationē secūdoꝝ cōponentiū ad pma. nam virtus vel qualitas illius elemēti dominatur in cōplexionato de quo elemēto magis ꝑticipant 2° componētia: vt siccitas in eo cuiꝰ cōponentia secūda sunt magis terrea: ⁊ sic de alys. que vero elemēta dominent̄ in secūdis compositionibꝰ ꝑ posteriora cognoscit. sicut patebit in secūdo ꝓcessu.

¶ Sed ex his iaꝫ habet̄ ꝙ quātitas vel mensura 2° componentiū ducit aliqualr̄ medicū in notitiā primarū virtutū que sunt in cōplexionato. Diuersitatē aūt quātitatis: vel mensure cōponentiū attendit potiꝰ in secūdis cōponētibus qꝫ in primis. ideo q2 2ª manifestius ad sensuꝫ distinguunt̄ qꝫ pma. In artificialibus eniꝫ sensui patēt in ipa cōpositione. naꝫ artifex cognitor est materialiū cōpositionis quaꝫ efficit. ⁊ iō per artē indicat de cōplexione: q̄ resultat in medicina quā ipse cōponit: queādmodū dicet̄ in cōsideratione de gradibus cōpositarū medicinarū. In cōplexionatis aūt que sola oꝑatione nature cōstituunt̄ patēt sensui cōponentia duplici modo.s. vel ꝑ distinctionē sensibilē ipsoruꝫ in cōplexionato: vel cōposito sicut in etherogeneis. vel per resolutionē: aut sequestrationē ipsoꝝ vt in homogeneis: sicut pꝫ in lacte. lꝫ igit̄ ex notitia quātitatis primorū cōponentiuꝫ haberet̄ aliqualr̄ notitia primarū virtutū. tn̄ nō attēdit eā in pma cōstitutione. sed in 2ª. tum q2 in illa nō patēt cōponentia sensu. cū per istā scđam ducit̄ sufficiēter quātū possibile est in notitiā quātitatis pmorū componētiū.

Quō differāt ꝯplexionata ex ꝑte forme ꝯpōnis vel mistionis. Mistio duobꝰ modis sumit̄.

¶ Cōsideratis igit̄ componētibus cōplexionatorū quantū possibile est: iam restat scđo cōsiderare formā cōpositionis: vel mistionis. vt perpendat̄ quantū ex parte ipsiꝰ possunt prime vel scđe virtutes in cōplexionatis diuersificari. Mistio enim duobꝰ modis sumit̄. Uno qdeꝫ large.s. pro cōstitutione cōplexionati ex diuersis componētibus sub actu vnius cōis cōplexionis toti cōposito. ⁊ hoc modo nō solū homogenea: sed ēt etherogenea dicunt̄ cōmista. q2 qꝫuis habeāt partes formalr̄ sensu distictas: tn̄ ex eis in toto cōposito resultat vna forma cōplexionis: que debetur ei ꝺm spēm suaꝫ. lꝫ igit̄ de forma mistionis sit colligātia: vel cōprehensio miscibiliū: aut componentiū adinuicē alteratorū ꝺm ꝙ exigit species cōplexionati. tn̄ q2 vltimum ⁊ formale qđ debetur cōplexionato inquātum cōplexionatuꝫ est vnio suoruꝫ cōponentium sub actu vnius cōplexionis totius. Jdeo medicus formā cōmistionis denotat per cōplexionē cū dicit. Or complexionū quedā est pma. quedaꝫ scđa. Jntendēs per complexionē mistionē: vel cōstitutionē supra expositaꝫ. ⁊ hoc facit vt insinuet ꝙ illud: quo formaliter colligant̄ oia cōponentia in cōplexionato: ad hoc vt stent sub actu vniꝰ forme substātialis que vltima perfectio est ipsiꝰ nō est nisi complexio. Jta ꝙ sicut illa forma est vna sic est cōplexio totius. lꝫ enim cōstituat̄ ex partialibus ⁊ diuersis cōplexionibus. tn̄ nō hꝫ rationē: nisi vniꝰ ꝓut disponit totū complexionatū ad vltimam eius perfectionē. Jterū etiā: q2 per complexionē: id est per sensibileꝫ effectū eius deuenit in notitiā forme mistionis: vt patebit in 2° ꝓcessu. Alio vero modo sumit̄ mistio minus large.s. ꝓ constitutione cōplexionati facta ex componētibus secundis vnitis tn̄ ꝺm situm propinquitatis: ⁊ hoc modo sumit medicus quādo dicit ꝙ medicinarū quedā cōponunt̄ ex duabus aut pluribus diuersis substātys ipermistis. quarū

quedam

Qñ diuersificent v̓tutes p̃e ⁊ 2e ꝯplonatorꝫ penes diuersitatẽ mistionis.

quedã habẽt partes ĩpermistas sensu manifestas vt citrũ: quedã autẽ sensu occultas vt psiliũ. ¶ Ad videndũ igitur q̃uo diuersitas mistionis diuersificat v̓tutes p̃mas ⁊ scd̃as cõplexionatorũ: ꝓcognoscere opꝫ dr̃ias que in genere p̃nt cadere in forma mistionis. Generales aũt eius dr̃ie patẽt ex ratione ipsius. naꝫ cũ forma mistionis: aut mistio prout hic sumit̃ sit aliqualis vnio cõponentium in cõposito sub actu cõplexionis cõis ⁊ vnio cõponentiuꝫ in q̄busdam sit disticta. vt in etherogeneis. in alijs idistincta. vt in homogeneis: ⁊ in q̄busdã fortis: in alijs ꝟo debilis. cõstat ꝙ ois mistio cõplexionatorũ decurret ꝑ has differẽtias. Est igitur illa mistio distincta in qua cõponẽtia sensibil'r in composito distinguunt̃. Indistincta ꝟo illi que opponit̃. Fortis aũt vel firma dicit̃ illa in qua cõponẽtia seu prima seu scd̃a difficiliter separant̃ abinuicẽ non solũ actione nostri corporis: sed etiã ignea. Debilis aũt in qua cõponẽtia leuiter separant̃. nõ solũ actione fortis agẽtis: sed debilis. Mistio aũt ꝑfecta ⁊ iperfecta real'r cõtinetur sub p̃dictis: sꝫ ẜꝫ rationẽ differt ab eis. ois eniꝫ ꝑfecta mistio est ⁊ idistincta ⁊ aliqual'r fortis: sed nõ econtrario. Unde in plus se hꝫ idistincta ⁊ fortis q̃ꝫ ꝑfecta.

Mistio ꝯsiderata a Pho.

Mistio eniꝫ ꝑfecta est que aliter vocatur mistio ẜm totũ: ⁊ est illa in qua cõponentia ita ꝑfecte se transmutãt: vt ad homogeneitatẽ oĩno perueniant: tam in suba q̃ꝫ in cõplexione q̃ꝫ in omni virtute. Ita ꝙ ad vnaꝫ complexionẽ in toto ⁊ in partibꝰ: ⁊ ad vnam virtutẽ seu ꝓprietatẽ oĩno reducunt̃. ⁊ hec est vera mistio quã cõsiderat naturalis: de qua non multum curat medicus: q̄a non est principium diuerse virtutis: sed magis curat de opposita. scilicet imperfecta in qua componentia non reducuntur ad talem homogeneitateꝫ: ⁊ in hac mistio large sumit̃. s. pro aggregatione componentiũ sibiinuicẽ appropinquantiũ ẜm situm. quapꝑ de ratione huius mistionis. est vicinatio partiũ ẜm potentiã.

Mistio ꝯsiderata a medico.

For̓e sbãles miscibiliũ saluãt̃ i misto q̄re hoc dicat medicus.

Et pp hanc ꝯsiderationẽ asserit medicus ꝙ forme substãtiales miscibiliũ saluantur in misto. ad qd̓ dicendũ mouet̃ ex his que apparẽt in iperfecte mistis: quorũ vnũ est distincta resolutio ipsorum in sua cõponentia. Scd̓m ꝟo est: q̄r manẽte ipsorũ specie distincte operant̃ cõtraria: vel diuersa in corpore. talẽ auteꝫ sententiã non diffamat medicus: q̄m accepta est ex sufficiẽtibus ꝓposito: ⁊ nõ necessarijs absolute. Aduertẽdũ tñ est ꝙ mistio quorũcũqꝫ complexionatorꝫ si ꝯsideret̃ respectu complexionati: ad cuius genera cõis est via. semꝑ est ꝑfecta: q̄r per ipsaꝫ spẽm suaꝫ adipiscit̃ complexionatũ. Sꝫ si cõsideretur respectu alteriꝰ vt sanabilis corporis qual'r soluꝫ ꝯsiderat medicus tunc põt esse ꝑfecta ⁊ iperfecta.

Mistio ꝑfecta ẜm medicuꝫ.

⁊ ꝑfectaꝫ q̄dem dicit esse medicus illaꝫ: in qua cõplexionatũ si corpori applicet̃ nõ imutabit ipsuꝫ: nisi cuꝫ vna virtute p̃ma ⁊ scd̃a ⁊ tertia: ⁊ non cuꝫ oppositis: aut pluribꝰ diuersis. ita ꝙ semꝑ alterabit per se: cũ vna cõplexione tm̃. ⁊ cũ vna virtute. scd̃a operabit̃ ⁊ sil'r cuꝫ vna tertia: quale complexionatũ est scamonea. Nã p̃ma virtus eius est solũmodo calefacere. scd̃a ꝟo solũmodo aperire seu rarificare. tertia ꝟo cholerã potenter attrahere.

Mistio iꝑfecta ẜꝫ medicũ.

Imperfectã ꝟo dicit eẽ illaꝫ in qua cõplexionatũ imutat corpus oppositis virtutibus: aut pluribꝰ diuersis in p̃mo. vel scd̃o. vel tertio genere v̓tutũ: aut omnibꝰ.

Qꝺ in eodẽ ꝯplonato possint eẽ opposite v̓tutes.

Qꝛ aũt in eodẽ cõplexionato possint opposite virtutes existere ratio ꝓbat ⁊ experiẽtia: vel sensus confirmat. Naꝫ in etherogeneis: quorũ partes distincte sunt ẜm subam: vel corpulentiam: necesse est vt in cõplexione differant: ⁊ opponant̃ postq̃ꝫ in corpulentia opponuntur: sicut caro dactyli: vel pruni est mollis: os ꝟo durissimum. rõnabile igit̃ est illam esse humide cõplexionis ⁊ istud sicce. Quemadmodũ autẽ cõplexiones differũt: sic ⁊ scd̓e virtutes ⁊ tertie. lꝫ a nobis ignorent̃. sꝫ de his experientia nos certificat. constat enim ꝙ scd̃a virtus in carne citoniorꝫ exasperatiua est pectoris. in grano ꝟo ipsiꝰ est lenitiua. caro sil'r persicorũ est opilatiua canaliũ pulmonis. nucleus aũt eiꝰ aperitiuus: ⁊ illa frigida. ⁊ iste calidus. De tertijs quoqꝫ scimus ꝙ cortex citri confortat cor. ⁊ caro eiꝰ generat colicã: ⁊ semen eius pellit venenum. cauda quoqꝫ cerui venenũ est homini: cornu ꝟo eius tyriaca. sil'r auteꝫ existimãdũ est esse in alijs homogeneis: vt in lacte. Quecũqꝫ igit̃ ꝑfecte mistionis sunt tm̃ vnuꝫ operant̃ ẜm q̄dlꝫ genus virtutũ: qd̓ pꝫ a maiori: quoniã ea que sũt iperfecte mistionis. Dum tñ partes cõponẽtes taꝫ vicine sint. vt sensu discerni nequeant. lꝫ sint oppositarũ virtutũ: seu qualitatũ: tñ de se nõ manifestãt in corꝑe: nisi vnũ effectũ: q̄r cũ vicinissime sint: vna nõ operat̃ in alia ꝑte notabili sine altera: ⁊ in ipressione quã faciũt in sanabili corpore nõ apparet diuersitas: sed vnus cõis effectus: vtpote tẽperamenti. Q̃uis igit̃ mistio taliũ partiũ non sit ꝑfecta: q̄r nondũ ẜm veritatẽ perfecte se transmutauerũt cõponentia sicut in tyriaca: ⁊ mitridato: ⁊ multis alijs ꝯfectionibꝰ frequenter accidit ante fermentationẽ: ⁊ perfectionẽ ipsarũ. tñ nõ imprimunt sensibil'r diuersos effectꝰ quantũ est de se: multo minus ergo cõplexionato ꝑfecte mistionis. Ideo ꝟo dictum est de se: q̄r possibile est ꝙ per accidens manifeste faciãt ipressiones diuersas: sicut accidit qñ mẽbrũ aliqd̓ corporis: cui applicant̃ indiget altero cõponentiũ. tunc enim possibile est vt in medicina: cuius ꝑtes vehemẽter sibiinuicem adherẽt: oppositũ cõtingat ꝓpter viꝫ discretiuã que viget in mẽbris ex actione expulsiue ⁊ retentiue: qua nocitiuum abijcit̃ ⁊ iuuatiuũ retinetur.

Qñ virtꝰ mẽbri secernat ⁊ diuidat ꝯponẽtia ⁊ qñ non.

Unde cuꝫ natura mẽbri diuidat: ⁊ secernat cõueniens ab inconuenienti: accidit qñ mẽbrum indiget altero cõponentiuꝫ: vt diuersa manifestant seorsum ipressiones oppositas. natura tñ mẽbri non semꝑ diuidit cõponentia. naꝫ cũ semꝑ inclinet̃ ad meliꝰ quãdo contingit ꝙ oiuꝫ componentiũ virtutes sunt mẽbro necessarie. tunc nõ laborat ea secernere. quapropter in q̄bus cõplexio: ⁊ ꝓprietas cõcorditer iuuãt membrũ: oĩno respuit natura secernere componẽtia: vt pꝫ in fracturis itrinsecis ossium.

Nota d̓ se. nasturcij.

Etenim nasturcij semẽ bibitũ ab hꝰ patiẽtibus natura nititur ꝯseruare in sua specie ꝓinde post longa tẽpora circa porum fracture sepius inuentũ est integruꝫ. Sil'r dato ꝙ cõplexio non iuuaret naturã vel modicũ lederet: dum tñ ꝓprietas esset valde necessaria corpori non conaretur secernere componẽtia medicine nõ ꝑderetur ꝓprietas. Et iccirco in corꝑibꝰ q̃ multũ tyriaca indigent pp graue toxicũ seu venenũ diutius saluat̃ in specie sua q̃ꝫ in non indigẽtibus. ꝓinde cholericus punctꝰ a scorpione si sumpserit polomenion: aut nullã: aut modicã caliditatis molestiã sentit in stomacho: ⁊ in alijs mẽbris ꝑ que transit vsqꝫ in fineꝫ: cuꝫ iam liberatus est a veneno. Si ꝟo punctꝰ nõ fuerit mox a p̃ncipio viscera inflãmant̃ ⁊ estuant. Naꝫ in p̃mo naturã speciẽ illius medicine ꝯseruare nititur donec ab ea suscepit iuuamentũ. postmodũ ꝟo q̄r potius lederet carpinare: ac ledere studet: vt ipsaꝫ corrumpat si nõ possit eaꝫ cito expellere. nã cũ natura cõplexionato nullo modo indiget: sed ei repugnat: tam rõne totius q̃ꝫ partiũ: integrũ expellit celeriter si fuerit fortis. quẽadmodũ frequẽter accidit de pillulis laxatiuis. Cuꝫ ꝟo membrũ aliquod parte aliqua cõplexionati multũ eguerit: tam in via nutrimenti q̃ꝫ medicine. tunc velociter eã diuidit a sibi opposita sicut epar velociter separat aqueaꝫ vini substantiã a terrestri ⁊ ignitã terrestrẽ aceti ab aquea. Hec aũt est vna de caussis ꝓpter quas in habẽtibus epar aut stomachũ frigidũ magis ledunt̃ renes ⁊ vesica ⁊ matrix ⁊ iuncture sumptione aceti infrigidãdo. Naꝫ epar frigidũ partes ca. sibi retinet quantũ potest. ꝓpter qd̓ aquee ꝓcedentes vltra fortius q̃ꝫ in oppositis. ⁊ illa mẽbra q̄bus postmodũ appropinquãt

ledunt amplius: cuius oppositũ cõtingit in habẽtib⁹ epar calidius tẽperato. Ex hoc etiã contingit q vinũ album sensibiliter ledit frequenter in illis regionibus mulieres ⁊ senes. lz indigeãt diureticis. ¶ Ex pdictis aũt colligi põt q tribus ex causis contingit: vt cõplexionatũ corpori obuiãs manifeste faciat in eo diuersas ipressiones: ⁊ vna qdez est sequestratio cõponentiũ eius a natura facta ppter necessitaté. lz vehemẽter adhereãt mutuo: sicut pz i vino ⁊ aceto. alie vo due sunt ex parte complexionati. Quarum vna est debilitas colligantie suorũ cõponentiũ scdorũ: ppter qd facillime separant: sicut est manifestuz in etherogeneis: ⁊ in multis etiã homogeneis. In lentib⁹ enim ⁊ ciceribus: cũ debiliter colligẽtur inuicez substãtia grossa terrestris valde atq subtilis modice terrestreitati: ⁊ pauce igneitatis q nõ solũ elixatione separant abinuicẽ: sed ẽt remollitione. ⁊ ideo illa stringit ventrẽ ⁊ obturat meat⁹. hec aũt vrinam puocat ⁊ aperit vias. ⁊ si cõcurrũt in eodez mẽbro pcipue debili sicut in intestinis aut stomacho: torsionibus aut gurgulationib⁹ vexant corpus ppter motus cõtrarios. naz alterũ claudere festinat: alterũ aperire meatus. ⁊ idẽ contingit ex sicla ⁊ multis oleribus: in qbus substãtia salsa ⁊ nitrosa debiliter cũ terrea stiptica colligat. In qbusdam etiã substãtia subtilis adeo debiliter ⁊ superficialr grosse coniungit vt modica lotione separet ab ea: sicut in endiuia ⁊ lactuca ⁊ rostro porcino. Alia vo causa ex parte cõplexionati est possibilitas secũdorũ cõponentiũ: rõne cui⁹ leuiter actione corporis reducit ad actuz. Lz enim scdo cõponẽtia cito sequestrent: tñ si alterũ esset compactũ: ⁊ difficilis resolutionis: alteruz vo passibile manifestaret ipressio passibilis tñ. Proinde cõtingit q medulla ficuũ operat in corpore manifeste. grana vo nihil: sed integra deponũtur. ⁊ hoc detegit errorẽ eorum qui arbitrant q ad reductionẽ potẽtie cõplexionatorũ in actum sufficiat tñ sequestratio partiũ. ¶ Iaz ergo pz ex his qualr distinctio cõponentiũ in cõmisto ⁊ debilitas colligãtie deducit in notitiã potẽtie seu virtutis: quã hz cõplexionatũ imutãdo corpus sanabile. Naz ex hoc perpendit diuersitas virtutũ: aut potentia faciẽdi diuersas ipressiones. De fortitudine vo cõmistionis pz ẽt in parte qualr ad hanc notitiaz profit p id qd est in mistione pfecta: sed in qbus est fortis: ⁊ nõ perfecta iaz per oppositũ pz q eorũ cõponentia: cum suis virtutibus faciũt manifestas ⁊ distictas ipressiones absq eo q adinuicẽ separent: sicut pz in camomilla in qua stipticuz: ⁊ resolutiuũ ⁊ aperitiuũ cõpositione: taz fortiter colligant: vt per ignis decoctionẽ difficiliter abinuicẽ separent. Qñ igit exterius applicat manifeste imutat cũ vtraq virtute partẽ eandẽ vt in mẽbris labore fatigatis. naz ⁊ supfluitates resoluit ab eis ⁊ moderate stringẽdo corroborat: interius ẽt sumpta silr operatur: nisi natura indigẽs altero cõponentiũ ea secerneret: vt tactũ est supra. Complexionatũ vo qd perfecte simul ⁊ fortis est mistionis: vt oleuz: cuius cõponentia: nullo modo distinguunt: ⁊ p ignẽ difficillime separant: vnũ tñ operatur fz vnũqdq genus virtutis ⁊ intus: ⁊ extra. naz quo ad pmas p se temperate calefacit: quo ad scdas lenit solũmodo: quo ad tertias vo lumbricos necat. Uiso qualr cause iteriores cõplexionati ducunt in notitiaz potentie quã habẽt ad imutandũ corpus. iam de exterioribus restat videre. Inter quas ille tñ considerande sunt que habẽt rationẽ efficiẽtis. nam soluz he possunt cõplexionatum virtute aliqua informare. cõstat autez q informatur: ⁊ a generãte: ⁊ ab omni etiã transmutãte. Unde per naturaz ipsorũ ppenditur aliqua virtus: siue naturam cõplexionati. Generatiua vo sunt locus ⁊ indiuiduũ spẽi. Quantũ vo locorũ diuersitas diuersificet nõ solũ primas ⁊ scdas virtutes cõplexionati: sed ẽt tertias mõstrat auctoritas Gal. dicentis q planta que in persia crescẽs erat pniciosa transplantata in egypto ad litus nili facta est comestibilis. Et aliqui sapientũ asserũt plantã illaz fuisse caulem: nec est icredibile. quoniã hic apud nos experimur q caulis crescẽs in locis frigidis: ⁊ siccis vt in montib⁹ aridis est valde terrestris ⁊ stipticus. In calidis aũt ⁊ humidis: vt in solo maritimo pcipue argilloso multũ est humidus ⁊ ventris mollificatiuus ⁊ oculorũ. Persica vo crescentia in locis irriguis comperiunt inimicari dentib⁹ ⁊ oculis ⁊ pulmoni. q vo crescũt in locis aridis maxime sabulosis cordi conferũt / oculis: ⁊ pulmoni: nec ledũt dentes. Similiter quoq per loca diuersificant in viribus grana panifica: vt frumentũ ordeũ: ⁊ succi plantarũ: vt vinũ ⁊ oleum: ⁊ sic de alijs: quemadmodũ in particularib⁹ considerationib⁹ cõplexionatorũ tractatur: nec mirũ cum etiã ppter diuersitatez locorũ speciẽ mutet: vt frumentũ in loliũ: ⁊ ordeum in auenaz: ⁊ sic panicũ arabicũ in ciperi speciẽ: ⁊ vlmus in vitẽ: ⁊ sic de alijs. ¶ Hic autẽ sufficit nosse q oium complexionatorũ nature siue plante fuerint: siue animalia: siue mineralia vergunt ad nãm loci gñationis ipsoruz. ⁊ ideo mineralia vtplurimũ sicca sunt ⁊ terrestria. pisces aũt humidi valde seu aquei: gressibilia ⁊ plante medio mõ fm plus ⁊ minus. Ex hac autẽ cõsideratione puenit diuersitas que reperit apud sapiẽtes in iudicãdo de naturis cõplexionatorũ. Nam vnus fm experientiaz sue regionis calide complexionis iudicat esse caulẽ. Alius vo frigide quantum ad suam. ¶ Species quoq generantiũ diuersificãt complexionata. Naz stercus bouinũ cõparatione caprini vel ouini est humidũ. Hoc aũt est valde siccuz. ⁊ ideo necat fistulam. illud autẽ obtundit puncturas apum.

> *Marginalia:* Trib⁹ de cãis oplexionatũ facit icorpe diuersas i pressiões. — Qualiter cãe exteriores cõplexiõati ducũt i notitia3 po^e tius. — Caulis. — Persica. — Cõplexionatorum nature vẽgũt ad naturã loci gñationis ipsorum.

¶ De transmutatione cõplexionatorũ. Cap. XXII.

Circa transmutationẽ cõplexionatorũ est sciendũ q omnia nata sunt trãsmutari ⁊ alterari: vel ab elemẽtis vel ab elemẽtatis. Transmutantiũ vo genera denotant per modos transmutationis. Huius aũt duo sunt pmi ⁊ cõmunes modi: quedã est transmutatio pure naturalis ipsi cõplexionato. Hec aũt distinguit per tẽpus sue durationis cuius due sunt partes. Nã aut duratio vicinatur generationi: ⁊ tunc dicit res noua vel recens: aut est a tẽpore gñationis valde remota: ⁊ tunc dicit antiquata seu vetus. Nouitas igit siue recentia ⁊ inueteratio cõplexionatorũ diligẽter est attendẽda. Naz efficaciter variat virtutes ipsorum. quedã enim in nouitate sua sunt tẽperata ⁊ parũ calida: sed inueterata fiũt acute caliditatis: vel rancida: vt zuccharũ ⁊ oleuz etiaz pinguia. quedã vo econuerso. s. frigida vt liquores aquosi. Similiter aũt humiditas: vtplurimũ dominatur in nouitate. siccitas autem in vetustate: vt in aquosis fructibus. In terrestrib⁹ vo ecõtrario. Quedã etiam in sua nouitate sunt lenitiua: in vetustate vo sunt pũgitiua. vt omnia pinguia. Mespila quoq ⁊ sorba in sua recentia guttur exasperant: ⁊ leniũt in vetustate: ⁊ similiter cetera pontica. In tertijs quoq virtutib⁹ non minus est manifestũ. nam agaricus pellit venenũ in nouitate: sed antiquatus est venenũ pestiferũ. Mirab. quoq recentes ventrẽ soluunt expellẽdo humores: Inueterati vo fortissime stringũt: ⁊ hoc etiã idem facit turbith. ¶ Secũda trãsmutatio i genere complexionatorũ est accidẽtalis que interdũ est casualis. quãdoq vo per artificiũ procurata ⁊ quomodocũq cõtingat sub sex differẽtijs comprehẽditur. Nam aut fit per ignitionẽ vel cõgelationez: vel per ablutionẽ: aut contritionẽ: aut vicinationẽ: aut permistionẽ. ¶ Qd aũt per ignez alteratur: aut coquit aut aduritur. que vo coquunt: aut elixant: aut assant: ⁊ vtrũq fit pluribus modis: vt in partibus medicine docet: cõstat autez q

> *Marginalia:* Trãsmutatiũ gñã denotant p modos trãsmutationis qui duo sũt pmi ⁊ cões. — Trãsmutatio cõplexionatorũ accidẽtalis sb sex differentijs cõprehẽditur. — Ignitio.

cõplexionata:siue sint cibi:siue medicine alr̃ corpus immutãt cruda:ꝛ alr̃ cocta:ꝛ aliter hoc modo cocta:ꝛ aliter illo. Similiter quoqȝ adustio manifestas facit alterationes in eis.Quis multipliciter alterentur ea que iubet ars ꝑ ignẽ ꝑparari:tñ omnes operationes reducunt̃ ad duas intẽtiones.ꝛ vna est vt tñ amittat qualitates incõuenientes corpori vel operi vel vtriqȝ.corpori quidẽ queadmodũ coquuntur carnes ꝛ olera ꝛ cetera nutrientia:vt spolient̃ qualitatibus que digestioni repugnant:vt sunt grossities:durities: frigiditas:supflua humiditas.Et similiter intelligendũ est de alÿs nociuis qualitatib⁹ corpori:siue in cibis:siue in medicinis:vt est acumen:ꝛ venenositas.alliũ enim coquit̃:vt spoliet̃ acumine:vel vt saltẽ diminuat̃.Atramentũ ꝟo leuiter assat̃:vt resoluat̃ acumẽ ipsi⁹ vl' minuat̃.cuȝ enim ei⁹ substantia sit valde terrestris ꝛ pontica ꝑus amittit ꝑ moderatã ignitionẽ acumen innatũ quod in subtili fundatur substãtia q̃ acqrat.scorpio ꝟo adurit̃:vt eius venenositas resoluat̃.Operi quemadmodũ calefit cera:vt amittat soliditatẽ:ꝛ apte relaxet̃ in icorporatione pulueꝝ:ꝛ sili rõne liquat̃ ambra:ꝛ sic de alÿs.ꝑpter vtrũqȝ ꝟo fit quãdo assant̃ gummi arabici:aut dragagantũ in tussiculosis:ꝛ lyentericis.Nã mucillaginositas ipsoꝝ resistit pulueriȝationi: ꝛ aduersat̃ leuib⁹ intestinis:aut stomacho.Alia ꝟo intẽtio est:vt acqrat qualitatẽ necessariã corpori vel operi.corpori vt vnctuositatẽ:qua ratione assant̃ auellane in passionibus pectoris:vel frumentũ ad extrahendũ oleum pro lentiginibus ꝛ pannis.Quãdoqȝ ꝟo vt acqrat acumen:sicut quãdo lapides calcinant̃ ꝑ ruptoriÿs faciẽdis in frigidis ꝛ antiquis artheticis vel pontica in vlcerib⁹ sordidis ꝛ deambulatiuis:aut superuenientẽ fluxũ recipiẽtibus.Nam talibus cõuenit exiccatio fortis:ꝛ etiã abstersio ad resistendũ virulẽtie grosse:atqȝ moderata ꝯstrictio ad resistendũ fluxui ꝛ dilatationi.ꝛ ideo necesse est medicinaȝ esse amaraȝ:vel acutã ꝛ stipticaȝ.Cum ergo adurit̃ ponticũ moderate stipticuȝ remanet:ꝛ amaruȝ efficitur vel acutuȝ.Ideo mirabol̃.adusti speciales sunt in cancris ꝛ fistulis.Interdũ autẽ vt acquirat subtilitatẽ:vt cuȝ assant̃ semina frigida diuretica in ardore vrine:cũ epatis opilatione:vel cornu ceruinũ in icteritia.Quandoqȝ ꝟo soluȝ ignitur:vt acquirat aptitudinẽ pulueriȝationis:vt sericuȝ in debilitate cordis quãdo necessitas vrget ad pulueriȝandũ celeriter. Naȝ si subtiliter cum forpicib⁹ incidat̃ supra moduȝ esset vtilius.Hic aũt incidentalr̃ tactuȝ est:id qđ pertinet ad ꝑparationẽ medicinaruȝ.quoniã ad doctrinam spectat operis vel cõplexionis earum.Sed sufficit ad ꝓpositũ scire ꝙ alteratio facta per igneȝ aliqua cõplexionata subtiliat. aliqua ingrossãt.aliqbus ꝟo prebet acumen.Alÿs aufert. alÿs ꝟo venenositatẽ.quibusdaȝ autẽ dat vnctuositatem. alÿs siccitateȝ:quibusdaȝ mollicie:quibusdã duritiẽ:quibusdaȝ caliditatẽ:ꝛ quibusdã omnino aufert virtutẽ innatam:lȝ modicum patiant̃ ab eo sicut flores:ꝛ ea que subtilis ꝛ passibilis substãtie sunt.vt epithimũ leuiter per decoctionẽ perdit virtuteȝ:quia vltra primum feruorẽ:que ꝟo sunt grosse substãtie tarde:ꝛ que mediocris medio modo.

Cõgelatio ⁋De congelatione ꝟo constat ꝙ de se infrigidat cõplexionatũ ꝛ indurat ꝛ inspissat:ꝛ aufert ei subtiliatiuaȝ virtuteȝ.

Ablutio ⁋Ablutio ꝟo separat partes acutas ꝛ igneas a terrestribus ꝑpter quod calx ꝛ aloe sepius abluunt̃ ꝛ toties iterari potest ꝙ vel infrigidabit:vel tẽperabit ablutũ. aliqua tamen interdũ abluunt̃:vt subtilissime partes separẽtur a grossis:ꝑpterea thutia pulueriȝata freqũter abluit̃.

Cõtritio ⁋Contritio ꝟo lȝ aliquãdo fuerit modica:nihilominus aliquibus medicinis aufert virtutẽ:vt scamonee.qbusdaȝ ꝟo cum hoc ingerit venenositatẽ:vt bdellio ꝛ agarico.tãdiu etiam posset durare ꝙ omnino complexionato aufert virtutẽ.Nec valet cũ dicit̃ ꝙ sicut se habet totuȝ ad totũ: sic pars ꝓportionalis ad partẽ vt medietas ad medietatẽ: ꝛ decima ad decimã:ꝛ sic de alÿs:naȝ argumẽtum a ꝓportione:tunc solũ est necessariũ quãdo in oĩbus terminis qui adiuicẽ cõparant̃ est vniformis ꝓportio:ꝛ similes omnino conditiones.

Arg^m a ꝓportione.

Hic autẽ sunt dispares omnibus illis modis quibus deficere põt vniformitas ꝓportionis partium ad totum qđ duob⁹ modis contingit cũ quantitas tota motoris in aliquotas partes diuiditur.Primo:qꝛ possibile est vt per dominiũ eius partes deueniant ad tantaȝ paruitatem ꝙ non saluet̃ in eis spẽs totius.Naȝ cum oĩum naturã constãtiũ terminus sit:ꝛ ratio magnitudinis:ꝛ augumẽti latitudo quãtitatis in qua saluat̃ species infra duos terminos continent̃.Quoruȝ vnus est terminus paruitatis: alius magnitudinis.Si ergo pars totius diuisi transgreditur terminũ vltimum paruitatis nedum non retinebit ꝑtem virtutis proportionalẽ virtuti totius.Sȝ penitus nihil.Secũdo ꝟo modo potest deficere similitudo proportionis partis motoris ad totũ.ꝑpterea qꝛ lȝ pars sit tanta ꝛ talis ꝙ retineat ꝓportionalem parteȝ virtutis totius.tñ possibile est vt taliter comparet̃ ad partẽ mobilis ei proportionalẽ ꝙ non erit omnino eadem habitudo partis ad partem:que totius ad totũ:ꝛ hoc contingit quotiescũqȝ ꝑs motoris comparat̃ ad parteȝ mobilis vnitã toti q̃uis sensui:vel imaginationi distincta sit tanq̃ si esset singularis: aut separata:tunc enim contingit ꝙ totus motor comparatur ad totuȝ mobile sicut ad ꝑcisum separatũ ab omni ꝓhibente.talis autẽ pars mobilis non erit ꝑcisa ꝛ separata. Naȝ si esset vtiqȝ moueret̃ ab illa parte motoris ad quaȝ comparat̃.seruata etiã eadem habitudine in conditionib⁹ ceteris vt spatio ꝛ tẽpore ꝛ similibus.Et hoc detegit ignorantiam ꝛ erroreȝ eoꝝ medicoꝝ qui asserunt ꝙ si vna dosis alicui⁹ laxatiui euacuet.i ʒ.ʒ.alicuius humoris vel moueat:tunc pars tertia dosis illius vnam educet.ʒ.aut semel mouebit.

Vicinitas ⁋Vicinitas quoqȝ magnã facit in complexionatis mutationẽ.per vicinitatẽ ꝟo itelligit̃ omnis approximatio corpis ad corpus in qua non est sensibilis mistio. ꝑpterea continens dicit̃ approximari contẽto ꝛ nutriens nutrito ꝛ quecũqȝ etiaȝ alia sibi appropinquãtia intantuȝ ꝙ mutuo se transmutant.patet autẽ ꝙ continens.vt aer suis qualitatib⁹:aut virtutib⁹ imutat complexionata quecũqȝ.Naȝ in aliquo calefiunt.in alio ꝟo infrigidantur vel humescunt:vel acescunt:ꝛ qđ amplius est in aliquo bene conseruant̃.In alio ꝟo corrũpuntur atqȝ putrescunt.Nutrientia ꝟo quantũ imutent patet ex pascuis animaliũ sicut in particularib⁹ declarat̃.De approximatione ꝟo ceteroꝝ corpoꝝ adinuicem pȝ veritas:tam in generatione complexionatoꝝ q̃ in conseruatione ipsoꝝ.naȝ viti si fimus appropinquat vinũ erit calidius ad putrescendum ꝓmptissimũ ex abundãtia superflue humiditatis.Proinde graues ꝛ hebetes spiritus generat ꝛ paꝝ confortat vires spiritales ꝛ animales.Ambra ꝟo si iuxta castoreuȝ:vel assam fetidaȝ teneat̃ efficit̃ odoris horribilis ꝛ acute caliditatis.

innaturalis eius obscuritas vel raucedo sequetur. ¶ Ex predictis aūt iam p3 cur inter spēs morboꝝ in forma expresse numeranī hec duo: opposita. s. asperitas ꝛ lenitas ꝛ nō oppositū cōcauitatis aut foraminis: illa eniꝫ opponuntur ꝯrie: ꝛ ideo vtrūqꝫ pōt eē forma vel dispositio mēbri: ꝛ vtrūqꝫ sub genere forme per se ꝑtinet: ꝛ vicissim in esse pūt eiusdē susceptibili que sunt de rōne ꝯrioꝝ: foramē vo nō h3 oppositū cōtrarie: s3 ꝑuatiue vel negatiue: vt si dicamus nō foramen. nihil aūt pōt esse morbus nisi possit eē qualitas vel dispositio mēbri. negatio aūt ēt priuatio cuꝫ nō habeant rōnē habitus vel nāe alicuius: sed ablationis eius nō pūt per se informare. mēbrū. Cōcauitas autē ꝭm qō est nomen significās spatiū: silr nō habet oppositū cōtrarie: sed ꝭm qō est significās lineationis modū sic h3 cōtrariū. s. cōuexitateꝫ quoꝝ mediū est planities. hoc autem mō ꝑtinēt figure: vt supra patuit. ¶ Morboꝝ in numero due sunt spēs. s. innālis additio ꝛ innaturalis diminutio. Innaturalis aūt additionis iterū due sunt species. Nā illud qō addit aut est simile naturalibus mēbris vt sextus digitus ꝛ vngula in oculo que est similis naturalibus tunicis eius ꝛ zebel que est silis nālibus venis eius: aut est eis dissimilis: vt porri ꝛ veruca ꝛ lumbrici ꝛ calculus ꝛ similia. vnū aūt istoꝝ si leserit aliquā operationē imediate morbus est. si vo nō causa morbi. in diminutiōe vo innaturali semper qō nāle est deperdit vel deficit: s3 pars deficiens alicui toti quādoqꝫ est mēbrū officiale: sicut digitꝰ cum deficit manui: vel lingua cuꝫ deficit ori. vel vuula cū deficit guttur seu palato. Interdū vo est mēbruꝫ cōsimile quemadmodū cutis deficit priapo in circuncisis ꝛ alys membris vnū ex ossibus suis: vt alicui digitoꝝ aliqua vncia vel dens ori. vel cum neruus aut vena vel arteria deficit alicui membro: ꝛ sic de alys. membruꝫ igitur cui pars deest: ꝓculdubio diminutionē patit: que tunc tm̄ est morbus: cum imediate ledit actionem illius. Si vo mediante dispositione alia operationem aliquā leserit: iam erit ꝭm hoc causa morbi. possibile nāqꝫ fit: vt sit morbus ꝛ causa: sicut amissio vuule que vocem ledit imediate: qꝛ vera causat infrigidationē pulmonis: ideo consequēter illa mediāte ledit anhelitū. ¶ Morbi qui fiunt in quātitate ꝭm reꝫ cōueniunt cum morbis in numero pro tanto qm̄ additio ꝛ diminutio sunt spēs vtrobiqꝫ: sed differunt rōne. Nam additio ꝭm q̄ auget numerū partiū naturalibus pertinet numero: ꝭm vo qō auget magnitudinē aut paruitatē vniꝰ aut oium pertinet quātitati: de diminutione quoqꝫ simile est iudiciuꝫ. ꝛ adhuc amplius. Nam in diminutione peccare possunt interdū simul ꝛ quātitas: ꝛ etiaꝫ numerus: vt si lingue medietas abscindat ꝭm latum. nō est dubiuꝫ: qꝛ latitudo lingue minuit: ꝛ ēt numerus venarū ꝛ neruorum ipsius: si vo ꝭm longū abscinderet manifestius peccaret magnitudo q̄ʒ numerus. Quorūdā igit mēbra intantū magnificant vt moueri nō possint aut difficulter: vt cum lingua ingrossat: ꝛ omnia etiā mēbra in pluribus tātū igrossant q̄ totū corpus imobile fit aut vix mouet. tam breuis etiā est in aligbus lingua vel virga q̄ nec illa sufficit ad loquelā nec ista generationis vtilitati. q̄ʒ pluribus ēt neruis manifeste impediunt opera mēbroꝝ ꝑpter paruitatem. ¶ Positio apud medicū importat duo. s. situꝫ mēbri ꝛ eius vicinitatē ad aliud membrū: ꝛ ideo morbus in positione vel erit malitia situs ledens immediate vel malitia vicinitatis ꝛc. ꝛ hoc iteruꝫ duobus modis cōtingere pōt. nam vicinitas naturalis vnius membri ad aliud corrumpitur: aut qꝛ nimis separatur ab eo: vel qꝛ nimis adheret ei: quoꝝ oiuꝫ occurrūt exēpla frequenter: matrix enim in precipitatiōe ꝛ intestina in ruptura: ꝛ zirbus in hernia cū descendunt in osseum: que est bursa testiculoꝝ ꝛ iuncture

Morboꝝ in nūero due sunt spēs.

Morbi in q̄titate cōueniūt cuꝫ morbis in numero.

Egritudines in positione.

mēbroꝝ in dislocationibus manifestū detrimētū patiuntur in situ: cū nō situent vbi debēt nālr situari. In qbꝰ aūt vnum crus: tātū aly appropinquat vt nequeat patiēs furcatis cruribꝰ equitare vel tātū inuicē distent vt saltare nō possit: vt superius labiū: aut superior palpebra tātū ab inferiori elōgent aut ecōtrario: vt os ꝛ oculus nequeāt claudi sufficienter: sicut appet sepius in tortura: vel tātū adhereat ei: q̄ debita ꝓhibeat apertio: sic accidit in vulneribꝰ iprudēter ꝯsolidatis manifeste corrūpit vicinitas nālis.

Tertium vo genus morboꝝ simpliciū qō est solutio ꝯtinuitatis duas h3 species primas. nā talis solutio vel fit cū deperditione sube vel sine: que species nō habēt in cōi nomē ꝓpriū: sed ꝭm diuersitatē mēbroꝝ ꝛ accidentiū cōcomitantiū vel cōsequentiū diuersa noia sortiunt. ¶ Nā in cute cum a carne separat dicitur excoriatio: cū aūt ab ea nō separat: sed soluꝫ scinditur aut vulneratur ipsa in se absqꝫ deperditione substātie dicitur Caraxatio si fiat in superficie. Si vo ꝓfundetur dicit scarificatio. ¶ In carne vo vel carnosa substātia mēbri alicuius plaga dicit si recens fuerit. Cum vo iam saniat vlcus appellat cōmuniter: qn̄ vo est longū ꝛ concauū ꝛ strictuꝫ vocat fistula. Quando vo est latū ꝛ patulū ꝛ circūiacentia corrodēs vocatur lupus. Et hoc est verū si fedā figurā habuerit ꝛ tortuosos ramos cancer appellat cōiter: etiā sic vocat omne vlcus corrosiuū qō albescit in superficie: sicut cancer marinus cuꝫ de aqua recenter extrahit ꝛ habet sicut ipse aliquas vias viridis aut terrei vel cinerei coloris albedini mistas. ¶ Solō vo cōtinuitatis in osse fractura generalr dicit: que ꝭm diuersitateꝫ in ea cadentē pōt diuersimode noiari. Nam si solum findat vt accidit frequenter in craneo rimula dicit: precipue cū est parua: si vo sic frangat vt multe parue petie separent ab eo: cōminutio noiat. Et illa silr in qua petie nō separant ab osse diuersificat. Nam quedā est in qua latera fracture sunt equalia. Et talis fractura vocat equalis. Quedā vo est in qua sunt inequalia ꝛ difformia ꝛ habentia dentes inequales sicut serra: ꝛ talis a quibusdā dentata vocat: ꝛ ab aligbus dicit serralis. ¶ Solutiones vo cōtinuitatis q̄ fiunt in chartilagine siue fiant ꝭm longū aut latū aut ꝓfunduꝫ nō habent ꝓpria noia: sed accidit ei sicut carni corrosio: ꝛ sicut ossi fissura. ¶ In lacerto quoqꝫ accidūt oēs solōnes cōtinuitatis: que fiunt in carne. Amplius etiaꝫ vna ꝓpria que dicit attritio. s. quando lacertus ꝛ maxime caput eius plures ꝑuas indistinguibiles incurrit solutiones. ¶ Neruorū aūt solutio multa ꝛ indistinguibilis ꝑpter paruitatem appellat a quibusdā cōcussio: que vo distinguibilis est ꝭm latū incisio: ꝭm vo longum fissura: ꝛ silr in chorda cū aūt eoꝝ solutio parua est ꝛ vna nec longū nec latū occupat manifeste punctura noiat. ¶ Silr quoqꝫ in venis tam pulsantibus q̄ʒ nō pulsantibus accidit fissio: quando scil3 ꝭm longum soluit earuꝫ continuitas ꝛ incisio quādo ꝭm latum ꝛ perforatio quando ꝭm formā porri aperit: ꝛ quidā vocant apertionē quādo. s. hoc contingit a causa exteriori: talis etiam perforatio vel apertio arteriarū a quibusdam specialiter nominat mater sanguinis: qn̄ ad vicina loca sanguineꝫ effundit: ꝛ effusuꝫ etiā recolligit si premanēt eadeꝫ loca. ¶ Possibile tm̄ est vt predictas species morborū aly vocent nominibus suis: quoꝝ nominuꝫ diuersitateꝫ ignorare nō obest medico dūmodo speciē morbi cognoscat per diffinitionē dicentē quid. Nam cum expulsio morbi ad quā intendit sit quedam realis alteratio: realr opꝫ cognoscere qd ipsuꝫ expellibile sit in se: quia ꝑ hoc tm̄ cognoscit quo iuuamēto egeat pticula patiēs. Uñ quia iuuamentū hoc nō ꝓcurat ꝑ noia: sed ꝑ reꝫ opposite virtutis ad essentiaꝫ morbi necesse est ipsuꝫ cognosci per

Morboꝝ cōtinuitatis species ꝑme sunt due.

Solutio in cute.

Solutio in carne.

Solutio in osse.

Solutio in chartilagine.

Solō in lacerto.

Solutio in neruis ꝛ in chordis.

Solō in venis ꝛ arterijs.

Ignorare noia non obest medico.

sui essentiã, quapp cognita spẽ morbi p sua essentialia.s. per diffinitionẽ in nullo quantũ ad opus obest. si nomen ei spãlr impositũ ignoretur: sed quoniã per noĩa significatur interdũ essentia morbi: sicut per hoc nomẽ febris: aut significant accidentia qbus devenit in notitiam essentie morbi: sicut frenesis et lytargie. ppterea ƺfert i via doctrine noĩa rex scire. nã notitia rei que sermone scripto vel plato cõnumerat alicui levius fit et acgrit p noĩa ppria q̃ cõĩa: qbus ẽt nõ fit certa vel determinata rei notitia nisi per ipsa determinate intelligat res ad quã significãdã iposita sunt: ad qd̃ multũ pdest rõnes ipositiõis cognoscere: sicut q sciat q hoc nomen mater sanguinis apertionẽ arteriarum significat et ppter qd sic dicatur.

¶ De morbis compositis. Cap. LXXXIIII.

Morborum cõpositionẽ medicus cõsiderat: ideo q pñm est regulandi ad opus curationis tam in cõpositis q̃ in simplicibus ea pte saltez qua virtus cause salubris invenit per ƺsiderationẽ ipsius morbi. Nã queadmodũ simplici morbo corrñdet ex pte ipsius cã vnius vtutis: sic et cõposito cã vna vel plures diversax virtutũ. Modũ quoqz preparãdi medicinas causax salubriũ variat ipsa morbox cõpositio. naz hinc ex pte surgit necessitas cõponẽdi vnã medicinã ex diversis simplicibus modũ etiã et ordinẽ applicatiõis interdũ variat morbox cõpositio. Naz vulneri apostemato medicamen applicat sub forma cataplasmatis vel emplastri: cuz tñ applicaret simplici sub forma pulueris: et huc mollitiua et maturatiua pus applicant. In simplici vero exiccatiua et aliqualiter induratiua. s. cõsolidatiua. ¶ Circa morbos aũt cõpositos tria cõsiderat medicus: quox pmũ et pncipale est diversitas morbox cõpositionis. Scdm vero est qbus mẽbris et qualr cõveniat morbus cõpositus. Tertium aũt est an sit vnus aut plures et quõ. Cõpositio vero tot modis in genere variari põt quot modis morbi simplices pñt adinuicem cõbinari siue ƺcurrere cũ nõ sit aliud morbus cõpositus q̃ ƺcursus vel aggregatio diversox simpliciũ. Cum igit tria tm̃ sint genera morbox. sex tñ erunt prima gña morborũ cõpositionis. s. cõsilis cũ cõsimili: officialis cũ officiali: cõmunis cũ cõi: cõsilis cũ officiali. cõsilis cũ cõi. cõ is cũ officiali. Cõsimilis aũt associat cũ cõsimili vel cũ mã aut sine mã. De nãqz due dĩe fm cõsiderationẽ medici ƺveniunt genera morbox cõsimiliũ: ppter qd̃ oĩs morbus cõsimilis tam simplex q̃ compositus põt esse cum mã vel sine mã. Et lz materia sit causa male cõplexionis: tamen in divisione morbox nõ cõsiderat vt causa: sed id per qd̃ dĩa generis cõstituitur: habere enim mãm: et nõ habere mãm due differẽtie opposite sunt sicut rõnale et irrationale: que q̃tũ ad cõsiderationẽ inveniendi ƺvenientiã salubriũ causax per spẽm morbi duas species cõstituũt: quarũ vni debet causa tñ alterativa. alij vo evacuativa prius: et alterativa scdo. Cõstat aũt q hec duo opera ƺferũt fm speciẽ: tantũ aũt extendit cõsideratio medicinalis multiplicando species morbox: quãtũ requirit ad diversificandũ opus curationis. ¶ Est aũt hic advertẽdũ q lz morbi consiles tam simplices q̃ cõpositi possint qualibet predictax differentiarũ participare: nõ tamen equalr q̃tum ad frequẽtẽ earuz eventũ. Nam morbi cõsimiles qui sine mã generant in mẽbris frequẽtissime sunt simplices: rarissime vo compositi: q cause pmitiue a qbus vtplm introducunt valde raro imprimũt manifeste pma obviatione in corpus nisi vnicã qualitatẽ. Ecõtrario vo est de cõsimilibus: qui sunt cuz mã. Nam illi vtplm sunt cõpositi. raro vo simplices. Humores enim a qbus introducunt quãdo mẽbra superant: qñ eis quasi substantialr cõmiscent duas qualitates imprimũt manifeste: qbus quisqz humor informat ad minus: sed possibile est vt aer calidus et siccus informatus a puluere calcis iprimat pectori caliditatẽ: et sic quarũlibet erit morbus cõsimilis sine mã. Nam vtraqz ledet anhelitum manifeste: q caliditas inflãmando frequentez facit: siccitas vo stringẽdo parvũ: similr est pole vt humor cholericus in mẽbro frigido et sicco causet rõne siccitatis morbum: nõ tñ ratione caliditatis: et sic erit simplex cum mã. ¶ Compositox aũt ex cõsimilibus cum materia vel sine mã: quatuor sunt spẽs frequẽtius cõtingentes et magis cõmuniter. s. ca. et sic. ca. et hu. fri. et sic. fri. et humida. cõtingit ẽt lz raro q membrũ aliqd̃ aut corpus totum patit morbum compositũ ex duabus cõpositis qualitatibus: sicut cerebrũ in subeth vigilatiua patit morbũ ca. et fri. et sic. et hũidũ. et totũ corpus in epialia et lyparia ca. et fri. hoc aũt rarissime accidit in cõpositis sine mã vt in mẽbris ƺgelatis a frigore quãdo forti igni subito exponunt: sed frequẽter contingit in cõpositis cum mã specialr in apostematibus in quibus semper est morbus cõpositus ex cõsimilibus cũ mã. ¶ Sed compositio morbox ƺsimiliũ et materialiũ tribus in genere modis põt contingere fm q qualitates diverse cõstituentes morbũ cõpositũ triplr possunt cõcurrere: sicut pz ex cõsideratione mãe per quã qualitates introducuntur. nã in ea põt reperiri triplex cõpositio qualitatuz: quarũ vna est cõpositio qualitatũ qbus cõstituit cõpositio simplicis humoris: et talis cõpositio semper invenitur in apostematibus: ppter qd̃ in sanguineis dicit esse morbus cal. et hu. In cholericis vo ca. et sic. In flegmaticis fri. et hu. Et in melãcholicis fri. et sic. ¶ Alia vo cõpositio q̃litatũ in humoribus est humiditas actualis que cõvenit liquido inq̃tuz fluxibile est cuz caliditate: sicut in cholera. aut cũ frigiditate: sicut in melancholia. In his eniz duobus humoribus preter cõpositionẽ siccitatis potentialis cum caliditate et frigiditate est cõpositio humiditatis actualis cum eisdem. Cũqz possit actualis humiditas imediate ledere retentivã mẽbri cõsimilis: põt morbũ formalr cõstituere preter naturã humectando et mollificando mẽbruz qd̃ contingit in pma eius obviatione ad mẽbrũ: precipue qñ est mã notabilis multa. nec mirũ si ledit cõtentivã. nã interdũ fortificat expulsivã: sic enim ex siccitate ciborum aut fecũ ƺstipent intestina multaqz cholera rubea vel nigra fluxerit ad ea sola humiditate actuali corriget siccitatez intestinox et mollificabit eadẽ. Lz aũt actuali humiditati nõ correspondeat vel debeat alia causa salubris q̃ que debet mãe vt mã. s. causa evacuativa: tamen nõ est superfluũ cõsiderare diversitatẽ sue cõpositionis a caliditate et frigiditate ab alijs cõpositionibus. naz respectu simplicis: etiaz cum mã indicat evacuationẽ esse necessariaz: qd̃ nõ facit absolute cõsideratio materiei. si nãqz causet solũ a frigiditate melancholie dolor alicui q̃tum est de rõne curationis pprie sumpte. s. prout est actus corrigendi frigidam discrasiaz nõ cõvenit nisi calefacere tam mẽbruz q̃ ipsam malitia: sed q manente mã timetur iteruz fieri: ppterea fm ratione preseruationis evacuat: quando vo nõ ledit solũ sua frigiditate: sed etiaz actuali humiditate: tunc fm exigentiaz recte curationis evacuari debet: q̃uis evacuatio nõ cõtrariet huic male humiditati per se sed p accidens. Nam id qd̃ per se cõtrariat ei. s. cõgelatio vel cõdensatio nõ pficeret corpori: medicus aũt nunq̃ ƺtraria: sed vtilia debet eligere. ¶ Tertio vo mõ põt in humoribus inveniri cõpositio vel cõcursus qualitatũ oppositax. scilz qñ humores cõpositi cõmiscent aut vicinant ex tali cõpositione frequẽter in apatibus occurrit morbus cõpositus ex duobus ƺsilibus dryis: q vtplz accidit q mã apatis nõ est simplex sic est in illo apate cerebri quod causat subet vigi/

Modum ƺparandi medicinas variat ƺpositio morbox.

Medicus circa morbos cõpositos tria cõsiderat.

Morbi cõsimiles sine mã vtplm sunt simplices: cũ mã vo cõpositi.

Morbox cõpositox ex cõsilibus quatuor sũt species.

Cõpositio morborum ƺsilium mã liũ tribus modis põt ƺtingere.

latiuã. ¶ Officialis aũt in aliquo mẽbro põt cũ officiali ꝯcurrere: sicut in oculo torsio pupille vel dilatatio cũ opilatione. Nã torsio morbus est in figura. dilatatio vero in concauitate vel spatio. opilatio autem in foramine vel in via. ¶ Cõmunis aũt cũ cõi cõcurrit in mẽbro qñ ex vna parte patit vulnus simplex. ex alia vero cum deperditione sube. ¶ Cõsilis cũ officiali: sicut in mẽbris dislocationis et apostematis: vt in iuncturis ad quarũ dislocationẽ frequẽter sequit apostema vt in matrice ad cuius apostemationem sequit pcipitatio siue depressio. ¶ Cõsimilis cũ cõi vt in vulnerib⁹ apatis: aut in apatib⁹ vlceratis: sicut herisipilla et cancer. ¶ Cõmunis cũ officiali sicut in oculo vulnerato in quo ppter vulnus et pforationẽ cornee vuea pgreditur extra. vel intestina ventre vulnere pforato. ¶ Ex predictis aũt patet q oia genera morbor pñt in aliquo membro cõcurrere sicut in separatione iuncture qñ apostemat. nã ibi dislocatio et vulnus cũ apate tria gña morbor constituunt. Est ẽt possibile vt ipsum apa cõstituat nõ solũ morbũ cõsimilẽ rõne qualitatũ mãliũ: sed ẽt officialẽ rõne tumoris aut magnitudinis p quã imediate poterit ledere opõnem mẽbri officialis: vt apa qd est in orificio stõchi vel matricis rõne sue magnitudinis oĩo viã itercipit ne solita possint ingredi vel exire: sed in tali casu non est apa morbus officialis sed causat ipsum in officiali. s. opilationẽ. attamen habet ppositũ. s. q in tali mẽbro ex parte apatis cõcurrit morb⁹ officialis cũ ꝯsili: sed si cõtingat: vt magnũ apostema generet in curuatura cubiti vel in genu: tũc apa phibebit imediate flecti brachiũ aut tybiã: et ꝯstituet formaliter morbũ officialẽ. s. innãlẽ magnitudinẽ vel figurã. ¶ Ex predictis etiã patet ingrenti. s. qb⁹ mẽbris in genere ꝯuenire possit morbus cõpositus. nã et cõsilib⁹ et officialibus. Sed cũ hoc scire cõuenit qualr his et illis: cũ enim vna de cõsideratiõib⁹ regulãtib⁹ opus accipiat a mẽbro: nisi morbus equalr cõueniat mẽbris nõ equalr ab eor considera tione regulabit opus: si enim morbus aliqs per se: et pmo cõuenit cõsimilibus partibus alicuius officialis pncipalr regulabit opus per cõsiderationẽ eius: qd debet membri partibus: inquãtũ cõsimiles sunt. scdario vero per cõsidera tionẽ eius qd pertinet cõpositioni totius: et ecõuerso si ecõ trario fuerit. ¶ Est igit sciendũ q morbi cõpositi conueniunt mẽbro ꝯsimili vel officiali: sicut et simplices ex qb⁹ cõponunt. Unde morbus cõpositus ex cõsilibus: vt apostema per se cõuenit mẽbro cõsili: per accidẽs aũt officiali. Unde apostema qd est in oculo inquãtũ apostema non est pprius morb⁹ oculi: qr nõ soli ꝯuenit oculo: sed inquãtũ est obthalmia. idest apostema pellicular oculi est pprius eius: nõ tñ cõuenit oculo per se: qr nõ rõne cõpositionis: qua oculus est mẽbrũ officiale: nec pmo: qr nõ cõuenit ei rõne totius: sed rõne ptis: et hec dicta sunt de apostemate inqũtũ est morbus cõsilis. Nam si rõne sue magnitudinis lederet imediate visum: tunc esset morbus officialis: et cõueniret oculo per se: sed nõ pmo: et sic oculus pateret morbum cõpositũ ex cõsimilib⁹ et officialibus: et silr quãdo patitur obthalmiam et rasurã cornee et opilationẽ pupille: sed semp intelligendũ est q quãtũcũqz plures sint morbi semp illi cõueniunt oculo per se: qui sunt morbi officiales: sed ei non cõueniat pmo sicut opilatio pupille. Solutio vero cõtinuitatis in ptib⁹ oculi. si ledit imediate operationẽ totius mẽbri morbus est per se totius oculi: sed pmo cõueniret parti: sicut vlcus cornee. Si vero per se et pmo cõuenit parti: per accidens aũt et scdo cõuenit toti: sicut vlcus aut vulnus cõiunctiue. vniuersalr aũt solutio cõtinuitatis que fit in vna cõsimiliũ partiũ: ex qbus cõponit officiale: dicit absolute morbus cõsimilis rõne imediati subiecti: ex quo sumitur potior cõsideratio curationis eius: sicut vulnerata cornea tñ potius regulat curatio ex cõsideratione cornee q̃ totius oculi. Ex qbus patet q cũ morbus vnius ptis dicat eẽ morbus totius officialis aliquo mõ: multo fortius dicetur esse morbus totius ille morbus cõposit⁹ in quo plures ei⁹ ptes egrotant de quocũqz morbo: et maxime si habeant rationẽ officialis. ¶ Jam igit ex predictis relinquit manifestũ q morbus cõpositus nõ dr vnus a medico ab vnitate forme: qm ẽt hoc repugnat veritati et etiã fini. Ueritati qdem qm nõ est absolute verũ q oĩs cõpositio morborum reducat ad vnitatẽ forme. nam in illa que fit ex duab⁹ qlitatibus oppositis nõ resultat ex eis vna forma: qr nihil ex eis vnũ per formã põt resultare nisi qualitas media duarũ extremar: tale vero mediũ ꝯstituit tẽperamentũ in quo nunq̃ est morb⁹: sed semper in excellentys extremor in qbus cõsistit intẽperamentũ. Jterũ in cõpositione morbi consimilis cũ officiali vel cõmunis cum altero ipsor vel vtroqz nõ est possibile fieri ex eis aliqd vnũ per formam: qñ ex cõponẽtib⁹ nunq̃ resultat vna forma cõmunis nisi miscibilia sint adinuicem. Talia vero non sunt nisi corpora informata cõtrarys. qualitatib⁹: qbus mutuo agunt et patiunt: quor nihil conuenit predictis componentibus inuicem cõparatis: nullum enim genus morbor est corpus sed qualitas corporis: vt morbi cõsimilis ad officialem vel cõis ad eos est aliqua cõtrarietas: quare misceri non pñt. Jter aũt cũ finis pximus ad quẽ ordinat ꝯsideratio pluralitatis et vnitatis morbor sit recta inuentio causarum et finis vltimus recta sanatio vtriqz repugnaret intentioni hec dicere absolute. nam cum forme morbi correspondeat opposita virtus cause salubris: necesse est vt vbi vnus est morbus per formã: vna sit per formalẽ virtutẽ cã salubris et vbi plures: plures. Sed cõstat ex predictis q vbi cõpositio est ex morbo cõsimili et officiali et cõi diuerse sunt forme morbor: qbus diuerse debent cãe salubres diuersar virtutũ nec curatio et sanatio pficiunt in eis per vnum genus cãe salubris: vbi tam distincta sunt illa genera morborũ q pñt sensu diiudicari sm quem modũ solũmõ cadunt in cõsideratione medici. Patet igit q in pposito nec recte inuentioni causarũ salubriũ: nec per cõsequẽs recte sanationi prodesset: sed potius obesset cõsiderare morborum cõponentiũ vnitatẽ per formã. Sed scire cõuenit q cum plures morbi cõcurrũt in vno mẽbro vel corpe solũ id cogit medicũ dicere q patiat morbũ cõpositũ: qr constat q nõ patit absolute simplicẽ. dicit aũt vnus sm quid. s. vnitate subiecti cõis: in quo aggregant: simplr autem. s. quãtũ ad vnitatẽ verã et absolutã que cõuenit rei per formam. tales morbos dicit medicus esse plures. Et qr consideratio prodest medico qm arctat inuentionẽ causarũ salubrium ad exigentiã illius subiecti cõis vt oculi vel capitis et c. Secunda vero ad exigẽtiã pprie forme cuiusqz morbi. morborũ aũt cõpositor species spãlissime sm diuersitatẽ membror pticulariũ multiplicant: sicut et simplr: de qb⁹ agit in particularibus cõsiderationibus earundem.

¶ De causis morborum. Cap. LXXXV.

Causa morbi est omne illud ad qd sequit morbus. ¶ Cause morborum duas habent differentias pmas. nam omne qd aliquo modo dr causa morbi aut est hoc p se aut per accidens. ¶ Et cã qdẽ per se est illa que p nãm ppriã seu virtutẽ põt esse pncipiũ gnõnis eius: vt calidũ morbi calidi: et cã secans aut corrodens vel mordẽs bulliẽs vel vlcerãs: et sic de alys. ¶ Causa vero per accidẽs est illa cui per ppriã nãm aut formã nõ cõuenit talẽ morbum generare: cuius est aliquo mõ pncipiũ: et talis causa pprie dr occasio: sicut frequenter accidit febricitantibus de febre acuta: et maxime dispositis: vt egritudines frigidas incurrant: vt

Marginalia (left): Cõpositio morbi officialis cũ officiali. — Cõis cum cõmuni. — Cõsilis cũ officiali. — Cõsilis cũ cõmuni. — Cõis cum officiali. — Oia gña morborum pñt in aliquo membro cõcurrere. — Quib⁹ mẽbris in genere possit conuenire morb⁹ cõpositus et qualr.

Marginalia (right): Morbus cõpositus nõ dr vnus ab vnitate forme. — Finis cõsiderationis pluralitatis et vnitatis morborum. — Cã morbi duplex.

incurrant: vt colicā ꝛ nefresim ꝛ tussim ꝛ splenis tumores ꝛ silia. Ita ꝙ tales passiones erunt accidentia discrasiarū frigidarū in illis membris: que inq̄ discrasia in febribus introducuntur propter vsum infrigidantium: sicut aque vel aceti vel aliorum repugnātium febri: ꝛ simili modo paralysis vel epilepsia ꝛc̄. causant febrē aut discrasiam ca. epatis vel alterius membri nō per se: sed ꝓ vsum calidorū excellētiū que ordinant̄ ad extirpationē eorū: de quibus et causis per accidēs multa exēpla posita sunt in reb⁹ nō nālib⁹ maxie secundarijs. Quapropter datur regula generalis in medicina ꝙ si morbus generatur aut vigoratur in pn̄tia sui contrarij necesse est hoc fieri per accidēs ab illo ꝯrio. s. ꝓ alia que occurrūt occasione illius. ¶ Predictarū vero causarum genera medicus tripl'r distiguit ſm tria que cōsiderat in eis vtiliter. quorū pmū est genus rei ꝯstituētis cāni: ꝛ ſm hoc iterdum dicit ꝙ causa morbi est aut res nālis aut nō nālis aut ꝯtra naturam. ¶ Secūdum vero est vis imprimendi quam h3 causa: ꝛ ſm hoc dicit ꝙ ois cā est vel efficiēs vel mālis aut dispositiua: ꝛ iste eedē cause sunt vigorantes aut cōseruantes. nam ab eisdem vigorant̄ ꝛ ꝯseruantur res a qb⁹ generantur. ¶ Efficientes quoq̄ sunt ille que morbos generant manifeste cum actiua potentia ꝓpter hoc ꝙ sunt mā trāsmutationis substātialis in corpore: sicut putredo ꝛ materia calida efficiūt manifeste fe. ꝛ sub hoc genere causarū non reperiunt̄ nisi res non nāles ꝛ ꝯtra naturam. ¶ Materiales vero dicuntur que manifeste generant morbum cum quadam passiua potētia vt hu. putribilis fe. vel si accidētia sunt nihilominus mā substantialis transmutationis in corpore propter qd̄ dicuntur materiales: ꝛ sub hoc gn̄e collocantur alique res naturales quātum ad spēm: tamen naturaliter se habentes quātum ad quātitatē aut motum. cholera nāq̄ nālis generat hērisipillam: ꝛ flegma nāle ſimiam: ꝛ melācholia nālis sclirosim: sil'r res ꝯ nām pōt eē mā morbi: sicut humor ois inālis: vt melācholia adusta vel cholera eruginosa q̄ semp sūt cā morbi. Res aūt non nāles non pn̄t eē ꝓpe mā morbi: nisi valde large diceret̄ mā remota vt cibi ꝛ nutriētia. ¶ Dispositiue cāe dicunt̄ que neutro pdictorū modorū manifeste itroducūt morbū: sed pparant vel inclinant corpus ad suscipiendum ipressionem ab alijs causis qua morbus formal'r vel actualiter generat̄: ꝛ ex h genere pn̄t esse non solū res nō nāles ꝛ ꝯtra nām: sed et nāles vt etas ꝛ cōplo ꝛ cōpositio sexus humores. Ex pte enim dispōnis vel causarū disponētiū accidit ꝙ diuersorū corporum: ꝛ que ab vna ꝛ eadem efficienti causa patiunt̄: ꝛ alius in morbum ꝓlabit̄. alius vero nequaq̄. Disponit aūt ad calidos morbos calida complexio ꝛ similia: ꝛ raritas corporis ad calidos ꝛ frigidos. Sil'r res ꝯ nām: vt opilatio ad fe. vl' caliditas epatis ad tympaniam vel asclitem: accidentia et morborum vt debilitas virtutis derelicta ex pcedēti morbo disponit tam ad frigidos q̄ calidos morbos: ꝛ solutio ventris ad ptisim ꝛ constipatio ad scothomiam ꝛ cephaleā: ꝛ sic de alijs. Simil'r res non nāles vt siccitas aeris ad feb. cholericas. frigiditas ꝛ humiditas ad arthrticam ꝛ reumaticas passiones. Et vl'r ois causa efficiēs ꝛ mālis est dispositiua q̄diu per eas manifeste vel imediate non itroducitur morbus: sed alterāt vel mutāt corpus tal'r vt ad hoc ppararetur. Unde nō semp differūt dispositiue ab alijs reb⁹: sed sufficit ꝙ differant rōne pdicta: ita vt eedē que dicunt̄ efficiētes quando actu itroducūt morbū: sint et dispositiue prius imutando corpus: vt ad hoc disponatur: ꝛ sil'r eedem q̄ dicūt māles qn̄ sunt quedam materie trāsmutabiles in mēbris: sunt et dispositiue priusq̄ morbū actu ꝓducāt. ¶ Tertium vero qd̄ circa morborū causas considerat medicus est ordo ipsarū ad morbū: ꝛ ſm hoc dicit ꝙ carū alique sunt pmitiue alie antecedentes alie ꝯiuncte. Primitiue dicunt̄ q̄ respectu aliarū duarū tpe prius agunt semp ad morbi generationem. Añtes vero dicunt̄ respectu ꝯiunctarū solū: qm̄ eas respectu morbi tpe pcedūt. Cōiuncte vero dicūr ille q̄s pcedunt añcedētes: ꝛ a qb⁹ orit̄ morb⁹ imediate. Un̄ l3 nā pcedant morbis: tn̄ quātū ad iudiciū sensuale medici tpe simul existūt: ꝛ ideo vocat eas morbo ꝯiunctas. Ex his vero p3 dr̄ia inter eas. nā ad ꝯiūctas semp imediate sequit̄ morb⁹ vel concomitat̄: ꝛ iō a qbusdā vocant̄ imediate. Ad alias vero duas nō semp imediate sequit̄ morbus: s3 differūt dupl'r. Prio qa antecedētes semp sunt aliqd in corpe vt aliq̄ dispositio corpis aut ptis eius vel ꝯtētum in eo: sicut humor aut aliq̄ superfluitas rōne peccati sui. Sed pmitiue sunt res vel oino incorporee vel accñtia animi: vel si icorporee sūt: tn̄ extra corpus hn̄t eē suū: ꝛ ideo sub causis primitiuis ꝯtinent̄ oēs res non nāles: antecedētes vero semp sunt vel naturales vt humores vel ꝯtra naturam vt egre dispōnes mēbrorū. Uerūetiam differūt añcedētes a primitiuis pter ordinem eorū ad morbum: qm̄ añcedētes nūq̄ gn̄ant morbū nisi mediantib⁹ ꝯiūctis: s3 pmitiue gn̄ant eū iterdū imediate. nam ab ira ꝛ aere feruido pōt generari fe. imediate sicut effimera: nō ideo tn̄ dr̄ aer vel ira cā ꝯiūcta: qm̄ nō pcedit cā antecedens: vt dictum est. sic ergo respectu fe. putride causa ꝯiūcta est ipsa putredo hu. vel ipse humor qui actu putrescit. Antecedens vero humor est fluens ad mineram putrefactiōis vel nociue disponētes eam: vt viscositas: grossities: aut dyscrasia membrorū vt dyscrasia calida membri alicui⁹ vel opilatio aut clausio pororum. Sil'r respectu dyscrasie frigide cerebri. Causa ꝯiūcta erit humor aut vapor frigidus in eo ꝯtentus. Antecedens vero est humor vel vapor parat⁹ aliūde fluere vel mala dispositio membri mādantis: vt stomachi vel epatis ꝛc̄. ¶ Cum aūt vnicuiq̄ speciei morborum q̄ supra fuerunt enumerate conueniant alique species causarum habentium rationem coniuncte vel antecedentis aut primitiue vel efficientis aut conseruantis ꝛc̄. necesse est ad inueniendum formam plene curationis omnes determiate cognoscere quarum numerus ꝛ ordo subsequentibus tabulis leuiter poterit comprehendi.

Medic⁹ gn̄a cāru3 morborū 3' distinguit.

Cāe efficientes.

Cāe māles.

Cāe dispositiue.

Dr̄nt cāe ꝯiūcte a primitiuis ꝛ añtibus.

Dr̄nt cāe añtes a primitiuis.

¶ De causa morbi calidi. Cap. LXXXVI.

Morbus calidus generatur ab eo qd̄ intēperate calefacit corpus vel partes eius intemperate calefacit: aut qd̄ imprimit de se calorem intemperatum: aut qd̄ retinet calidum qd̄ conuenit expelli a corpore. ¶ Intēperatum calorem per se imprimunt motus corporis imoderatus. fortis ꝛ ipetuosus animi mot⁹ vt furor ꝛ ira. Corpus intemperate calidum actu vel potētia vel vtroq̄: ꝛ humorum putrefactio. Retinent calidum qd̄ oportet expelli a corpore. Clausio vel cōstrictio nimia viarum expulsionis: vt pororum cutis ꝛ aliorum mēbrorum retinens fumos et vapores intemperate calidos: qui ex calidioribus humorū partibus generātur. ¶ Corpus intemperate calidū vel est intrinsecum vel extrinsecum. Intrinsecum humor aut vapor. Humor tamē vtplurimum cōpositum generat morbū: sed vapor semper calefacit ꝛ temperate quidem calidus tēperate. intemperate vero calidus intēperate: maxime si fuerit acutus vel valde siccus: qui caprinosus a capro. vel capinosus a capillo. dicitur etiam in eo calor acuitur. ꝛ hoc in siccis ꝛ calidis corporibus multiplicatur vel abundantib⁹ calidis ꝛ siccis humoribus. Extrinsecum actu calidum vt ignis aer balneum aque calide. Calidum potētia vel vtroq̄ cibus potus ꝛ medicina itus recepta vel exterius applicata. ¶ Putrefactio est humoris ebullitio facta a calore inālli per quā prius inatural'r calefit mēbrum ꝯtinens putrescētem humorem. Tādē vero calore multiplicato ꝛ per cōtinuitatem venarū ꝛ arteriarū ad cor protenso supcalefit substā-

Putrefactio qd sit

tia cordis que calorem intēperatū ex tūc generans toti corpori prebet estum ↄstituētē actu febrilē discrasiaʒ. Eodem quoqꝫ modo vapor putridus aut itemperate calidus si ad cor venerit: supercalefacit ipm ⁊ sic generat se. Calor inaturalis aduenit putrescenti chimo. quoniam in eo ⁊ circa ipʒ vapor intēperate calidus conculcatur nequiens sufficiēter expirare propter pororum impedimenta.

℄ De causa morbi frigidi. Cap. LXXXVII.

Morbus frigidus generat ab eo qȝ intemperatā causat frigiditatē. ℄ Intemperata frigiditas generat̄ in corpore vl' ab eo qȝ alienā introducit vel ab eo qȝ aufert calorē ꝓpriū. ℄ Alienā frigiditatē ip̄rimit corpori corpus frigidū actu vel potētia vel vtroqꝫ siue sit intus generatuʒ vt humor frigidus: siue sit aduenies ab extrinseco vt nix: glaties: aer frigidus: aut balneuʒ aque frigide vel cibus ⁊ potus ⁊ medicina. ℄ Aufert calorem ꝓpriū qȝ ipʒ educit a corpore vt imoderatū exercitium. Qȝ disponit ad hoc vt velociter expiret vel educatur ab eo aut poroꝝ corporis largitas vel apertio nimia. Qȝ probibet trāsitūʒ ei⁹: vt constrictio vel opilatio meatuum suoruʒ maxie arteriarum: sicut in dormitione mēbroꝝ. Qȝ extinguit ipsum in corpe vel disponit extinctioni. Naturalē caloreʒ extinguit qȝ infrigidat excellēter vt nix aut opiuʒ ⁊ lactuca in valde senibus ⁊ similia. Quod multitudine sua coarctat ⁊ opprimit ēt ipm: sicut multitudo nimia cibi ⁊ potus atqꝫ humorum. Cū.n. calor nālis ⁊ fluēs sit qdaʒ vapor aereus corrupta suba vaporis nālis calor extinguit̄. Corrūpit̄ autē cuʒ ingrossat̄ in aqueā subam vel cuʒ igneo calore ↄsumit̄. Et primo qdem corrumpit̄ ex nimietate cibi ⁊ potus: ⁊ ēt sanguinis in arterys. Nimius eni potus vini tn̄ iterdū replet vaporibus cerebrū: vt conculcati nimis in aqueā subaʒ ingrossentur ⁊ pre multitudine submergendo caloreʒ nālem ibideʒ suffocēt ex qbus morbus sequr frigidus vt apoplexia/stupor/epilepsia/⁊ lythargia ⁊c. Sil'r quoqꝫ mō nimia multitudo sanguinis maxie in arterys ipm corrumpit. Un̄ morbus frigidus gn̄atur neduʒ in vno mēbro: ſ; in corpore toto. s. syncopis: qm̄ extincto predicto mō fluenti calore in corde totum corpus infrigidat̄: nimia tn̄ repletio venarū ⁊ arteriaruʒ ex sanguine frigido in aliqbus mēbris pōt generare morbuʒ ꝓhibēdo trāsitū caloris nālis a corde. ℄ Ultimum qȝ extīguit calorē naturalē est ꝙ ꝓhibʒ ipm in sua temperie conseruari. s. imoderata clausio poroꝝ cutis ⁊ arteriaruʒ vel alioꝝ meatuuʒ per quos ispiratio ⁊ expiratio exercetur. Si enim aer igredi nō pōt vt calor nālis vndiqꝫ cōmistus: cum tātū remittit quātū fuerat itēsus ex mistiōe vaporis temperati tūc ↄclusus ⁊ in se reflexus ꝓpriuʒ accidit subtum efficaciter vastat̄ ⁊ eo ↄsumpto extinguit: sicut igni nimiū coopto. Simil'r ēt si fumi ⁊ vapores qui ab humoribus assidue generant̄ in corpore vinētis exhalare ꝓhibent̄ ab ipso: extingui poterit nālis calor. nam in qbus vapor multiplicatur aereus ⁊ nālis: ⁊ in sanguineis si pori sūt opilati adeo quin possint aliqualiter aere temperari: tunc si calor more solito reficiat̄ diminuto tamē: aut cessante exercitio omnes vene corporis nimio sanguine replebuntur ꝓpter digestionis fortitudinem ⁊ boni vaporis abūdantiam ꝙ si refectio solū ↄcurrat cum exercitio. itēdetur quidē ab exercitio calor ⁊ multiplicabitur in suba: tūʒ pp̄ digestiōis fortitudinem: tūʒ pp̄ p̄dictā poroꝝ clausionē: que ipm ꝓhibet exhalare: sed si nimia sit clausio ꝓhibēs aerē igredi sequit̄ qȝ est dictū. ℄ In qb⁹ aūt malus ⁊ acut⁹ vapor multiplicatur vt caprinosus ⁊ expirare probibet̄: aut putrescere faciens humores aut calorē nālem extinguit corrūpendo subiectū ei⁹. ℄ Qȝ xͦo disponit corp⁹ ad extinctionē caloris nālis est quies imoderata qua multitudo sup̄fluitatū in corpore congregatur: ⁊ etiam omne qȝ poros corporis claudere potest stringendo vel opilando.

Cū calor sit vapor corrupta sb̄a vaporis calor extinguit̄.

℄ De causis morboꝝ siccorum. Cap. LXXXVIII.

Morbum siccum generant que sicca sunt in se vel q̄ resoluunt nālē humiditatem absqꝫ eo ꝙ siccitas isit eis. ℄ Sicca in se dicunt̄ q̄ talia sūt cōplexionali virtute a qua iformantur iteriora: vt humor siccus: exteriora vt aer siccus: ⁊ balneū aque salse ⁊ vniuersaliter mineralia. Cibus vel nutriens siccū ⁊ medicina similiter intus recepta vel exteri⁹ applicata: que resoluunt humiditatem absqꝫ siccitate cōplexionali: sicut inanitiones corporis ac nimius motus eius ⁊ inconueniēs motus animi. Inanitio insensibilis vt in ieiunys ⁊ abstinētys. Sēsibilis vt in sudore ⁊ fluxu ⁊ ceteris euacuationib⁹. Inconueniens motus animi solicitudo ⁊ angustia ⁊ tristitia. Uigilie xͦo comprehenduntur sub imoderato membrorū exercitio ⁊ accidentibus animi: quoniam concomitant̄ ea nec sine illis immutant corpus.

℄ De causis morbi humidi. Cap. LXXXIX.

Humidi morbi causant̄ ab humectantibus imoderate que sunt vel humida in se vel conseruantia quaslibʒ humiditates in corpore. Humida in se actu humida intrinseca: humida extrinseca pluuiosus aer balneum aque dulcis ⁊ tepide. Humida potentia vel vtroqꝫ vt cibus maxime copiosus ⁊ delectabilis. humida medicina conseruat non solum temperatas: sed ēt superfluas corporis humiditates: preter ꝙ in se sit humida immoderata corporis quies ⁊ tranquillitas animi: vt in gaudio ⁊ letitia nimius somnus.

℄ De causis morboꝝ cōpositoꝝ: ⁊ ꝑ cōsiliūʒ. Cap. XC.

Morbi consimiles cōpositi aut ex cōpōne simpliciū causaꝝ ꝓueniūt siue in virtute sint cōpositē: sicut qlʒ humoꝝ cōpositio ex duab⁹ q̄litatibus seu in suba: ꝓut accidit in mistiōe aut vicinitate diuersoꝝ humoꝝ. ℄ Un̄ morbi cōpositi vtpl'm ex humorib⁹ gn̄ant̄ vt apata: quoꝝ cause q̄tuor sunt in gn̄e. s. humoris peccātis mistura aut simpl'r abundantia. Fortitudo mēbri mādātis vel mittētis superfluitatē sp̄aliter quātum ad expulsiuā naturalē qua vnūquodqꝫ mēbruʒ expellit a se nociuum. Tertia est debilitas mēbri recipiētis qua nō pōt sup̄fluitati misse resistere nec a se repellē. Quarta insuper est apertio seu promptitudo meatuuʒ ꝑ quos expellitur superfluitas. De quoqꝫ cause lʒ cōes sint cūctis humoralibus morbis: nō tn̄ necesse est eas oēs in oibus semꝑ cōcurrere: sed solum in illis que fiunt per viam deriuationis/ hoc est delegationis materie ab vno membro in aliud: sicut accidit in apostematibus creticis: vbi membra principalia ⁊ nobilia ad emunctoralia ⁊ ignobilia superfluitatem trāsmittunt: cum enim naturaliter illa debeant esse ceteris fortiora: lʒ ꝯm plus ⁊ minus: ⁊ tunc saltem remanserit eis aliqualis expellēdi vigor respectu suscipiētis emunctory: nec vie sint impedite morbi māni illuc pellūt. Sed iterdū accidit apostema generare morbum aliū humoralē per viā cōgestionis: hoc est non qa mēbrū aliqȝ delegēt sup̄fluitatem illi patienti: sed qa ipm patiens mēbrū eā attrahēdo ↄgregauit in se: sicut splen aggregat melācholiam: ⁊ in tali casu ad gn̄ationem morbi due sufficiūt predictarū causaꝝ. s. copia sup̄fluitatis ⁊ expellendi debilitas: sepius eni contingit ꝙ splen qui potenter attraxit. accidentaliter postea debilitatus expellere nequit attractū. ℄ Expulsiua quoqꝫ membri debilis est propter lapsum cōplexionis inatuʒ vel post generationem accidentaliter acquisitū. vel ex inordinatōe nature

Morbor cōpositoꝝ simpliciū cause sunt quatuor.

In qbus morbis currāt cause p̄dicte.

Aū splen potest expellere suū materiā.

nature ſicut in cute.naȝ cū ſolum ordinata ſit ad tegenduȝ
membra ſuſcipiēdūqȝ cūctoꝝ membroꝝ aliquas ſupflui/
tates nālıter eſt creata debilis expulſiue:cū etiā non p̄beat
alijs membris iuuamētuȝ alicuius actionis naturalis:aut
vitalis aut animalis non indiguit fortitudine reſpectu ipo/
rum.⸿Superfluitates multiplicantur in mēbris ex ma/
litia regiminis vel nocumento actionis nāliū virtutum vel
propter vtrūqȝ.⸿Nālis figura mēbri corrūpit̄ vel in vte
ro vel in exitu ab eo:ſicut in partu vel nato iam corpore.in
vtero quideȝ vel in ipſa formatione vel poſtea.Recta ꝟo
formatio vel figuratio impedit̄ pp ineptitudinē p̄ncipioꝝ
māliuṁ.naȝ ſi fuerit in ſpermate formatiua in ſe peccabit.
ſi ꝟo in ſanguine mēſtruo materia formabilis: erit erroris
cauſa.Poſt formationē aūt figura corrūpit̄ vel pp malitiā
ſanguinis materni cauſatā ab eius malo regimine vel egri
tudine totius corporis eius aut ptis p̄cipue matricis ꝛ epa/
tis:aut violenta occaſione ipſius vteri.Forma pariendi ſi
fuerit inālis figuram nālem ſepe corrūpit vt in his q pari/
untur tibijs aut brachijs complicatis.Poſt natiuitatē cor/
rumpunt figurā mēbroꝝ extrinſecus ꝛ caſuales euētus ad/
uerſitas mēbri ↄtūdens aut torquens pcuſſione vel caſu q/
bus oſſa frangunt̄ ꝛ obliquant̄ mēbra vel attritiōe cōpreſ
ſa planeſcunt inālıter vt naſus ↄcuſſus.Egritudo corrūpēs
membroꝝ ſubām vel imutās figuram preter corruptionē
ſube.Primum in lepra que nares dilatat tuberoſitatibꝰ re/
plendo ꝛ diſtēdēdo.ſubtiliat aures ſanguine pauperrimas
amplius depauperando frigiditate ꝛ ſiccitate.In fe.ↄſum/
ptiuis in quibus naſus acuitur oculi profundatur, humeri
peremınēt ꝛ ſpatule ↄformant̄ alis ꝛc̄.In cācris ꝛ fiſtulis
ꝛ in qbuſcūqȝ apoſtematibus ꝛ vulneribus oſſa corrūpunt̄
ꝛ deꝑdunt̄:vn̄ figura mutatur ſm̄ in tortura ex paꝛlyſi:vn̄
a mēbro ſano cū aliquid agit aut mouetur trahit egruȝ.In
ſpaſmo vbi egrū qđ ↄtrahit̄ trahit ſanū.Defectꝰ ꝛ ſupabū/
dantia nutrimenti.naȝ defectus vt in famelicis imutat figu
raȝ:ſicut in lepra dictū eſt.de auribus ꝛ in feb.ↄſumptiuis.
Superabūdātia ꝟo in qbꝰ debilis eſt virtus āpata qn̄at:in
quibus aūt fortis ꝛ potēs ad ↄuertēduȝ multiplicant̄ vltra
moduȝ nālis figure carnoſitas ꝛ pinguedo.Quapp in qui/
buſdā vēter efficit̄ mōtuoſus ꝛ lūbi ſarcinati:ꝛ facies ſem/
per ſpherica carnoſitate genaꝝ collū quoqȝ taurinū:ſicut a
mento iferius vſqȝ ad furculā pectoris manifeſta ꝓtēdan/
tur:ꝛ in aliqbꝰ vt vita muliebris ſubcingit tm̄ ſtruma pin/
guedis atqȝ carnis.Ex grauis error in neceſſarijs vel ad cō
ſeruationē vel ad curationeȝ Sūt aūt ad ↄſeruationeȝ in/
fantis nec̄ia quies ꝛ obuolutio ac mēbroꝝ cōpoſita ꝛ ſua/
uis tractatio:igitur ſi moueri ꝑmittat̄ intēpeſtiue:ſicut bi/
pes aut q̄drupes piculū eſt magnuȝ manus aut pedes:aut
tibias aut brachia cōtorqueri.Similr̄ quoqȝ ſi ruditer tra/
ctetur ꝛ icōueniēter obuoluat̄:ſepius.n.imoderata ꝛ ieq̄lis
ↄſtrictio pectoris cum faſcia gibboſos efficit pueros exeun
tibus oſſibus anterius vel poſterius.Error accn̄s in cura/
tione q corrūpit figurā eſt ille q accidit in curatiōe fractu/
raꝝ ꝛ diſlocationū ꝛ culpa medici nō bn̄ rectificantis aut
ↄſtringentis vel ↄſolidātis vel ifirmi culpa ſi moueat̄ itē/
peſtiue.ſ.prius q̄ȝ mēbra ſint firma.⸿Naturalis ↄcauitas
atqȝ via ſeu porus qn̄qȝ deſtruunt̄ oīno ꝛ ſecatio noiat̄ vel
diminuunt̄ aut impediunt̄ cōſolidari:ſicut accidit frequen
ter in virga ꝛ vulua cū vlcerantur in īteriori meatu ꝛ incau
te curant̄ cōprimēte pōdere ſuo:ſicut calculus magnꝰ ve/
ſice cōprimit lōgaonē:ꝛ ſtercus ꝓhibet ibi recipi ꝛ ide trā/
ſire ↄſtrigēdo ſicut ↄſtrictio nimia vētris anguſtat ſtōchuȝ
ꝛ matricē coadunatiōe nāli vel accn̄tali.nāli.ſ.retētiua vir/
tute queādmodū in pregnātibus os matricis ꝛ vulue.Acci
dentali ſicut frigidis ꝛ ſiccis medicinis aut ſtipticis eedem
partes coadunant̄.Replente vel opilāte vt carne ſupflua:
ſicut in ficis vel āpate vel lapide vel fecibꝰ iduratis aut ſan
guine coagulato vel alijs humoribus maxie groſſis ꝛ viſco
ſis.⸿Innālıter dilatāt vel apiūt defectio ↄtētiue aut forti
tudo expulſiue:ſicut in patiētibus aborſuȝ.Medicia ape/
ritiua/humiditas mollificās/vētoſitas aut vapor extēdēs
innālr̄ exaſperāt itriſecus ꝛ extriſecus.Exaſperās itriſecꝰ
vt hūor acutus aut pōticus.Extriſecus vt medicia vel cibꝰ
aut potus acutꝰ aut puluis ꝛ fumus in oculis ꝛ gutture.In/
naturaliter leniūt viſcoſa ꝛ vnctuoſa itrinſeca ꝛ extrinſeca.
⸿Numerus membroꝝ inālr̄ diminuit̄ pp defectū inna/
tū vel ſupueniētē.Innatus aūt ex defectu māe ↄtingit.ſu/
perueniēs defectus amiſſio dr̄ ꝛ ꝓuenit vel a cā iteriori vl̄
exteriori.Exterior auteȝ opat̄ vel actuali virtute vel poten
tiali.Actualis aūt v̄tus vel eſt p̄ncipiuȝ localis motꝰ ſicut in
inciſione membroꝝ aut eradicatiōe vel euulſione:ſicut in
dētibus ꝛ in oculis ſepe fit.aut opat̄ motu alterātiōis oīno
corrūpēdo vere complexionē in mēbro:ſicut accidit in cō/
buſtione ignis ꝛ in ↄgelatione facta ab excellenti frigore p
quā membra cadūt:ꝛ multi ēt moriunt̄.Potētiali virtute
opat̄ cauſa exterior ſic̄ medicina venenoſa ꝛ corroſiua.In
terior ꝟo cā vel eſt acuti humoris violētia vel putrefactio
mēbri.humor aūt acutus vel ifert mēbro violētiā cōburē/
do:ſicut in igne perſico:vel corrodendo p quem modū vi/
demus acuto reumate vel ſalſo vuulā ſepe deperdi.aut p/
forādo ꝛ ſubito motu pulſando per quem modū exilere vi
demus ab oculis cryſtallinā ꝛ albugineam in dolore tym/
poꝝ ꝛ oculoꝝ cauſato ex hu.acuto vapori miſto.Putrefa/
ctio quoqȝ membri vel fit a medicina putrefaciente vel ex
coarctatione humoꝝ ꝛ fumoꝝ in eo:queādmodum in can/
cris ꝛ heriſipilis ſepe putreſcunt mēbra.⸿Supfluit autē
in corpore nūerus in his que ſunt ſilia nālibus pp abūdan
tiā materie ꝛ v̄tutis fortitudinē formatiue vt in natis cū ſe/
xto digito.Aſſimilatiue vt in ſuperueniētibus ſicut vngule
in oculis ꝛ ſuperflue carnis in vulneribus.Glandule quoqȝ
ſimili cā fiunt in collo vel alibi.⸿Diſſimilia nālibus ad/
dunt̄ mēbris ex abundanti ſupfluitate generata in eis vel
aliūde tranſmiſſa p viaȝ expulſionis.Et p̄mo qdē mō ſepe
generat̄ hociuȝ in interioribus mēbris:qa mā ex qua gn̄at̄
vel eſt ſanies magnorum ꝛ calidoꝝ apoſtematū vel humi
ditas groſſa ꝛ cruda:vel inepta putrefieri vel in ſanieȝ cō/
uerti.Et prima mā generatur in mēbro apoſtemate:lȝ for
ſitan an̄cedēs eius fuiſſȝ ab alio mēbro tranſmiſſa.Cūqȝ ta
lis ſanies in ſuo receptaculo coarctat̄ ꝛ retinet̄ infrigidan/
tibus igroſſantibus applicatis errore medici vel ifirmi ho
ciū ide format̄.In hocio tamē duo notari pn̄t.ſ.folliculus
vel ciſtis aut ſacculus exterior:in quo reſidua mā claudit̄.
Et ille folliculus nālibus aliqualiter aſſimilatur ſicut ciſti
fellis:ꝛ quātum ad hec lȝ videret̄ cōtineri ſub p̄mo mem/
bro additiōis in numero:non tm̄ ſic eſt in veritate:qm̄ nec
a nāli mā generat̄:nec ēt a nāli imutati ua:ſed id qđ in fol/
liculo hocij ↄtinet̄.adituȝ eſt oīno diſſil'e nālibus.ꝛ q̄tuȝ
ad apparētiā ꝛ quātū ad cauſaꝝ exiſtentiā.id eni qđ in eis
ↄtinetur interduȝ eſt ſimile melli qn̄qȝ luto qn̄qȝ feci vini:
qn̄qȝ lateri ſiue teſte.qn̄qȝ nucleis fructuum.Interdū aūt
globo piloꝝ aut calculis:ꝛ groſſe ventoſitates que frequē/
ter multiplicant̄ in eis:ꝛ maxie in illis que ex groſſa ꝛ cru/
da mā generant̄ donec diuturnitate temporis forte putre/
ſcant:in qbus tunc dolor icipit ſentiri ꝛ forſitan febris.Si/
militer ꝛ lumbrici addunt̄ iteſtinis ex ſupfluitate genera/
ta in eis.Calculus aūt renum ꝛ veſice partim ex ibi gn̄ata.
partiȝ ex aliūde fluēti.Scrofe ꝟo que cuti addunt̄ vl' mu
ſculis ꝛ puſtule cutis ac verruce:ꝛ ēt fauus in quo cuti capi
tis additur humiditas ſil'is melli vel fauus qui eſt nariū i/
nālis carūcula vel morphea:in qua cuti additur color inā/
lis ꝛ cūcta ſimilia pculdubio ſunt innāles additiones oīno

Margin notes (left): Qn̄ multi plicēt̄ ſupfluitates i mēbris. Qūo ꝛ qn̄ corrūpit̄ figꝰ nālis membri. — Nec̄ia ad ↄſuatiōeȝ īfantis. — Cāe nocu mēti accn̄tis ↄcauitati nāl'.

Margin note (right): Cāe nocu mēti i nūe ro mēbroꝝ

dissimiles nãlibus rebus ꝛ generatis vtplurimũ ex supflui tatibus expulsis ad cutẽ vel ad mẽbra in qbus generãtur.

Cã mãgnitudis ꝛ puitatis inãlis mẽbꝛoꝝ

¶ Magnitudinem immoderatã causant abundantia bone materiei ꝛ fortitudo ↄuersiue virtutis: quoꝝ ↄ̃ria cause sunt paruitatis inãlis. ¶ Positio mẽbri quãtũ ad sitũ eius nã/lem corrũpit̃ a causa itrinseca vel extrinseca. Causa extrinseca corrũpẽs situʒ nãlez est violẽta cõmotio vel expulsio precipue si fuerit iprouisa vel subita: qa tũc nec resistũt mẽbra nec parãt se ad resistẽdũ ledẽtibus causis: ꝛ p hũc modum accidit freqũter vt iuncture dislocent̃ pcussione vel casu vel alia simili offensiõe. Intrinseca vo cã est vel ligamenti ↄseruantis in situ: mollificatio seu relaxatio vel cõtinentis membri fissura siue perforatio aut ipsius ↄtinentis aut cõtenti mollificatio. Causa vo mollificãs seu relaxans est humiditas accidental'r mẽbro infusa. Et pmo qdẽ mõ dislocant̃ iuncture mucilaginibus abũdãtes. Secũdo vo modo deserunt sitũ nãlẽ intestina ꝛ ȝirbus ꝛ pulmo. nã fisso vel pforato syphach. maxie in ea pte vñ dindimi oriuntur itestina vel ȝirb⁹ cadũt in osseũ. idest in bursam testiculoꝝ. Sil'r fisso pectore pars pulmonis egredit̃. Tertio vo modo cõtingit ȝirbũ aut itestina egredi locũ ꝓpriũ quãdo ↄtinẽs. s. syphach relaxat̃ ꝛ ↄtigit lõgaoné: ꝛ matricẽ ꝛ vuCã ꝛ matricẽ exire sitũ ꝓpriũ qñ ipsa in se relaxant̃ seu nimiũ mollificant̃.

Cã nocumẽti i põne siue sita mẽbroꝝ

Potẽtia nãlis quãtũ ad vicinitatẽ aut colligãtiam quãdo corrũpit̃ per inãlẽ adherẽtiã: tũc inãlis ↄsolidatio cã erit. Si vo p inãlez elõgationẽ vel distantiã tunc mollificatio erit causa vel icisio aut nimia distẽsio: sicut in iuncturis sepe contingit ꝛ in forti expandidatione mẽbrorum.

Cã nocumẽti i solutiõe cõtinuitatis.

¶ Solutio continuitatis vel prouenit a causa iteriori vel exteriori. Causa intrinseca vel est humor acutus pforans aut corrodens: vel est grossa ventositas nimia extensione disrumpens. Causarũ extrinsecarũ quedaʒ secat vel scindit: quedam pungit aut perforat: quedam contũdit: qdam vo distendit: quedam autem torquendo frangit: quedam violento motu exercitij findit: quemadmodum rumpit̃ syphach ꝓpter motũ aut clamorẽ. Immoderatũ exercitiũ etiã iterdũ rũpit tẽdendo nimis: vt qñ syphach rũpit̃ propter nimiũʒ conatũ eleuandi aliqđ graue: aut vene pulmonis ex clamore forti ꝛ subito ꝛ gradatim nõ eleuato.

¶ De accidentibus morborum. Cap. XCI.

Accñs dr tripl'r.

Accidens multipliciter sumit̃ apđ medicos. Uno quidem mõ valde large pro cunctis rebus cõtra naturam ab ea ratione qua dicitur per accidens quicquid aduenit corpori preter nature necessitatem. ꝛ hoc modo causa morbi dicitur accidens: vt quãdo dicitur ꝙ patienti accidit ira vel casus vel precipitatio ꝛc̃. Et similiter morbus cum dicitur ꝙ accidit ei fe. vel apostema vel dislocatio. ¶ Alio modo sumitur accidens valde stricte: scilicet pro morbi effectu concomitanti vel consequenti: vt quãdo dicitur ꝙ res cõtra naturam/aut est morbus/aut cã morbi/aut eius effectus. ¶ Tertio vo modo sumitur ꝛ minus large ꝛ minus stricte ꝙ̃ supra. s. pro effectu non morbi tñ: sed etiam eius ꝙ interdum est causa morbi: queadmodum cum dicitur ꝙ impedimentum digestionis quod accidit stomacho causatur interdum a morbo eius. Interdum vo ab imoderata quantitate cibi: vel ab itempestiua sumptione illius: vel ab humore fluente recenter ad concauuʒ stomachi ꝛ similia. Scđm eni hoc dicitur accidens omnis innaturalis imutatio facta in his que pertinent naturaliter corpori sequens morbum vel aliquam causam eius. Talis auteʒ imutatio lʒ non semper causetur a morbo: quia tamẽ vel ab ipso causatur vel ab eo quod habet ordinẽ ad morbum. ideo cõmunit' ꝛ absolute dicitur accidens morbi: ꝛ in hoc cõuenit cum accidente dicto secundo modo: ꝛ hoc nomine etiaʒ denotatur differentia vtriusqꝫ ad morbũ ꝛ causam. nam cum sit quedam sequela illoꝝ differunt ab eis: sicut effectus a causa. Sed cũ morbo specialiter conueniũt in hoc nomine quod est passio. Nam cõe nomen est morbo ꝛ accidenti dicto secũdo ꝛ tertio modo. Dicitur eni corpus sanabile pati morbum vel febres aut dislocationẽ vel rupturam ꝛc̃. Similiter dicitur pati accidẽs tremorẽ morbi stricte vel large sumptum: vt pati rigorem: fluxum: defectionem: vel debilitatem visus: indigestionez ꝛ silia.

Quid dicat passio.

Causis autẽ morboꝝ non cõuenit absolute nomen passionis: lʒ aliq̃ dicant̃ passiones vt timor/ ꝛ tristitia/ ꝛ angustia: qa ratio passionis nõ cõuenit oĩbus causis morbi. passio enim dicit̃ omnis effectus impssus vel illatus ab aliquo agẽte in subiecto actionis. Unde qa semper morbus ꝛ morbi accidens imprimit̃ corpori ab aliquo agẽte: ideo absolute conuenit eis nomẽ passionis. Causis vo morboꝝ nequaq̃: nisi solum illis que ab aliquo manifeste iprimẽte ꝓuenũt corpori: nec etiã oẽs illas vocat medicus passiones: qm̃ de ratione passionis quã cõsiderat est non soluʒ ꝙ sit effectus illatus ab agente: sed ꝙ sit talis effectus per quẽ passũʒ altere t̃ in se manifeste a dispõne nãli ad inãlem: ꝛ per quã potius pati ꝙ̃ agere videat̃: ꝛ ideo timorẽ ꝛ tristitiam ꝛ angustiã ꝛ verecũdiam vocat specialiter passiones. Alia vo animi accidẽtia vt gaudiũ ꝛ letitiam ꝛ vl'r delectationem vel delitias ꝛ irã vocat noĩe generis. s. mot⁹ vel alteratiões aut accñtia.

Qualitatis nomẽ soli morbo ↄuenit.

¶ Nomẽ autẽ q̃litatis soli morbo ↄuenit absolute: qm̃ ab omni morbo dr̃ corpus quale in gñe vt egrũ: ꝛ in specie vt calidũ/ frigidũ/ opilatũ/ vulneratũ ꝛc̃. nõ tñ ab oi accidẽte dicitur quale: sed ab aliquib⁹ valde paucis respectu aliorum: vt infra patebit.

Qualitas ꝛ passio differunt.

¶ Lʒ autem qualitas ꝛ passio sint quidam effectus illati ab agente: tamen differũt ratione. nam passio dicitur proprie dum passium est in motu vel actu transmutationis ab agente. Qualitas auteʒ potest dici etiam effectus derelictus in passo post actum transmutationis: ꝛ inde est ꝙ denominat subiectum. ꝓpterea qa facta est ipsi vt habitus: ꝛ qa morbus põt considerari vt effectus qui derelinquitur post impressionez causarũ actu trãsmutantium: ideo ꝛ qualitas ꝛ passio nominatur.

Accidẽtis morbi vel cause sũt genera prima.

¶ His quoqꝫ prelibatis sciendum est ꝙ quia accidẽs morbi sumitur hoc tertio modo. s. prout est effectus vel sequela morbi vel cause. Talis autẽ accidentis tria sunt genera prima. ꝛ primum quideʒ est lesio vel nocumentuʒ actionis vt idigestio/debilitas visus/malitia anhelit⁹/ꝛ similia. 2^m. vo est inaturalis qualitas corpis: vt inaturalis color aut odor: aut sapor: ꝛ sic de obiectis aliorum sensuum. tertiuʒ vo genus est inaturalis mutatio exeuntium a corpore que sequitur ad predicta duo: sicut infra patebit.

Lesio diuidit̃ 3'.

¶ Primum auteʒ genus tres continet species primas. nam actio que leditur vel aufertur omnino: ꝛ tale nocumentuʒ dicitur ablatio sicut cecitas vel surditas. vel minuitur: ꝛ minutio actionis dicitur quando persistit citra terminum consuetum: quia per obiecta vel per tempus determinatur: per obiectum qdeʒ: sicut quando non videt aliquis tam minuta vel a tanta distantia quemadmodum consueuit. Per tempus aũt quando tardius solito digerit cibum vel expellit superflua: ꝛ tale nocumentuʒ vl'r vocatur diminutio vel debilitas. Tertiuʒ vo dicit̃ vl'r permutatio ꝛ est nocumẽtũ in quo nõ fit actio ſm formam naturalẽ qđ per ipsaʒ in se vel per obiectum eius discernit̃: vt quãdo mẽbruʒ mouet̃ inaturaliter vt in icetigatione ꝛ spasmo: vel sicut quãdo qs videt vel audit alia ꝙ̃ requirant obiecta exteriora: vt si colũna que caret foramine videatur perforata vel crocea: cum tamẽ sit alba. Iterum autem hec tria genera nocumentoꝝ actionis tot species habere possunt quot sunt actiões que p nãm cõueniunt sanabili corpori: siue in genere: siue in specie: sicut

patet

Qualitas innālis siue mutata.

patet in tabulis particularis cōsiderationis accñtiū. ¶ Accidens ꝟo qḋ dr̄ inālis q̄litas corporis est oīs sequela morbi vel eius cause que sensu patiētis aut alteri⁹ inesse percipitur corpori preter nocumētuꝫ actionis. Unde quia qualitas hꝫ nō discernit̄ nisi sensu particulari. ꝓpterea tot species primas hr̄e pōt quot sunt obiecta sensuū ꝑticularium: hec aūt vel sunt cōia vel ꝓpria. Qualitas aūt hꝫ que nō est obiectū ꝓpriuꝫ sensus alicuius: sed cōe plurib⁹ est illa que spectat ad formam mēbri vel totius corporis: sicut gracilitas ⁊ grossities: pinguedo ⁊ macies. hec enim vt ex prioribus patet morbi ⁊ accidentia possunt esse. Qualitates ꝟo corporis que propria sunt obiecta sensuum vel sunt audibiles ⁊ est sonus inaturalis: qui vel tm̄ auditur a patiente: sicut tinitus aurium vel ab eo ⁊ ab alys quemadmodū rugitus ventris ⁊ oregmō: vel sunt olfatu ꝑceptibiles vt fetor nasi ⁊ oris ⁊ totius corporis: vel sunt visibiles tm̄ vt color innaturalis totius: vt in icteritia vel vnius membri vt in rubore nasi: nigredine lingue: morphea barbe. Uel gustu percipiuntur: ⁊ hoc tm̄ a patiēte: vel sunt tangibiles: quarū quedam sunt prime vt caliditas fri. ⁊ sicci. ⁊ humi. quedam secunde: vt asperitas/lenitas/durities/⁊ mollicies. he qualitates: siue in toto sint siue in parte morbi possunt esse vel accidēs tm̄ vel vtrūq; simul. Calefactio nāq; mēbri vni⁹ aut totius corporis quādo tanta est: vt sensibiliter operationes nō inde ledantur accidens erit tm̄. Cuꝫ ꝟo sensibil'r ⁊ imediate ledit ⁊ non sequitur morbuꝫ tm̄ est egritudo: sicut ephemera ex balneo. Cum autem vtrūq; ꝯuenit ei accidens est ⁊ morbus vt ephemera ex bubone. Nec est supfluuꝫ medico si consideret morbum qui alterius est sequela: put est accidēs p̄ncipal'r. secūdario ꝟo prout est morbus. nam ab eo qḋ p̄ncipalius ꝯuenit rei ꝯtra naturaꝫ regulat̄ p̄ncipali⁹ opus curationis. ⁊ inde est ꝙ medicus semꝑ iudicat egruꝫ absolute pati morbuꝫ illum qui causa est alterius. vñ sicut testat̄ Ga. de pleuretico dicere dꝫ ꝙ patit̄ apostema costaruꝫ pectoris ⁊c̄. feb. eni ꝯtinua nō est morbus p̄ncipalis: sed accñs eius. Uñ cū nō regulet opus curatiōis febris in pleuretico p̄ncipal'r sicut morb⁹: sed velut accidēs talis morbi. ꝓpterea cōsiderat̄ ibi p̄ncipal'r: vt accidēs: non vt morb⁹: posito nāq; ꝙ pleuresim patiat̄ eger. ꝯñter ponit̄ cuꝫ pati accidētia ꝯcomitātia pleuresim. quoꝝ vnum est fe. ꝯtinua. Iteꝝ autē aduertendū est circa p̄dictas qualitates ꝙ illa q̄ nō percipiunt̄: nisi sensu patiētis: vt tinitus aurium ⁊ sapor oris: ⁊ similia. lꝫ ƀm id qḋ sunt in se ꝯtineant̄ sub gn̄e predicte q̄litatis corporis: tm̄ ƀm ꝙ sunt q̄dā forme erronee opationis ꝯtinent̄ sub actionis nocumēto. Cū g̊ medicus cōsiderat gn̄a q̄litatū innāliū corꝑis que sunt accñs morbi distinguere dꝫ ab alys istō genus cū occurrat in corꝑe. sed qꝛ notitiam eius hr̄e nō pōt: nisi ꝑ iudiciū patiētis: ⁊ patiēs iudicet de ea ƀm ꝙ est obtuꝫ actiōis. ideo inuestigādo cās nocumētoꝝ actionis iuestigat̄ simul cā taliū accñtiū. ¶ Innālis mutatio exeuntiuꝫ: vel fit in quantitate ipsoꝝ vel in q̄litate vel in tp̄e exeūdi. Exeūtia ꝟo a corꝑe dicunt̄ inālia rōne q̄ꝫtitatis dupl'r. Uno quidē mō rōne mēsure: vt si vrina vel egestio sint maioris aut minoris mensure: vt multa vel pauca plus q̄ꝫ nāe cōueniat. Alio ꝟo mō rōne numeri: vt si pluribus vicibus q̄ꝫ ꝯueniat emittatur: sicut accidit in frequentia vrinandi ⁊ assellandi. Exeūtia quoq; dicunt̄ innālia ƀm qualitatē dupl'r: vel qa per aliquā parteꝫ corporis emittit̄ aliqd. vnde nō ꝯuenit egredi ƀm nām corporis sani. ⁊ hoc mō dr̄ inālis effusio sanguis facta ꝑ q̄ꝫcūq; aliā partē corporis q̄ꝫ per exitum mēstruoꝝ. qm̄ nulla p̄ter illā potest ꝯuenire sanis corporibus. fluxus aūt eius ꝑ mēstrua nālis est absolute: nisi peccauerit quātitate sumpta vel itel lecta: vt p̄us expositum est: vel etiā tēpore vt dicet̄: lꝫ enim sanguis menstruus esset inaturalis qualitatis. tm̄ eius emissio per partes ordinatas a naturali formatiōe corꝑis est naturalis. secūdo modo dicuntur exeuntia a corꝑe inaturalia ƀm qualitatē nō rōne ꝑtis per quā exeant. qm̄ nālis cōpositio reqrit: vt talia egrediant̄: sꝫ qa talē hn̄t qualitatē q̄lis nō cōpetit corꝑi sano. ⁊ ƀ mō mēstrua male q̄litatꝫ innālia dn̄r ⁊ egestio ⁊ vria ⁊ sputū ⁊c̄. q̄ꝫuis ꝑ ꝑtes ōbitas emittātur. Qualitates aūt in exeūtib⁹ a corꝑe multiplicant̄: sicut ⁊ ō qualitatib⁹ corꝑis iā est dcm̄. medic⁹. n. ꝯsiderat in exeūtib⁹ aliqñ q̄litatē q̄ cōe obtū est plib⁹ sensib⁹: sicut figurā in ꝯtentis vrīe vt in hypostasi ⁊ in squāmis. Qñq; ꝟo q̄litatē q̄ ꝓpriū est obtū visus: vt colorē in oīb⁹ exeūtib⁹. Interdū aūt sonū vt in rugitu vētris ⁊ exeūtib⁹ ꝑ secessuꝫ. Interdū odorē: vt in sudore ⁊ anhelitu ⁊ screatu ⁊ ceteris. qñq; ꝟo saporē aut ꝓp̄o sensu: queādmodū in sanguie q ꝑ flebothomiaꝫ egredit̄. aut sensu alteri⁹: vtpote patiētis: vt in screatu ⁊ vomitu. Interdū ēt ꝯsiderat tāgibiles q̄litates primas: vt caliditatē ⁊ frigiditatē ī his q̄ egerunt̄: sꝫ ƀ iudicio patientis: et scd̄as vt duritiē ⁊ mollicie. Innālis mutatio exeūtiū q̄ꝫtuꝫ ad tp̄s est qñ tardi⁹ aut citi⁹ solito emittunt̄: ⁊ lꝫ aliq ꝯprehēderint tp̄s exeūdi sub q̄ꝫtitate nūi: tm̄ meli⁹ ē: vt a nūo distiguat̄: tū qa medic⁹ q̄ꝫto plus ad ꝑticularia dscēdit vl' appropinq̄t tāto plus ꝑficit: tū qa nō pōt tp̄s ad vices exeūdi reduci. nā pōe est: vt aliqs egerat solito tardius aut citius: nec tm̄ ideo plib⁹ aut paucioribus vicib⁹ vel notabil'r in maiori vel minori mēsura. hoc tm̄ frequētius accidit. s. ꝙ multitudo ⁊ paucitas sequantur velocitatem ⁊ tarditatem.

¶ De causis accidentium. Cap. XCII.

Accidentiū causas vt patuit supius ex rōne accñtis: de q̊ hic agit̄ semꝑ opꝫ eē res illas q̄ dn̄r esse ꝯ nām: ita ꝙ oē accñs aliqd hꝫ reꝝ hꝫ ꝑ cā siue sit efficiēs: queādmodū fe. est cā sitis: siue mālis: queādmodū hūor nociuus ē cā vomit⁹: sꝫ accñtiū q̄dā hn̄t tm̄ ꝑ cā rē ꝯ nāꝫ sic ablatio visus in cataracta q̄ solū causatur ab opil'one pupille. ⁊ sil'r inuolūtari⁹ mot⁹ a morbo lacerti. q̄dā aūt accñtia sūt q̄ꝝ cā sil' sūt res ꝯ nām ⁊ res nāles: sicut tussis vomit⁹ rigor ⁊ oīs euacuatio cretica: ⁊ silia. Hoꝝ eni accñtiū est cā morb⁹ aut ei⁹ cā nālis expulsiua mēbroꝝ: sꝫ differūt. Nā res ꝯ nāꝫ ē sicut cā remota ⁊ p̄ᵐ mouēs. Nā ꝟo sicut ꝓxiᵐ. nā stimulata ꝑ illā efficit tales mot⁹. Res aūt ꝯ nāꝫ accñtia cāntes qñq; sunt morb⁹ tm̄. ⁊ sic cātur amissio visus ab opil'one pupille. qñq; ꝟo solūmō cā morbi. ⁊ sic causatur vomitus ab horribili cibo. qñq; ꝟo accidēs imediate cātur solū ab accñti: sicut a nocumēto digōnis aut retētionis sol'o vētris. ⁊ sic etiā imutatiōes exeūtiū cānt̄ a nocumēto actionis: ⁊ iterdū etiā a qualitate corꝑis. sed qa p̄ncipal'r aut sepi⁹ ex nocumēto actiōis: ⁊ ideo p̄ncipal'r ⁊ absolute reducunt̄ ad ip̄m: vt ad cām ꝓximā: qa tm̄ medic⁹ ꝓpter bonitatē opatiōis tenet̄ cōeꝫ causaꝝ diuersitatē cōsiderare. ꝓpterea nō solū attēdit qual'r a nocumēto actionis ꝓcedāt: sꝫ ēt qual'r a q̄litatib⁹ corporis. Unde qa imutatio exeūtiū causari possit ab alys duob⁹ gn̄ibus accñtiū. ꝓpea dicit ꝙ sequit̄ ad vtrūq;. Augumētū. n. ⁊ diminutio q̄ꝫtitatis exeuntiuꝫ. sil'r aūt ⁊ tarditas aut velocitas exitus ipsorum causant̄ a lesione nāliū actionū. s. vnius aut plurium. Sil'r quoq; ⁊ qualitas inālis exeuntiū causat̄ iterdū a nocumento ipsarum: sicut a nocumēto attractiōis cholere a cisti fellis tingit̄ vrina in croceū. qñq; ꝟo a q̄litate corꝑis quātuꝫ ad iudiciū medici: queādmodū sudor ab icteritia tigit̄ ⁊ sicut a fetore nasi fetidus fit anhelitus ⁊ in fetore totius: vt in leprosis fetidus sudor. Sil'r ꝟo in pleuresi flegmatica nō propter pleuresim tingitur vrina: sed ꝓpter qualitatem totius corporis que est accidens eius. s. febris. Particulariuꝫ autem accidentium causas particulares in tabulis accidētium ad hoc constitutis clare patebunt.

Mutatio exeūtiū innālis.

¶ De signis. Cap. XCIII.

Consideratis partibus medicinalis theorice ſm id qd ſūt in ſe quātū in gñe iā reſtat de illis tractare ſm ꝙ ſigna ſunt medico. diſpō nāqꝫ ſanabilis corporis non puenit ad notitiā medici. niſi ꝑ conſiderationē rerū nālium vel nō nāliū: aut ꝯ nāz. ⁊ ideo rurſus ꝯuenit de his agere ſub rōne ſignoꝝ: q̄rū ꝯſideratio diuerſum hꝫ ordinē apud medicū ſm duas rōnes que ꝯueniunt medico. Quarū vna eſt rō docētis vel adiſcētis artem ſiue ſciam medicine. Alia quoqꝫ operātis eſt rō. Prima vo ſm eſſe precedit: hoc eſt in oībus medicis. nā prius eſt ſcire q̄ ꝑ ſciam opari: ſꝫ ſm itētionē: vtplurimū eſt eꝯ. ſ. ꝙ ſcōa eſt prima. nā plures ſunt intēdētes habere ſciam medicine ꝑꝑ operari ꝑncipaliter q̄ ꝓpter ſcire. ſm pmā igit̄ rōne ꝑus eſt ꝯſiderare de cauſis diſpōnum ſanabilis corporis q̄ de ſignis: qm̄ intellectiua cognitio que fit per doctrinam ⁊ diſciplinā a poribus ſm intellectū directius inchoat. Illa vo ſunt cauſe diſpōnum iter quas etiam conſiderationes priores ſunt cauſe ſanitatis q̄ egritudinis. nam etiam ſm intellectum prior eſt habitus q̄ ꝑuatio. medic quoqꝫ diſpoſitionis ꝯſiderationē ſemꝑ ꝑcedit cōſideratio extremoꝝ. In h igitur opere vbi ſermones dirigūtur ad medicuꝫ: prout eſt docens vel diſcens ſcientiaꝫ medicine vltima de ſignis cōſideratio traditur. In actionibus vo cum iam medicus vocatur ad corpus ſanabile: neceſſe eſt eum priorē habere cōſiderationem de ſignis: naꝫ priuſq̄ operetur opꝫ ſcire quo iuuamento vel qua ſpecie medicinalis operationis idigeat corpus preſens: ad quod diſcernendum conuenit ꝑcognoſcere que ſit ſpecies diſpoſitionis cui ſubyciatur illud corpꝰ. hoc aūt colligit̄ ex ꝑticularibus que circa ipm notari pñt. particularia vo cū ſolo ſenſu cōprehēdant̄. ideo ingeſtuꝫ ſe offerunt ſenſui ſigna ſunt coꝝ que capiunt ꝑ intellectuꝫ. ſ. cauſaꝝ. In egris aūt corpibus ad q̄ ſepius vocat̄ medicus. hoc clarius apparet. nam qd prius occurrit notitie medici vel eſt corporis diſpō: ſicut vulnus aut diſlocatio vel apoſtema ⁊c̄. vel accidētia diſpōnis de qbꝰ patiētes maxie cōquerunt̄ qbus apphēſis ꝯueniēter inueſtigat coꝝ cauſas.

Cōſideratio ſignoruꝫ apud medicū ē ſm duas rōnes.

Extremorū ꝯſideratio ꝑcedit ꝯſiderationē medie diſpoſitionis.

¶ Signoꝝ vo gña multiplr̄ diſtinguunt̄ a medico ſꝫ diuerſa que circa ſigna ꝯſiderat. interdū eni attēdit̄ circa ipā mā hoc eſt id qd eſt ſignum. ⁊ ſm hoc dicit̄ ꝙ ſignoꝝ q̄dā ſunt res nāles: quedā nō nāles: q̄dā ꝯ nām. Oēs enim res hn̄tes ordinē ad aliqd pñt eē ſignū illius: ſꝫ q̄dā: vt cauſe: quedā vo vt effectus: pluuie nāqꝫ ſignū eſt nō ſolū corruēs inundatio: ſꝫ etiā denſatio nubiū. ꝑdicte vo res ordinē habent vtroqꝫ mō ad diſpōnes ſanabilis corpis. ⁊ iccirco ſexus ⁊ habitudo ⁊ etas ⁊c̄. aliquo modo ſignificāt ſupra ſanitatem ⁊ egritudinem ⁊ neutralitatē. ſilr̄ ⁊ aer ⁊ nutrientia ⁊ conſuetudo ⁊c̄. hec eadē etiaꝫ ſignificāt cauſas añtes morboꝝ. Inter res vo ꝯ nām accidentia gñaliter ſignificāt ſupra morbos: ⁊ morbi etiā ſupra morbos velut cauſe ſupra effectus. Vñ ⁊ opilatio pororum cutis ꝑnoſticat fe. maxie in corpibus in qbus abundant caprinoſi vapores. i. acuti ⁊ ſimiles fumo capilloꝝ cū aduruntur. Silr̄ quoqꝫ fe. acuta ꝑnoſticat freneſim. ⁊ ita de alys.

Signoꝝ gña multiplr̄ diſtinguunt̄. Primuꝫ ꝯſideratū circa ſigª eſt ipa materia.

¶ Scōm autē ꝙ circa ſigna ꝯſiderat̄ eſt ipm ſignificatuꝫ: ⁊ quantū ad hoc dr̄ ꝙ ſignoꝝ q̄dam ſunt ſana: q̄dā egra: ⁊ quedā neutra: lꝫ. n. ſignificent interdū cauſam diſpōnis imediate ſicut rubor apoſtematis ſignificat ſupra ſanguinem ⁊ de ſe non ſignificat ſupra apoſtema: tamen quia cauſe ordinem hn̄t ad diſpoſitiones: ⁊ ab eis nominantur ſane vel egre vel neutre: ita et ſigna ſiue diſpoſitiōes ipſas ſignificent ſiue cauſas earū ſiue diſpōnum aut cārū effectꝰ: ſemꝑ tñ a diſpōnibꝰ noiant̄.

2m ꝯſideratū circa ſigª ē ipm ſignificatum.

¶ Tertio vo ꝯſiderat medicus circa ſigna differētias tēporis ad q̄s retorquet̄ coꝝ ſignificatū. ⁊ ideo dic̄ ꝙ ſignoꝝ quedā ſunt demonſtratiua. ſ. quoꝝ ſignificatum eſt pñs in tpe ſicut ꝑſentem egritudinē cordis ſyncopis oſtendit: ⁊ ꝑſentem auriū ſurditas: ⁊ ꝑſentem caliditatē cordis velocitas ⁊ frequentia pulſus. Quedā vo ꝓnoſtica. ſ. quoꝝ ſignificatū adhuc eſt futurum ſicut vl'is ꝯfractio mēbroꝝ abſqꝫ cauſa manifeſta: vel rigor aut horripilatio futuram fe. prenuntiat. Apoplexia vo maior futurā mortē: oſſis ꝑditio ꝯcauitatē futurā in cicatrice. Quedaꝫ vo dicunt̄ rememoratiua. ſ. quoꝝ ſignificatuꝫ ꝑteryt: ſicut cicatrix ſignificat ꝑceſſiſſe ꝯtinuitatis ſolutionem: ⁊ ꝯcauitas cicatricis oñdit membri ſubam fuiſſe deperditā. Iſtoꝝ aūt trium generuꝫ neceſſitas pꝫ ex iuuamento qd faciunt ad finē vel in opere medicine. Cuius eni ꝯſideratio nullo mō ꝓdeſt ad fineꝫ artis extra limites cadit omni mō. Cuꝫ igit̄ opa particularia medicine ſemꝑ habeāt imediatum aſpectū ad pñtē diſpōnem ad quā ꝯſeruādā vel pellēdā ordinant̄. Pꝫ eēntialeꝫ atqꝫ ꝑncipalem partē medicine eſſe ſciam demōſtratiuoꝝ ſignoꝝ: qm̄ ꝓdeſt ad cognitionē coꝝ a qbus opatiōis regula pendet imediate. q. qd nāqꝫ ſub ꝯſideratione medici cadit: prout reſpicit finē artis aut eſt opis regula cōferens ad plenaꝫ cognitionē eoꝝ a qbus hec ambo depēdent.

3m ꝯſideratū circa ſigª ſunt diffe tpis.

¶ Signa vo ꝓnoſtica ſunt neceſſaria ꝯſiderationi medici ꝑtim rōne ipſius. ꝑtim vo rōne artis. Et pmo qdē mō nō ꝑtinet ad integritatē artis coꝝ conſideratio: qm̄ nō ordinat̄ ad finē eius: ſꝫ ſolū ad extriſecū bonū operātis. ſ. ad ꝯſeruatiōeꝫ eius a ſuſpitione nocendi. ſi future nāqꝫ determinatiōis vl' periculi cauſas preuidens reuelauerit excuſabitur ab errore. Scōo vo mō ipſoꝝ ꝯſideratio eſt arti eſſentialis: quoniā ꝯferēs eſt ad debitā finis acq̄ſitionē. Uno qdeꝫ mō ex parte regēdi corporis. nā cū ſine illiꝰ obediētia ꝑuenire nō poſſit operatio medicinalis ad finē: excitāda eſt in eo cōfidētia de medico que ad obediētiā inclinat. In hūiꝰ autē vſum rōnis ꝯfidentiaꝫ gñat ꝓnoſticatio futuroꝝ: ⁊ vl'r occultoꝝ reuelatio: qm̄ fidem facit de ꝑitia operātis. alio vo modo ſigna ꝓnoſtica ꝯferūt ad finē ex parte regētis ꝑ tāto: q̄ futura imutatio ſanabilis corporis: quā ꝑnūtiat. regulat ipm ad opus duplr̄. Primo q̄tuꝫ ad pñs in parte. ſ. ad dictā: vt pꝫ ex ꝑcognitiōe ſtatus morbi vel eius duratiōis. Scōo vo regulat ipm ad ꝑparanduꝫ inſtra medicationis: aut conſeruationis tpe futuro. Nam per hoc indigētie corporis promptius ſubuenit̄. precognito nāqꝫ ꝙ criſis futura ſit per apoſtemata mēbri emūctorialis ꝯuenienter ꝑparat attractiua ⁊ diſſolutiua vel maturatiua: ⁊ ſilr̄ in alys. Uñ lꝫ neceſſitas ꝓnoſticorum non ſit principalis: ſicut ⁊ demonſtratiuoꝝ. magna tñ eſt ſicut illa ⁊ ea parte qua per ſe regulāt in opus de itegritate ſunt artis. ⁊ per ꝯñs neceſſaria. ꝑꝑ qd de ipſis ſpālis eſt ꝯſideratio vel tractatus in ſcia medicine: ſicut ⁊ demōſtratiuoꝝ.

Signoꝝ ꝓnoſticoꝝ ꝯſideratio eſt neceſſaria.

Rememoratiuoꝝ vo nequaq̄ qm̄ per ſe nullā faciunt in opus directioneꝫ. ſed mediātibꝰ demonſtratiuis aut ꝑnoſticis. Ad ꝑterita eniꝫ nulla opatio dirigitur nec per coꝝ recordationeꝫ pñs ad futura opatio regulatur. ſꝫ q̄ ipſoꝝ rememoratio ꝓdeſt ad finē: ſicut occultoꝝ reuelatio. ideo fit mētio de ipſis in medicina: generat. n. ꝯfidentiā. Si eni medicus viſis ꝯtētis ſpermaticis in vrina reuelauerit ei cuiꝰ eſt: ꝙ coiuerit aut pollutioneꝫ habuerit: manifeſtior erit eius ꝑitia. Iteꝫ autē q̄ de ꝑteritis in cognitionem ꝑſentiuꝫ plenius ducimur vtilis eſt rememoratiuoꝝ conſideratio vbi de ꝑteritis iudicio patientis vel aſſiſtentiū nō pōt haberi certitudo. qd rariſſime ꝯtingit. Iacente nāqꝫ apopletico plenius certificatur medicus de menſura debilitatis cerebri. Si rememoret̄ patientem fuiſſe grauiter vulneratum in capite. qd ꝑ ꝯcauā cicatriceꝫ innuit̄. ſed q̄ pñs diſpō ſufficienter cognoſcit̄ ſuis accidētibus: ⁊ oſtēdit etiā qd agēduꝫ ſit: q̄ valde modicuꝫ conferens eſt id qd addit rememoratiuum ſignuꝫ. ꝑpterea mo

Signoꝝ rememoratiuoꝝ ꝯſideratio eſt vtilis.

dice

Sig^a demõstratiua ꝑus ꝯside rãda sũt.

dice vtilitatis est eius ꝯsideratio. ¶ Alioꝝ aũt duoꝝ generũ demõstratiua prius ꝯsideranda sunt. nã ad pñtẽ dispõnem corporis prius ⁊ imediatius ordinant̃ opera medicine ꝙ̃ ad futura. ¶ Demõstratiuoꝝ autez prius ꝯsiderãda sunt ea que sanitatẽ demõstrãt cũ ad ipm principalr̃ ordinent̃: cõsiderationes medicinales duplr̃ attenduntur. Primo quidẽ quantum ad ea per que demonstrant. Scḋo ꝟo quantuz ad demõstratum: quoniã igit̃ demõstrare sanitatem nihil aliud est ꝙ̃ ꝓ̃sentez ostẽdere. necesse est vt sumatur ab illis que inherẽt corpori sano. Hec in gñe duo sunt. nã quedã inherent essentialr̃ corpori sano qualia sunt ea q̃ ponunt̃ in diffinitione ipsius: sicut cõplexio ⁊ compositio. Unde quotiescunq̧ sanitas presens membri vel corporis cognoscitur per considerationem istoꝝ. s. qualitatum complexionalium ẜm ꝙ ad temperamentuz concurrũt vel forme quãtitatis ⁊ nerui ac positionis ex quib⁹ corporis coeq̃litas prouenit modo aliquo semꝑ cognitio fit per substantialiter inherentia dicto corpori. nam diffinitio ipsius integratur ex istis cum dicitur. ꝙ corpus sanum est qḋ in complexione est temperatum: ⁊ in compositione est coequale.

Corp⁹ sanũ qd sit

Quedam ꝟo inherent corpori sano non sicut partes diffinitionis: sed sicut effectus consequentes ad ipsa diffiniẽtia. Horum autem quedam necessario consequũtur: sicut ad tẽperamentum complexionis necessario sequitur mediocritas. In duritie ⁊ mollicie musculorum ⁊ in multitudine et paucitate pilorum ⁊ in colore. Unde quotiescunq̧ a duritie ⁊ mollicie carnis signum presentis sanitatis accipit̃ vel a diuersitate pilorum non solum in multitudine. quã vocat medicus asperitatem vel paucitatem ꝙ̃ nominat lenitatẽ: sed etiam in figura ⁊ origine ⁊ colore ipsorũ aut cutis semꝑ a necessarijs ꝯsequentibus dicitur accipi. Similiter ad coequalitatem in his que componi debent: seq̃tur necessario cõformitas mẽbroꝝ adinuicem que a q̃busdã coeq̃litas dr̃. ⁊ iteꝝ seq̃tur pulchritudo que est decentia placẽs aspectui rõnis ex conueniẽti forma totius organi atq̧ corporis. Signum igit̃ acceptũ ex decenti forma ꝯpõnis: aut indecenti accipit̃ ab eo qḋ necĩo sequit̃ ꝯpõnez. Si ꝟo ꝯsideret̃ decentia vel pulchritudo: non solũ ea que a ꝯformitate surgit proportionate ꝯpõnis: sed etiaz illa que ꝓuenit simul tã ex hoc ꝙ̃ ⁊ ex colore ⁊ pilis. Tunc talis pulchritudo cõis erit ꝯplõni ⁊ cõpõni: ⁊ erit necessario ꝯñs ad ambo diffiniẽtia: nec miretur aliq̃s: q̃a coequalitas iterduz dr̃ esse diffiniẽs. Interdum ꝟo necessario ꝯñs. nã ꝓut iportat respectũ forme ⁊ quantitatis ⁊ numeri ac positiõis sic est diffiniẽs: ꝓut aũt iportat respectum adinuicez partiũ q̃bus ista cõueniunt est necessario ꝯñs. est enim in organico mẽbro prius ꝯsiderare ꝙ partes eius habeant illa quatuor conueniẽter in seipsis. Ex hoc autem vlterius prouenit ꝯformitas ipsaꝝ adinuicem. sunt etiam quedam alia que sequuntur ad ꝓ̃dicta diffinientia non necessario. sed ꝯtingenter. s. qualitates operationum. nã ad temperamentum cõplexionis in silib⁹: sequitur perfectio vel bonitas operationis ipsoꝝ: ⁊ similr̃ a coequalitate organicoꝝ in membris organicis. Hoc autez tertiũ genus inherentium corpori vocatur a medicis absolute accidens ad insinuãdum differẽtiam inter operatiões ⁊ effectus necessario ꝯñtes. nam isti semꝑ cõcomitant̃ corpus sanuz ⁊ nũq̧ separant̃ ab eo. sed oꝑatio adest ⁊ abest: q̃a de rõne corporis sani nõ est ꝙ operet̃: sꝫ ꝙ sit aptũ operari perfecte. Hinc est etiaz ꝙ operatio in gñe a quibusdã casus appellatur ad insinuãduz ꝙ oꝑatio sani corporis nõ est inseparabilis vel separabilis: sed põt fieri ac cessare ẜꝫ tẽpora incerta: sicut ea que casualiter fiũt. ¶ Ex ꝓ̃dictis ĝ iam patet ꝙ signa que demõstrãt sanitatem semꝑ a nãlib⁹ rebus accipiũtur: vtpote a membris per que cõpositio itelligitur ⁊ a cõplexione ⁊ ab operatiõe: per quã etiã virt⁹ dignoscitur. ita tñ ꝙ per operatiões itelligat̃ nõ actus operãdi. sed etiã operatũ: ⁊ sic in gñe naturaliũ reꝝ. 4. ẜm genus sunt signa sanitatis demõstratiua. s. cõplexio / ꝯpositio / operatiões / ⁊ operata. lꝫ aũt sani formalr̃ sit cõpositio vel ꝯplexio: nihilominus ista duo ꝯueniẽter possunt esse signa sanitatis. nam ẜm aliud ⁊ aliud sunt signũ ⁊ signatũ. sunt enĩ sanitas vel alia dispositio ẜm esse qḋ habẽt in ea parte corporis que subijcitur sensui iudicãtis. signa autez sunt respectu eaꝝ partiũ quas sensus nõ apꝓ̃hẽdit: nam temperies quaz sensus apꝓ̃hẽdit in suꝑficie musculoꝝ itrisecam ostẽdit eẽ temperiez. Si ꝟo signa demõstratiua ꝯsiderentur non ex parte illoꝝ per que demõstrãt. sed ex parte demonstrati. s. sanitatis. duo sunt coꝝ tñ gñia. nam vel demõstrãt sanitatẽ perfectã ẜꝫ iudiciũ recti sensus: a quo etiã corpus dr̃ perfecte sanũ vel optime ꝯpõnis: ⁊ a q̃busdaz ẽt noĩatur corpus in meliori formaꝝ: aut sanitatẽ lapsaz vel imꝑfectaz a qua silr̃ corpus dr̃ sanũ lapsum. ¶ Signa igit̃ corporis ꝑfecte sani sunt nãlia ꝑfecta que sensib⁹ apparẽt: ita ꝙ nõ põt esse corpus perfecte sanuz: nisi oĩa que nãliter insunt ei perfecta sint. ꝑfecta igit̃ cõpositio apparẽs in vnoquoq̧ organoruz que vocat̃ a q̃busdã coequalitas ⁊ tẽperamẽtũ in qualitatibus cõplõnalibus ẜm qḋ exigit essentialis ꝓportio membri cuiuslibet iquãtũ est ꝯsilẽ. Silr̃ decẽtia ⁊ pulchritudo forme que ꝯcomitatur cõpositionẽ ꝑfectã ⁊ formositas dr̃ a q̃busdam ⁊ mediocritas in mollicie ⁊ duritie ac multitudine ⁊ paucitate piloꝝ ⁊ in colore ipsoꝝ. ⁊ etiam cutis q̃ cõcomitatur tẽperamẽtuz cõplexiõis ⁊ perfectio oĩum oꝑationum que debet̃ mẽbris. inquãtuz organica que a q̃busdam vocat̃ vigorositas: vt rubor ⁊ perfectio. silr̃ coꝝ q̃ debentur eis: inquãtũ ꝯsimilia demõstrãt corpus esse ꝑfecte sanũ. Et ideo regula est apud medicũ ꝙ oẽ corpus hũanũ est tẽperatũ aut in meliori formaꝝ. cuius cõplõ ⁊ ꝯpositio ⁊ oꝑatiões ad oꝑata ꝑfecte se hñt. Perfecta ꝟo dicunt̃ q̃ñ etati ⁊ sexui ꝯueniũt meliori mõ quo spẽs hũana req̃rit ꝙ̃tũ ad iudi^m sensus. De oib⁹ enĩ his medic⁹ absolute dr̃ sensu diiudicare: q̃a quãtũcũq̧ iudicet de occultis ⁊ iperceptibilibus sensu ꝑ rõnẽ: sicut dispõne mẽbroꝝ iterioꝝ. tñ nunq̧ rõcinat̃ aut iudicat: nisi ꝑ ea que sensui offerunt̃. ⁊ ideo medicus in iudicãdo de dispõne sanabilis corporis dr̃ nõ trãscendere sensuz: q̃a nõ iudicat ipm sanũ aut lapsuz ꝑ ea que sola imaginatione vel itellectu de ipso ꝑcipiunt̃: sed ꝑ ea q̃ sensu ꝑcipiunt̃. ⁊ iuxta itellectuz dr̃ sapienter ꝙ speculatio medicinalis nõ ꝑtrãsit. i. nõ valde trãsit sensuz: q̃a lꝫ trãseat siue ꝓcedat vltra sensum ad aliqua sensui occulta. nõ tñ ꝑsistit in illis: nisi ꝓut depẽdẽt a sensu perceptis. ⁊ hoc est nõ trãscendere sensuz vel ꝑtransire. Duobus autẽ ꝓ̃cipue sensibus vtit̃ in isto iudicio. vꝫ. tactu ⁊ visu. tactu quidez de cõplexione iudicat corporis. nam complexio viuentis cuz sit qualitas actualis que propriuz est tactus obiectuz ab eo solum percipitur esse actuale ipsius. sed per eam qualitatem quã in superficie tactu percipit iudicat de qualitate iteriorum. Uisu quoq̧ maxime percipit cõpositionẽ exterioruz membroꝝ: per quã in notitiã ex parte ducitur itrinsecoꝝ. De oꝑationibus ꝟo ⁊ oꝑatis ꝑcipit veritatẽ: nõ solũ tãgendo atq̧ vidẽdo: sed etiã audiẽdo que iudicantur ⁊ interdũ odorando atq̧ gustando: ꝓut in accñtibus morboꝝ superius est ostensum. Ex q̃bus patet: q⁹ ꝯuenit esse medicũ sensuum perfectorum: ⁊ maxime in tactu ⁊ visu.

Sig^a corporis ꝑfecte sani.

Medic⁹ i iudicãdo nõ trãscẽdit sensũ.

Duob⁹ sẽsibus ꝓ̃cipue vtitur medic⁹ in iudicãdo tactu. s. et visu.

Sig^a sanitatẽ dmõstrãtia sp a reb⁹ nãlib⁹ accipiuntur.

¶ Signa ꝟo q̃ demõstrãt corpus sanũ lapsum ab optima ꝯpõne sunt ea q̃ deficiũt a ꝑfectiõe oĩuz vel alicui⁹ ꝓ̃dictorũ: de q̃b⁹ sciẽdũ est ꝙ ẜm ꝙ plus ⁊ minus deficiũt a ꝑfectiõe illoꝝ ẜm h̃ maiorẽ vel minorem lapsum significant. Cũ aũt corꝑa lapsa q̃ cadũt sub latitudie sanitatis tria sint: vt patuit supra. s. paꝝ lapsa neutra ⁊ egrotatiua. Jaz pꝫ ex his ꝙ signa q̃ demõstrãt istorũ corpoꝝ dispõnẽ: iquãtum

Sig^a corp̃is lapsi ab optima ꝯpõne.

Corꝑa lapsa sb latitudie sanitatis tria sunt.

ſana dicūtur partim ꝯueniunt:partim ꝟo differūt.ꝯueniūt enī in mā.nam eiſdē reb⁹.ſ.nālibus demonſtrat̄ cuiuſqꝫ illoꝝ corpoꝝ ſanitas lapſa.ſ.cōplōne ⁊ cōpoſitione.⁊ etiam opationibus ⁊ opatis.Differūt ꝟo tātūmō quātum ad itenſionē ⁊ remiſſionē vel maiorē ⁊ minorē diſtātiaꝫ eoꝝ a ſignis melioꝝ formaruꝫ.Cognitis g̊ ſignis vnius p̄dictorum trium lapſuū iā erūt nota ſigna reliquorū.nā eadē ſunt intēſa vel remiſſa:quia ꝟo ſigna corporis egrotatiui manifeſtiora ſunt ſignis corpoꝝ ceteroꝝ.ideo ſapientes ſpāliter de his tractant:nā per ipſa manifeſtant̄ ſigna corporis neutri ⁊ parū lapſi.corpus enī qđ talibus ſignis cognoſcit̄ eſſe egrotatiuū/eiſdē remiſſis cognoſcit̄ eē neutrū in p̄mo ſignificato.⁊ amplius notabil'r remiſſis cognoſcit̄ eē parum lapſuꝫ.Eadē quoqꝫ dato ꝙ nō remittant̄ demōſtrabūt neutralitatē in ſcđo ſignificato.ſi appareāt in vna parte corporis ⁊ nō in alia:vel in tertio ſi appareāt in vno tēpore ⁊ non in alio.¶ Quia ꝟo corpora que labunt̄ ab optima cōpoſitione poſſunt in vno mēbro vel in plurib⁹ labi:opꝫ medicuꝫ in ſpāli cognoſcere ſigna:q̄bus demōſtrari pōt lapſus vniuſcuiuſqꝫ mēbroꝝ:⁊ maxime illoꝝ quibus notabiliter diſponitur totum:vt corde ⁊ epate:vel alicui notabili parti corporis qualia ſunt cerebrū/pulmo/⁊ iteſtina:atqꝫ matrix ⁊ renes ⁊ muſculi ſubcutanei.Cerebri nāqꝫ cōplexio toti capiti manifeſte diſponit.pulmōis ꝟo pectori vel thoraci.teſticuloꝝ aūt ⁊ matricis ⁊ renū toti regioni que eſt īfra vmbilicū.muſculoꝝ quoqꝫ toti ſuꝑficiei corporis ſiue cuti:aut quoꝝ iuuamētū eſt vl'e q̄lis eſt ſtōchus.Lꝫ enim expediat medico:vt attēdat in p̄mis cuiuſqꝫ particularis mēbri complexionē ⁊ cōpōneꝫ ad cognoſcēdū legē ꝑfectionis aut lapſus in toto.attamē in p̄dictis opꝫ ipm̄ ſtudioſius vigilare.nā in ꝓportione vel reſpectu mutuo p̄ncipaliū:vt pulmōis ⁊ ſtōchi/⁊ iteſtinoꝝ/⁊ ſplenis/⁊ renū/⁊ veſice/atqꝫ mr̄icis/⁊ muſculorū totius diſpō ꝓpēdit̄ clarius.Et iō cū ſit alphabetū imediatū/hoc eſt p̄mū ꝯſiderabile mēbrorū cōplōnē ⁊ ꝯpōneꝫ attēdere maxime dꝫ in his attēdi.⁊ principal'r in principalibus ⁊ muſculis atqꝫ ſtōcho.¶ Iterū etiam cum mēſura lapſus nō cognoſcat:niſi ꝑ q̄ntitatē diſtātie mēbri vel corporis lapſi ab optima ꝯpōne nō poterit medic⁹ plene cognoſcere mēſurā lapſus quā ſigna demōſtrāt:niſi nouerit diſtātiā eorū a ſignis demōſtrātib⁹ optimā ꝯpōnem mēbri:cuius lapſus iueſtigat̄.⁊ ideo neceſſe eſt medico ad recte iudicādū:vt ſpāliter figuret prius in ſpeculo mētis ea ſigna quibus optima diſpoſitio cuiuſlibet intenti mēbri demōſtratur.Et hinc eſt ꝙ q̄a rectitudo operationis a perfecta cognitione ꝓcedit.naꝫ medicus tātū recte opat̄ quātū recte cognoſcit.ꝓpterea cū plena ſint eſt poſſibile ꝙ notitia lapſe diſpōnis non habeat̄ niſi per cōparationē eius ad optimā.dr̄ optima ꝯpoſitio canon directiuus medicinalis cognitionis.⁊ ꝑ ꝯn̄s opis ⁊ nō ſolū eſt regula dirigēs itellectuꝫ artificis ad mēſurādū lapſus in ſanabili corpore:ſꝫ ēt ad menſurandūꝫ virtutes in cauſis ſalubribus:vt patuit in caplō de notitia virtutis complexionatorum.

Mēbra corpis diſtiguūt a medico ꝑ 4or dr̄ias officioꝝ.

¶ Qm̄ igitur mēbra corporis diſtinguuntur a medico ꝑ.4.dr̄ias officioꝝ.ſ.aīata ſpūalia nutritiua ⁊ gn̄atiua: quoꝝ ſitus ordinē ſeruat in corpore ſm ſuperius ⁊ iferius.iō q̊daꝫ ordine ſigna demōſtratiua perfectiōis aut lapſus in eis cōſiderat.ita vt p̄us aīatorū:quia ſuprema ſunt in ſtatura humana ⁊ ſenſui medici cōmuniter prius patēt:deinde ſpiritualiū que ſubſequuntur imediate:tertio nutritiuorū:⁊ q̄rto gn̄atiuorum que in parte inferiori clibani collocantur.Poſt hoc ꝟo.5.muſculorū diſpō ꝯſiderat̄.ſed in capite ꝓprio viſu ⁊ tactu recolligit ſigna demōſtratiua ſiue ꝓnoſtica.in mēbris ꝟo ſubis interduꝫ iudicio alieno.ſ.qn̄ ſcrutinium illoꝝ mēbroꝝ erubeſcētia ꝓhibet fieri tāqꝫ fidelis ⁊ peruigil hoſtiaria ſeu calcula honeſtatis:quā illeſam oībus hoībus ꝯuenit obſeruare p̄cipue medico.naꝫ ſi poſtponat̄ ab eo mox a cognitione veritatis exorbitat mens ipſi⁹ ⁊ in erroris deuiū ꝯn̄ter p̄cipitat̄:quapꝓ in h⁹ caſibus medicorum prudētia diligēter q̄rit miniſtros idoneos:ſapienter informat:ſubtiliter interrogat:⁊ ſubtilius examinat iudicata.

¶ Incohoādo g̊ a cerebro iuxta regulā ſupra datam ſupponit iſtud eē tēperatū aut ꝑfecte diſpoſitū:cuius ꝯplō ⁊ ꝯpō ⁊ opationes ⁊ opata vigēt ſm optimū modū.Lapſuꝫ ꝟo qđ in oībus aut aliq̄b⁹ iſtoꝝ ab optima diſpōne declinat:ſꝫ q̄a cerebrū ſenſui nō pꝫ.neq̄t medicus de ꝯplōne vel cōpoſitiōe ipſius certificari tāgēdo ipꝫ atqꝫ vidēdo.ꝓpꝑea de his iudicat iudicio illi⁹:cuius corpus ꝯſiderat vel ex apparentib⁹ extra in capite qđ eſt ꝯtinēs ꝓximū ꝑ nāꝫ ⁊ ex operationib⁹ ⁊ opatis.Sil'r quoqꝫ procedit in ceteris mēbris:cuius ꝓceſſus exēplariter formā tradit in plurib⁹ p̄dictoꝝ modoꝝ Gal'.in techni.hic ꝟo ſufficit hoꝝ triū geneꝝ dr̄ias explicare in ſūma.Qđ autē ab eo cuius corpus eſt iudicat̄ non eſt niſi qualitas quaꝫ ꝓprio ſenſu ꝑcipit actualiter ſeu īnata fuerit ſeu ꝓueniens ab alteratione cauſarum extriſecaruꝫ.¶ Et ex hac ꝯſideratione medicus dicit ꝙ īnata cōplexio mēbri cognoſcitur per alteratiōes eius cauſatas ab his que extrinſecus accidunt.Que ꝟo exterius apparēt in regione cuiuſlibet mēbri velut in capite:vel ſunt qualitas ꝯplōnalis que tactu percipit̄ medici.vel cōpoſitio:vt quātitas ⁊ figura ipſius capitis:vel etiā pili.quoꝝ gn̄atio ꝓuenit in parte a mēbris interiorib⁹:prout coꝝ ꝯplō diſponit ad generationē vaporis qui mā eſt ipſoꝝ.Color etiā cutis eſt vnū de apparētib⁹ extra:⁊ aliquo mō ſupra cōplexiōeꝫ interioꝝ ſignificat:inquātū ab eis cauſari pōt mediantib⁹ humoribus ⁊ vaporib⁹:ſed īter ſigna ſignificātia ſupra cōplexionē cerebri non numerat̄.cerebrū enī cū nō ſit generatiuū humoꝝ iſenſibilē facit impſſionē circa colorē cutis in capite.Sūt etiā de apparētib⁹ extra omnes effluxiōes.

Cōplō i nata m bil quo cognoſc

¶ Opationes aūt interioꝝ mēbroꝝ quibus eoꝝ imperfectio vel lapſus perpēditur:aut ſunt p̄ncipales:aut ſecūdarie.principalis autē operatio vniuſcuiuſqꝫ mēbri organici dicit̄ illa que ꝓprie ꝓpria eſt ipſius.ſicut deſiderium cibi ⁊ potus ꝓpriiſſime ꝯuenit ori ſtōchi:chilū generare ꝓpriiſſimum ſtōcho.⁊ chimū gn̄are ꝓpriiſſimū eſt epati qđ generat ſanguinē ⁊ reliquos chimos.cholerā ꝟo ru.ſequeſtrare a ſanguine ꝓpriiſſimū ciſti fellis:nigram ꝟo ꝓpriiſſimum ſpleni.Sil'r mō ꝓpriiſſimū cerebro eſt exercere opera iterioris cognitiōis que cōiter deſignant̄ per opus itelligēdi:⁊ vl'r p̄ncipales opatiōes in quolibet mēbro dicunt̄ ille q̄rū ipm̄ eſt imediatū p̄ncipiū.Et hoc mō ſomnus ⁊ vigilia dicunt̄ ꝓprie opatiōes ipſi⁹ cerebri.¶ Oēs ꝟo alie ab his dicūtur ſecūdarie:quarum alique ſunt cōes omnib⁹:vt q̄tuor naturales quibus perficit̄ in vnoquoqꝫ nutritio.Aliq̄ ꝟo pluribus:vt ſenſus ⁊ volūtarius motus.Hic tamē eſt aduertēdū ꝙ operationes occultoꝝ mēbroꝝ medic⁹ maxime cōtemplatur.vel in excūtibus a corpore vel in apparētibus extra ipſum:ſicut motum cordis in motu exterioruꝫ arteriarum:⁊ digeſtionem epatis in colore.Ideꝫ ꝟo eſt de operatis:nam coꝝ aliqua ſunt qualitates corporis:vt color ⁊ habitudo.quedaꝫ ꝟo ſuꝑfluitas inſita:vt pili ⁊ vngues.Quedam ꝟo ſuperfluitas effluens:vt a corpore exeuntia.

Opō p̄n palis vniuſcuiuſq mēbri q ſit.

Opōnes ſecūdarie mēbri cu iuſcūqꝫ q ſint.

¶ Quando igitur medicus recolligit omnia genera ſignorum ꝓxima quibus cognoſcit̄ ꝑfectio vel lapſus corporis.dicit ꝙ ſunt ex parte ꝯpoſitionis forma ⁊ quātitas ⁊ numerus ⁊ poſitio.Ex quoꝝ cōſideratione datur regula gn̄alis ꝙ omne mēbrum organicū in his quatuor debitum modū ſeruans eſt perfecte ſanum.vt eſt organicum.ſi ꝟo in aliq̊ iſtorum quatuor a mediocritate recedit vt eſt in ſeipſo.ſic indecens vel aliis diſproportionetur lapſum eſt a ſanitate perfecta:⁊ per ꝯſequens corpus pars cuius exiſtit.

Signa ex pte cōpoſitionis.

¶ De ſignis

De signis mēbroꝝ cōplōnalium. Cap. XCIIII.

Primum genus signoꝝ cōplonis.

Ex parte vero complexionis dicit q sunt nouem genera signoꝝ. Primū scz q̄litates tangibiles de quo talis est regula: q oē mēbꝛuz aut corpus qd reperit in q̄litate aliqua nō excedere cū tangit in aere tpato ꝛ a sano tangēte, pculdubio est in cōplexione pfecte sanuz. Si vo tactu reperiat ad qualitatē aliquā dclinare in ptinente mediocri lapsum est a sanitate pfecta: per qualitatē ad quā declinat. ita q manifeste calidum lapsum in caliditate. manifeste vo frigidū in frigiditate ꝛc. Silr etiam de secūdis. Nam manifeste durum aut aspeꝝ ad siccitatē. molle vo ꝛ lene ad humiditatez: pꝛima eni per se causa duritiei ꝛ aspe ritatis est siccitas. molliciei vo ꝛ lenitatis hūiditas. alie vo qualitates pñt esse causa per accñs ꝛ remote. frigus. n. pgelans humiditates ꝛ ptrahens vel corrugans mēbra duritiē introducit ꝛ asperitatē. nedum in tēperatis: sed etiā in humidis: vt semper ptingit in frigoꝛib⁹ hyemis. Calor etiā dissol uens humiditates ꝛ sudare faciens nedum tpata: sed etiam corpora dura ꝛ aspera lenia sepe reddit i supficie. lenia vo aresaciēdo exasperat ꝛ idurat: vt pz in his que pter solitum exponunt soli estiuis feruoribus: ꝛ ideo ad certitudinem significationis dictū est: vt referant ad ptinens tēperatū: per qd dat itelligi circūscriptio cunctoꝝ imutantiū corpus: vt aqua. ꝛ epithimata ꝛ vnguēta. frequēs vsus eni balnei ꝛ maxime tpate aque vel epithimatū ꝛ vnguētoꝝ lenitatem in cute causant atq mollicie. ꝛ iō lenitas eius ꝛ mollicies non significāt supra humiditatem innatā: nisi circūscriptis exterioribus alterantib⁹. Hoc aūt maxime obseruādū est qñcū q per dispōnem cutis aut musculoꝝ arguit supra dispositionē totius. non solū aūt humiditas ꝛ siccitas totius ppendunt ex dispōne cutis ꝛ musculoꝝ: sed etiā vnguiū. naz vngues lenes ꝛ molles humiditati attestant: vt i pueris ꝛ mulieribus. Qui vo asperi sunt aut duri siue scabiosi aut corticales siccitatē significāt. ꝛ maxime cordis aut epatis: nisi talis dispō per accidens causet sicut a causis exterioribus: vt ptingit pparatoribus corioꝝ: ꝛ artificibus tractantibus calcem ꝛ stiptica: qbus accidit sicut eqs hñtib⁹ nāliter molles ꝛ maxime tenues vngulas. naz ex diuturno ꝛ forti motu calescunt ꝛ aresiūt: qm ab eis defacili humidum exhalat. ꝛ iō per frusta ꝛ cortices diuidunt celeriter: cuius oppositū est in solidis vngulis ac nāliter duris. sic ꝛ homines molliores habentes vngues. si tractauerint supradicta citius in eis fissuras ꝛ scabiositates incurrunt.

Vngues et significāt sup cōplonem.

2m gen⁹ signoꝝ q̄litas visibilis.

Secundum genus signoꝝ cōplonis est visibilis q̄litas. s. color cutis. dum tñ a causis exterioribus non pcedat. vt ab excellētia qualitatū aeris vel rebus tingentib⁹. De tali ergo colore sciendū est q ideo significat supra complōnez corporis: qm humoribus i corpore dñantibus attestat: de quo datur regula q simplices colores supra simplicitatem hu. signant. misti vo supra mistionē ipsoꝝ. ꝛ ideo si fuerit ex ru. ꝛ albo cōmistus vt rose⁹ temperamentū significat tam in humoribus q in pplexione: qm temperamento sanguinis attestat: ꝛ in q̄titate ꝛ q̄litate. Rubeus vo purus sanguinem purum abundare significat. ꝛ per pñs ca. ꝛ hu. esse cōplexionem. Si vo fuerit rubicūdus aliqs eundē choleram rubeam pticipare significat. ꝛ ideo calidiorē ꝛ minus humidam complexionē. Fusca vo rubedo ꝛ nālis ōndit sanguinē aliqd de cho. nigra manifeste participare. pinde minus calidam ꝛ min⁹ humidam cōplexionē. Albedo vo pura dñium ostēdit flegmatis nālis. ꝛ ideo frigidam ꝛ humidā complexionē. si vo participet aliqd ruffedinis: vt ebur flegmatis. ꝛ cho. mistionem ostendit. Si vo ad fuscedinē vergat: vt stānum flegmatis ꝛ melancholie. Nigredo āt pura ostendit dominari melancholiam. ꝛ ideo frigiditatem ꝛ siccitatez ꝛ fm q alijs miscet: variatur eius significatio.

3m habitudo

Tertium genus signoꝝ pplexiōis est habitudo que cōiter tactu pcipit atq visu: cuius significationes patēt ex caplō de habitudine supra. tñ est hic vlterius aduertēdū. s. q carnositas que semp attestat calide cōplexioni ꝛ hu. atq pinguositas que frigide semp ꝛ hu. qñq ab innata: qñq a superueniēti cōplone pueniunt qd ab alijs distinguit signis. nā accidētalis carnositas que bonitate regiminis pcurat in corporib⁹ nāliter frigidis cum strictura venaꝝ existit ꝛ paruitate. In calidis aūt ꝛ siccis cū duricie manifesta venaꝝ ꝛ arteriaꝝ atq chordaꝝ. similes quoq circumstantie pcomitant accidentalē pinguedinē ꝛ amplius etiā. nam in ea que puenit ab innata cōplexione nec fame torquent nec syncopi dissoluunt: q2 venaruz capacitas dissolutioni pportionatur. Si vo fuerit accidentalis ꝛ imoderata pinguedo coangustatis venis plus a substantia mēbrorum resoluit q restituere possint vene. ppterea taliter dispositi crebro famescunt: ꝛ etiam syncopizāt nisi subtilibus alimentis refocillentur ꝛ maxime vino. Frequentius tamē pinguositas accidentalis q carnositas euenit. nam facilius est innatam hebetare caliditatem q eam si remissa fuerit intendere vel augere fm quod exigit perfecti sanguinis generatio: a quo multiplicatur caro rubea que substantiā musculorum in parte constituit.

Facili⁹ est innatā hebetare calidē tatē q ipsā augere.

4m gen⁹ a pilis sumitur.

Quartum genus signoꝝ pplexionis a pilis accipit in qb⁹ tria psiderant. s. tps originis ꝛ permanētie: nūerus ꝛ q̄litas. Tps qdē originis. nam festin⁹ ortus ipsoꝝ significat dñari caliditatē in ptib⁹ in qbus nascunt. ꝛ cum hoc etiā aliqualr siccitatē: q2 pilus nō generat nisi ex sicco vapore. Qobrē non habent pueri pilos alibi q in capite. nā cetere ptes in quibus oriri solent carnose sunt. nālis autem cranei siccitas vapores aptos generationi pilorum sufficit generare de pprio alimēto. Inter cutem vo ꝛ craneū paucissimi sunt ꝛ tenues musculi. Ex his ergo pz q tempestiua piloꝝ natiuitas vel significat calorem dñantez cum moderata siccitate: vel econuerso. Tardus aūt ortus piloꝝ frigiditatē significat dominari vel hūiditatē. Tēpus vo permanentie solū in capillis psideratur quoꝝ diuturnitas abundare significat humiditatem nālem in capite vel in cerebro. ppterea mulieres vel nunq vel tarde caluescunt. Festina vo caluicies prorsum capitis fatet innate humiditatis pati defectum vel naturaliter vel accidentaliter. vt in coituis. ppter qd asserit Hipp. nō caluescere pueros: q2 nō coeunt. In numero piloꝝ attendit multitudo ꝛ paucitas. multitudo vo testatur dñiuz caliditatis ꝛ humiditatis temperamentuz. paucitas vo frigiditatis excessum aut cum calore temperato superabundantē humiditatem. Qualitas piloꝝ est duplex color atq figura. Inter aūt colores nigredo si naturalis fuerit dñium ostendit caliditatis. albedo vo frigiditatis. Canicies etenī capilloꝝ siue dicatur a flegmate generari siue a frigiditate in idem redit. nam ꝛ flegma frigidum est. ꝛ in senibus propter caloris defectū flegmatice superfluitates multiplicātur. que circa radices piloꝝ coarctate vapores informant. Unde sicut messes albescunt per priuationem humidi tingentis in viride vel in nigrū: sic ꝛ capilli per acquisitionem humiditatis in album tingentis: quod etiam segetibus accidit: quando diu tius exuberantib⁹ aquis: velut in stagno remolliuntur. ꝛ tūc quidem sicut in capillis albedo inchoat a radice: que vo causatur ex priuatione humiditatis a sūmitate capit initium. Mediorum autem colorum qui flauus aut aureus est temperamentuz ostendit complexionis. Intermedij vo significant illam complexionem: ad cuius extremum maxime declinat: sicut ruffus calidam. ꝛ subalbidus frigidam.

¶ Ad figuram vero ptinet crispitudo et rectitudo. quarum prima significat caliditatē et siccitatē et iterdū pororum obliquitatē. sola tñ obliqtas nō causat eos duros et aspos: sed tantummodo curuos velut i agnis et ouib⁹. rectitudo vero testat oppositū.

5m gen⁹ a cōpone mēbrorum sumitur.

Quintum genus signorum accipit p compositionem mēbrorum. Precipue tñ ex qtitate et occultatione ac eius opposito. Magnitudo quidem in ramis caliditatē in radice fatet. paruitas vero contrarium: et ideo magnitudo venarum caliditatem significat epatis: arteriarum vero cordis: et neruorum cerebri. sed in ramis non pximis vel imediatis icerta est significatio: quia magnitudo thoracis nō significat necessario supra caliditatem cordis. nō. n. ab eo causat imediate. sed a spina dorsi a qua magne oriunt coste si magna fuerit: et parue si parua. Spine vero qtitas sequit qtitatē nuche: nucha vero sequit cerebri qtitatē. et iō cū paruitas capitis verā testet cerebri qtitatē. Inquiūt sapiētes q thoracis magnitudo cū paruitate capitis cōstanter fatet cordis caliditatē. Simile quoq iudiciū est de magnitudie digitorum et manuū atq brachiorum ceterarūq extremitatū. nō eni necessario attestant caliditati cordis aut aliorum pncipalium. corde nāq tēperato exñte pose est illa magnificari pp multitudinē mãei: sed si cōgrue formata fuerit, pculdubio magnitudo ipsorum significabit abūdantē in corde caliditatē et copiā sanguis manasse ab epate. ¶ Manifestatio vero et occultatio testimonia sunt pcipue siccitatis et hūiditatis. sicca nāq sunt corpa in qbus articuli digitorum et vniuerse iūcture non solū tactui: sed visui se manifestāt. Idē quoq de venis et arterijs neruis et chordis et ossib⁹. In qb⁹ eni hec nuda sunt: et exterius pminent sola cute velata: vt in qb⁹ eminent spine dorsi vel colli. aut epiglotus aut nasi carina: aut auriū chartilago siccitatē in corpe testant. pcipue si rugosa fuerit cutis et aspera. Horum aūt opposita significāt humiditatem.

6m a passibilitate mēbrorum sumitur.

cōparantur ad vnū aerē dicemus aliqua.si xo vnum corpus quantū ad vnā dispōnem ad diuersum aerē cōparetū dicemus aliqñ: corpora ergo aliqua vel aliqñ sentiūt ipz.s. aerez.i.sentiūt qualitates eius.⁊ nō ipediuntur.i.nō leduntur ab eo:⁊ per hanc partē oppositionis dat̄ itelligere contrariā.s.ꝙ aliqua vel aliquādo ēt sentiūt:⁊ ipediuntur. Ex quo pꝫ ꝙ cum aer in aliqbus corporib⁹ qñqꝫ tm̄ suis qualitatib⁹ iprimat:qđ nō solū moueat sensuz:sed ēt ledat ledere.in aliquib⁹ xo qñqꝫ nō pōt nisi tm̄modo sensum mouere:qui respect⁹ vel operatio eius ad corpus quantū ad excessuz suarū qualitatuz nō est vnus sed multiplex ⁊ diuersus ꝑm multitudinē ⁊ diuersitatē corporū cōparatorū ad ipm. hoc enim clarū est nō soluz sapientib⁹:sed ēt vulgo ꝙ aer hyemis aut estatis aut alteri⁹ tēporis nō vniformiter mouet corpus pueri ⁊ iuuenis siue senis:aut corpus cholerici siue flegmatici:aut corpus extenuati ⁊ crassi:imo aliquod istorū qualitatē aeris nō sentiet:aliqđ aūt vix:aliud autez manifeste ledit̄ ab ipso. ¶ Circa p̄dicta in lectiōe duo dubia oriunt̄. Primū est de eo qđ dicebat̄ ꝙ in mēbris ethicorū naturalis ⁊ ꝓpria cōplo est oino victa:⁊ resoluta.nullū enim viuēs in esse saluat̄:nec pōt exercere act⁹ vite nisi per ꝓpriaz cōplexionē:qua corrupta ⁊ resoluta viuere cessat oino:⁊ quo ad actū ⁊ quo ad habitū. Uidemus autē in corporib⁹ ethicoꝝ mēbra exercere act⁹ vite:sicut actuz cognitionis iterioris:vident eniz:⁊ audiūt:⁊ etiam sentiūt frigus aeris:⁊ calorē:⁊ sentiūt:si pungant̄:⁊ remotū exercent ⁊ actus nutritionis:aut al'r frustra ordinaret̄ eis regimen curationis:tam quo ad nutriētia q̄ꝫ quo ad alia. Exercēt ēt anhelituz atqꝫ pulsum:⁊ hec oīa manifeste patēt in prima ⁊ secūda specie ethice:que tm̄ ipossibile est ꝙ mēbra exerceant nisi per ꝓpriam cōplexionē. ¶ Iterū si veruz esset illud nunq̄ꝫ aliquis ethicorū in quacūqꝫ specie esset:posset sanari.nā in restituēda sanitate:vt dicit Gal. natura est p̄ncipale agēs.illa autē natura ꝓprie est naturalis cōplo:deficiente aūt p̄ncipali agēte nil possunt actiones ministri:q̄m administrata per ipsuz non habēt motorē.s.naturā operatricē que vtitur eis:ꝯsequens est ꝙ natura per se sine adiutorio medici qñq̄ꝫ pōt restituere sanitatē. Medicus autez sine natura non pōt:qđ si posset vtiqꝫ mortuus suscitaret̄. Omnes aūt sapientes in hoc ꝯueniūt ꝙ prima spēs ethice sit facilis sanationis.2ª xo difficilis:tm̄ possibilis.3ª xo ipossibilis absolute. ¶ Dic aūt dōm est ꝙ de dispositione corporis:seu mēbrorū in ethica potest aliqđ dupl'r iudicare.vꝫ.aut ꝑm exquisitaz ⁊ absolutā veritatē:aut ꝑm sufficientē proposito. Si p̄mo modo:tunc ꝓculdubio in nullo corpe naturalis ⁊ ꝓpria cōplexio est omnino resoluta duz viuit:⁊ mēbra possint vite actus aliqual'r exercere:vñ in corporib⁹ ethicoruz vsqꝫ ad finē tertie speciei ethice a mēbris omnino resoluta nō est cōplexio naturalis:⁊ hoc mō ꝓcedunt rōnes supradicte obiectionis. Si xo 2º mō cōsideretur:tunc poterit dici ꝑm aliquē itellectū hoc est respectu alicui⁹ cōsiderabilis omnino resoluta:⁊ hoc modo ꝓcedit iudiciuz medicorū in hac materia siue in p̄senti tractatu siue in alyȝ locis. Naturalis eniz cōplexio in corporib⁹ ethicoꝝ cōparata ad qualitatē innaturalē que introducit̄: scꝫ ad calorem febrilem habet se respectu illius vt resolubilis. Calor aūt febrilis respectu illius hꝫ se vt resoluens: quādo igit̄ resoluens nō cessat vincere:intantū ꝙ a membris iaz non sentitur:tunc per cōparationē ad resoluentez recte pōt dici vel iudicari resoluta cōplexio:per cui⁹ resistentiam a natura sentiebat̄ resoluēs:⁊ ita est in corporib⁹ ethicorū:in quibus nō per cōparationē ad alia iprimētia: sed per cōparationē soluz ad calorem febrilē dicitur victa ⁊ resoluta naturalis cōplexio:cū calor resoluens ipsaz iam a mēbris non sentiat̄:hoc eniz nō est inconueniēs ꝙ complexio naturalis tm̄ superetur respectu alicui⁹ iprimentis: ꝙ non sufficiat mēbris ad sentienduz illud iprimens:⁊ tm̄ sufficiet ei ad hoc vt sentiat alia:⁊ exerceat aliqual'r alias actiones vite:etenim naturalis cōplexio latitudinē habet in vnoquoqꝫ corpe:inquantū est naturalis:lꝫ nō inquātuz est potissima illi corpi.de his aūtē que habēt latitudinem infra duos terminos contentā nō est inconueniēs ꝙ amisso vno gradu latitudinis remaneāt alyȝ.sic igitur est in corporibus ethicorū:quoniā respectu caloris febrilis naturalis cōplexio amisit illum gradum quo mēbra disponebātur ad sentiendū illuz calorem:quez etiam gradū abstulit ei febrilis calor pro eo:quia iam affixus est mēbris.⁊ ideo in consuetudinē ⁊ habitū ductus.ꝓpterea non sentitur:qꝛ factus.q.consimilis. Hec autē cōsideratio quam diximus necessaria est medico in materia cognoscēdi perfecte quātitatez ipressionis qualitatis innaturalis in corpore.⁊ in ꝓposito sufficit ei.s.in materia ꝯsiderandi quantitatē ipressionis qualitatis.s.caloris febrilis in corpore febricitāti.cognito enim per signū supradictū ꝙ cōplexio naturalis victa est in mēbris modo dicto a calore febrili quantū ad p̄dictam operationē.s.sensum illius caloris ⁊ alteratiōis:iā medicus cognoscit sufficienter ꝙ calor fortius est ipressus corpori q̄ꝫ in ephemera vel putrida:quia non tm̄ in spiritibus ⁊ humoribus:sed etiā affixus est mēbris.que inquātū cōsideratio seu cognitio est ei p̄ncipium regulādi opus curationis aliter q̄ꝫ in febribus supradictis:⁊ in cognoscēdo:⁊ mensurādo v̄tutez cause salubris:⁊ in eligēda medicina. ⁊ in modo etiaz applicādi. Ex supradicta nāqꝫ considerati one perpēdit artifex:quoniā fortior infrigidatio ethicis conuenit q̄ꝫ in alyȝ:quoniā calor in his fortius est ipressus ⁊ mēbris affixus:⁊ quia supponit aliquo modo vt dixim⁹ naturalē cōplexionē victam esse in mēbris:⁊ mēbra p̄inde circa debitaz nō ꝓcurat istam fortiorē infrigidationez eo modo fieri q̄ in alyȝ:qa nō per fortiora infrigidātia subito:⁊ in magna quātitate recepta iterius:sicut per multū potum aque frigide vno haustu:queādmodū aliquādo fit in synoca:⁊ in cholericis febrib⁹:sed per alia infrigidātia interi⁹ recepta:tamē tēpore longiori:⁊ per applicata exterius:sicut ꝑ infusionē aque frigide:tamen aliter q̄ꝫ in alyȝ: quia nō sine p̄missione balnei calidi ꝓpter debilitatē mēbrorum supradictaz perpendit etiaz ex p̄dicta considera tione istis iterū non conuenire digestiua:⁊ euacuatiua humoris:aut sudoris ꝓuocatiua sicut in alyȝ. Et iterū perpēdit ꝙ istis alia nutriētia conueniunt:⁊ aliter administrata q̄ꝫ in alyȝ:que oīa plene patēt ex.8.9.10.⁊.11.de ingenio sanitatis. Dic autē de hoc nos facimus mentionē vt pateat qualiter p̄dicta consideratio est medico necessaria:etiam ꝓposito.⁊ qualiter ei est sufficiēs:postq̄ꝫ per ipsaz regulat̄ sufficiēter ad inueniendū formā recte operādi in corporibus ethicorū ꝑm ꝙ sunt ethici absolute:imo nō nocet ei si aliud non consideret:imo si aliud cōsideraret q̄ꝫ qđ in ꝓposito sufficit ab intento ⁊ p̄ncipali fine medicine recederet:quemadmodū in libello nostro de intentione medicorum nos plene recolimus ostēdisse. ¶ 2m autem dubium quod circa p̄dicta pōt causari:⁊ est de eo qđ dixit Gal.s.qđ in mēbris existētibus in naturali dispōne parua est cōparatio seu differentia inter ea in caliditate ⁊ frigiditate:huic enim videt̄ esse contrariū recte qđ docet in fine primi de cōplexionibus.s.ꝙ membroruz.quedā sunt manifeste frigida respectu aliorū.quedam manifeste calida. sicut cerebruz respectu cordis:⁊ ecōuerso:⁊ caro respectu ossis:⁊ sic de alyȝ. Planū est autez ꝙ non paruz distant in caliditate ⁊ frigiditate que manifeste iudicant̄ esse in cōtraryȝ qualitatibus. Qꝛ autem in contraryȝ qualitatib⁹ manifeste iudicentur esse ꝓbari potest per effectus:de quibus ibidem loquetur:

Du[m] p[m] Utrum nālis cōplo in corpibus ethicoꝝ sit oino victa

Solutio.

Cōple...lis ly... tudin...

loquetur: ⁊ etiaꝫ secundo eiusdeꝫ libri. s. per dissolutionem ⁊ coagulationeꝫ. hi sunt contrarij effectus: qui semꝑ a contrarijs causis ꝓcedere habēt. ipse aūt dicit in ꝑdictis locis: ꝙ vnctuositas sanguinis a qbusdā mēbris coagulatur in pinguedinē. ab alijs autē dissoluit̃ in vaporē ⁊ fumū. ergo opꝫ ꝙ illa mēbra sint sm veritatē contrariarū qualitatuꝫ in friditate: ⁊ caliditate: ita. s. vt ipse docet ibideꝫ: vt ꝙ coagulantia sint manifesta ⁊ sm vicinitatē infrigidātia. dissoluentia ꝟo calida. sm hoc ergo nō poterūt h9 mēbra adinuicē cōparata parū iudicari magis calida vel paꝝ minus: sed absolute calida vel frigida. ergo erit magna distātia inter ea.

Solutio.

¶ Ad hoc aūt dicendū ꝙ mēbra sm aliquā cōsiderationē adinuicē cōparata in cōplexione multū distabūt in caliditate: ⁊ frigiditate. sm aliaꝫ ꝟo paruꝫ: ⁊ ideo ad euidētiā hui9 ē sciēdū ꝙ aliqñ medicus cōparat mēbra aial' q̄ ad cōplexionē inquantū sunt corpora mista: ⁊ tunc nō cōparat ea nisi quantū ad potentialē cōplexioneꝫ: ⁊ hoc mō ꝓcedit sua ꝯsideratio in sciētia dietarū vel nutrientiū vel in sciētia simpliciū medicinarū: ⁊ sm istā considerationeꝫ mēbra aialis inueniunt̃ aliqua multū distare in caliditate ⁊ frigiditate. Taleꝫ aūt ꝯsideratione non habuit hic Hal. qm̄ de mēbris loqtur ꝓut sunt partes corporis actu viuentis: vt patuit sentētiādo. Aliqñ ꝟo cōparat mēbra animalia adinuicem in complexione sm ꝙ sunt corpora viuentia: ⁊ tunc considerat actualē ipsorū cōplexionē: ⁊ isto mō procedit: sed tñ sm hanc consideratione possunt cōparari dupl'r: q2. vꝫ. aut quantū ad cōplexiones ꝓprias: quas hñt ista mēbra rōne ꝓprie nature: ⁊ hoc modo etiā aliqua mēbra dicunt̃ multuꝫ in caliditate ⁊ frigiditate distare: ⁊ isto modo considerantur in ꝑdicta pte de cōplexionibus: quo etiaꝫ modo ꝓcedebat obiectio. Aliter aūt possunt cōparari rōne cōplexionis quā habēt simul: ⁊ quasi ꝓpria ⁊ cōmuni. Est aūt cōis natura vel cōplexio illa quā a corde ⁊ epate recipiūt mediante sanguine ⁊ spiritu: ⁊ hanc consideratione nobis insinuat Hal. circa finē pmi de cōplexionibus vbi dicit: ꝙ corpora venarū pulsatiliū ⁊ non pulsatiliū ex natura sunt frigida: ⁊ post dicit ex vicinitate sanguinis calefiunt donec ad mediaꝫ complexionē veniant. sm hanc igitur considerationē si mēbra sani corporis que sꝫ veritatē vicinitate sanguinis: ⁊ spiritus calefiūt naturali ⁊ cōmuni calore cōparentur adinuicē in caliditate ⁊ frigiditate: tunc ꝓculdubio parua reperiet̃ inter ea distantia in his qualitatib9: ⁊ hoc modo Hal. hic cōparat animalis mēbra adinuicē: cuꝫ loquat̃ de ipsis sm ꝙ se habēt in corpore viuētis: ⁊ disposita naturali dispositione: in quo qdem corpore innata cōplexio mēbrorum cuꝫ influenti concurrens quandā mediam dispōnem causat in mēbris que est ipsis conueniēs ⁊ amica sm exigentiā corporis. Et ideo ēt vni9 cōpl'o non ledit alterā: nec etiaꝫ infert ei aliquā passionem. sed si aliqñ distēperatur cōplexio alicui9 mēbri: ⁊ nō ꝓportionatur vicino sm illā conuenientiā ⁊ similitudineꝫ quā exigit corpus sanū: tunc illud membrū cui9 cōplexio distēperatur infert passionē vicino ⁊ ipm ledit ⁊ h9 distēperantiā: q2 dissimilis ⁊ disconueniēs est ei ⁊ non assueta sentit ipm mēbrum vicinū: ⁊ per hanc consideratioeꝫ peruenit medicus ad notitiam qualitatis distēperantis in interioribus membris in interrogādo de qualitate passionis que sentitur in ipsis.

ERgo forsitan anima sm hāc ratiocinationē acquiescit illi sermoni q dictus est: quemadmodū Hippo. dixit in quibusdā libris suis. ꝙ oēs egritudines nō sunt nisi vlcera. Et illud ideo: quoniam vlcus non est nisi solutio cōtinuitatis: ⁊ caliditas superflua: ⁊ frigus superfluum fortasse continuitatē soluunt. Caliditas quideꝫ fortis ꝓpterea ꝙ soluit ⁊ secat cōtinuitatem substantie in qua vincit. Et frigiditas quidem superflua ꝓpterea ꝙ adunat ⁊ cōstringit substantiam in qua vincit ad interiora donec exuberet ex ea aliqd: ⁊ egrediatur: ⁊ coarctat quod remanet ex ea: ⁊ disrūpit. ¶ Et si aliquis ponat hunc terminum in superfluitate caliditatis: ⁊ frigiditatis dignum est vt sit non longe quod estimet̃ de eo quod iaꝫ adinuenit. Uerūtamen si hic non est terminus in superfluitate sed terminus in illo est alius: tunc sm manifestam dispositioneꝫ est ꝙ omnis superfluitas non intelligit̃ nisi sm semitā relationis ad aliquid. Et illud ideo quoniā id quod aduenit omni corpori ex reb9 que sunt vnius dispositionis ⁊ caliditatis ⁊ frigiditatis non est res vna. Quapropter fit vt humores q sunt in qbusdam animalib9 adinuiceꝫ sint cōuenientes: ⁊ quorundā humores nō adinuiceꝫ cōueniāt: sed preter hoc corrūpant se ⁊ interficiāt: vt homo ⁊ vipera. cuiusqꝫ enim eorꝫ saliua alterū perimit. Et ex hoc quidem fit vt cuꝫ homo super scorpioneꝫ expuit cum est ieiunus interficiet ipsum. Homo auteꝫ homini sibi similē nō interficit cuꝫ eum mordeat: neqꝫ vipera viperam sibi similē: neqꝫ draco draconeꝫ. Et illud ideo quoniā simile est conueniens ⁊ amicum: ⁊ contrariū ipsum est inimicū ⁊ ipediens. Et ex eis quidem que hec significāt est ꝙ oīa que augumentant̃ ⁊ nutriunt̃: non augumētantur ⁊ nutriunt̃ nisi a suo simili ⁊ conueniēti. Et oē quod morit̃ ⁊ minuitur: non morit̃ nec minuit̃ nisi a suo cōtrario: ⁊ ꝓpter hoc ꝯseruatio sanitatis non fit nisi reb9 conuenientib9: ⁊ similib9 corporib9 sanis. Sanitas ꝟo ⁊ curatio ab egritudinibus non fit nisi rebus sibi cōtrarijs: verūtamen loqui de hoc est preter id in quo sumus: ¶ Illam aūt febrem fixaꝫ que substātie animalis fixe inheret: non sentit qui ea laborat. nulla ꝟo reliquarū febrium existit quā eaꝫ patiens non sentiat: verūtamen quasdā earū sentit: ⁊ ab eis ipeditur plus: ⁊ quasdā minus: earum ꝓpterea sunt quedaꝫ cū qbus est tremor: ⁊ hoc quideꝫ accidens. s. tremor sicut ⁊ plura alia accidentia non fit nisi a malitia cōplexiōis diuerse. Et neqꝫ qdem possibile est vt narrem qual'r hoc accidens generetur in hoc sermone in quo sumus nisi ostēdam de virtutibus natu

ralibus quot sint: ꝛ que sint: ꝛ quid sit illud qđ vniuscuiusq3 earum proprie est efficere. Ego autem narrabo esse oium accidentium in libro de morbis: ꝛ accidentibus.

Terminata parte in qua satisfecit obie ctioni pdicte cōtra pdicta. Hic seqtur ps in qua obycit iterato ꝯ dicta in añcedenti rñsione. Circa qđ pmo mouet obie/ ctionē. 2º vo subiungit rñsionem ibi [Et si ali/ quis ponat.] Intendit ergo in pte pma ꝙ ex his que dicta sunt in rñsione imediate pcedenti posset arguere aliqs ꝙ ois passio: ꝛ ois dolor causat a sol'one ꝯtinuitatis: qđ qdam opinati sunt: sicut Hippo. narrat in libro de humana natu ra. posset eniz aliqs ex pdictis arguere vel rōcinari p hūc modū: calor ꝛ frigus nō causant dolorē siue passionem in mēbro aut sensuz alterationis nisi supfluant: vt dictuz est: sed supfluus calor aut superfluū frigus causant solutionez cōtinuitatis per modū quē tāgit. ergo pas. mēbri vel dolor nō causabunt a calore vel frigore nisi mediāte sol'one con tinuitatis. Fit aūt hac rōne syllogismus vl'r cōcludens vt ita dicatur: ois calor supfluus: ꝛ sil'r oē frigus causant dolo rē. i. multū excedens: ꝛ sil'r oē frigus causat sol'onez ꝯtinui/ tatis: sed ois calor supfluus ꝛ sil'r oē frigus causant dolorē seu passionē in mēbro. ergo ois dolor seu passio mēbri cau satur a sol'one ꝯtinuitatis. huius autē rōnis minorē pmisit ante. Hic adiungit maiorē ꝛ ꝯnem. ꝛ pmo ꝯnem. 2º vo ma iorem ibi [Et caliditas supflua.] Dicit ergo in pte pma. er/ go forsitan. i. ex dictis poterit esse ꝙ si rōnez. i. argumēta/ tionē: aia. i. intell's alicui⁹ acqescit hoc est ꝯsentiet sermoni illi q dict⁹ est. i. quē aliqui ꝟm suā opionem affirmauerint: quemadmodū dixit Hippo. s. inquā in qbusdaz libris suis: sicut in libro de humana nā: ꝛ alibi: qđ qdam opinati sunt ꝙ oēs egritudines. i. dispōnes dolorē vel passionē aliquaz inferētes nō sunt nisi vlcera: ꝛ exponit statiz qđ dixit. s. vl/ cera: intēdens ꝙ p vlcera dederūt itelligere sol'onem cōti/ nuitatis. ꝛ hui⁹ cām reddit dicēs: ꝛ illud. ideo. i. ppterea i/ tellexerūt per vlcera sol'onē ꝯtinuitatis: qm̄ vlcus non est nisi sol'o ꝯtinuitatis: vñ supple per spēm dederūt itelligere genus: sermo g̊ q dictus est ab aliqbus nō est ali⁹ nisi iste scilicet ꝙ oēs dolores: ꝛ passiones mēbroꝝ causant a solu tione ꝯtinuitatis: ꝛ hec fuit conclusio supradicte rationis. ¶ Tūc seqtur pars in qua explicat maiorē. Et pmo ponit eam. Scđo declarat. i. oñdit p quē modū habeat veritatez ibi [Caliditas qdem.] Intēdit ergo in pte prima ꝙ ꝟm au/ ctores supradicte opionis pōt aliqs rōcinari vt dictuz est: qꝛ cali. ꝛ frigiditas qñ multū excedunt soluunt ꝯtinuitatē. dicit ergo. ꝛ ideo sup. aliqs acqescat sermoni q dict⁹ est ꝛc. qꝛ cali. supflua. i. multū excedens: ꝛ frigus superfluum for/ tasse: ꝛ hoc ideo dicit: qm̄ nō est vl'r verū de omni supfluo calore vel frigore sicut statiz post dicet: soluūt ꝯtinuitatem qualiter ergo habeat veritatē hoc manifestat: ꝛ intēdit ꝙ caliditas soluit ꝯtinuitatē. qꝛ disgregat: ꝛ ideo separat cōti/ nuitatē iter extrema qm̄ supfluit. dicit g̊ caliditas igit qui/ dē ppterea sup. soluit cōtinuitatē mēbrorūz. ꝙ pro qꝛ sol/ uit. i. separat ꝛ secat. i. segregat. i. cōtinuitatē sube cuiuscūq3 . i. q̄ vincit. i. que nō oino sepat subam in qua est. ꝛ frigidi/ tas qdem superflua. sup. facit qđ dictuz est. quia coadunat ad iteriora. i. versus iteriora donec exuberat ex ea aliquid. sup. substātia in qua vincit qdez circa mediū sube eiusdē: ꝛ ingrediat versus mediū: ꝛ coarctet. i. ꝯbatur qđ remanet sup. cuz extrema ex eo. s. corpe in quo vincit: ꝛ ideo sup. dis/ rūpit. vz. in extremis. ¶ Posita obiectione. Tunc sequit ps [verū si hoc nō est] in qua rñdet ad illā: ꝛ pmo explicat illaz rñsionem. 2º declarat per experimentū ibi [Quapro/ pter fit.] In pte ergo pma rñdet p interēptionē maioris: ꝛ intēdit ꝙ si maior esset vl'r vera: tunc pcederet rō: non tñ est vl'r vera. non eniz est verū ꝙ ois calor supfluens in q̄/ cunq3 gradu vel respectu causet sol'onem ꝯtinuitatis: ꝛ sil'r de frigore. sed solū est verū qñ supfluunt in illo gradu qui dictus est imediate. s. qñ supfluunt in summa victoria. vꝫ est ēt ꝙ si accipiat illa propositio vl'r: cōmittetur fallacia ꝯñtis: ac si diceret ois calor supfluens in pdicto gradu sol/ uit cōtinuitatē. ergo ois calor absolute. Pz ergo ex hoc qñ pdicta rō nō pcedit: ꝛ non soluz ppterea: qꝛ peccat in mā: sed ēt qꝛ peccat ꝯtra formā syllogisticā qñ cōcludit vl'r in tertia figura. Sed auctori tanq̄ reali artifici sufficiēs fuit obiectionē referre oñdendo: qm̄ procedit ex falsis. Dicit g̊ ꝙ si aliqs ponat hunc terminū quem imediate. vz. in par/ te pcedēti dixit in supfluitate caloris ꝛ frigoris: ita. s. vt sup ponat ꝙ aliuz terminū non habēt in supfluitate tertij dige stiui: tunc dignuz est ꝟm suaz obiectionē: vt sit non lōge. s. a rōne. i. dispōnum rōni ꝙ estimet de eo qđ aliqd sup. ve/ ritatis inuenit. s. in pdicta opione: verūtamen si pro qꝛ hoc qđ dictū ē nō ē terminus in supfluitate: sed termin⁹ in illo modo supfluendi est aliud q̄ est qđ dictū est. i. ꝙ termin⁹ excedēdi non est ille q dictus est solū: sed poti⁹ est ali⁹: tūc ꝟm manifestam dispōnez. i. manifeste disponit intellectui ad cognoscendū ꝙ ois superfluitas sup. caloris aut frigo/ ris: aut alteri⁹ qualitatis nō intelligit. i. nō dz intelligi nisi ꝟm semitaz resol'onis. i. ꝟm aliquē modum: respectu ad ali quod. s. ad subiectū: ꝛ ꝙ excessus qualitatū respectu subie/ ctorū nō debeat itelligi absolute. s. ꝙ vn⁹ sit respectu oius. hic pbat p sensibiles effectus intendēs ꝙ ab equal'r cale/ facientibus aut infrigidantib⁹ nō vniformes fiūt ipressio/ nes in oibus corpibus: quod tñ esset necessariū si respectu oium vno modo vel illo mō excederent: ꝛ ideo dicit illud oino. s. ideo verū est ꝙ supfluitas nō dz itelligi vniformi/ ter absolute: sed per cōparationē ad corpus qđ subycit q̄/ litati. Qm̄ qđ aduenit oi corpori. i. qđ ipimit ex reb⁹ que sunt vni⁹ dispositionis caliditatis: ꝛ frigiditatis. i. vnifor/ mis potētie in cali. ꝛ frigiditate nō est res vna. i. nō est im/ pressio vna vel vniformis. ꝙ aūt ea que vniformiter sunt cali. aut frigida nō vniformiter ipimāt in diuersis corpo/ ribus. Hoc pbat exēplis tñ in pte sequēti. circa qđ primo explicat exēpla. 2º verificat suppositū in exēplis ibi [Et il/ lud ideo] qm̄ sil'r. intēdit ergo in pte pma ꝙ humor vnius ꝛ eiusdē corporis est cōueniens alicui corpi: ꝛ valde discō ueniēs alij: intantū ēt ꝙ corrumpit ipsuz: cū tñ ille humor in se semp sit vniformis caliditatis aut frigiditatis: qđ eui/ denter pz in hoīe: ꝛ vipera ꝛ scorpione: qm̄ saliua hois que est quedaz ei⁹ humiditas est ꝯueniens homini: ꝛ tñ valde discōueniens vipere: aut scorpioni. ecōuerso est de humi/ ditate vipere ꝛ scorpionis: qm̄ quelibet eaꝝ est in corpori/ bus sue speciei ꝯueniens. humanis aūt corporib⁹ est adeo discōueniēs ꝙ corrūpit ea: ꝛ lz virtus p quā iste humidita tes saluant aut corrūpunt corpora supradicta nō sit virtus elemētaris. s. cali. aut frigi. sed sit virtus ꝯñs formā specifi/ cam rei cui⁹ est. tñ nō ideo dz istud exēplum ipertinens p posito iudicari: qm̄ ad similitudinē itroductū est. non eniz est alia rō ppter quā specifica virtus al'r ꝛ al'r imprimit in hoc corpus ꝛ illud: nisi qꝛ illa corpa aliter ꝛ al'r sunt dispo/ sita ad recipiendū ipressionē ipsi⁹: ita. s. ꝙ ꝟm illaz disposi tionem quā acqsiuit ex natura sue cōmistionis cōparatur ad virtutez illaz illud corpus ꝛ ꝟm aliam illud: ꝛ similiter recte per oia se habet de caliditate ꝛ frigiditate qđcūq3 cor porū. qꝛ aliter ꝛ aliter ipimunt in hoc corpus ꝛ illđ ppter diuersitatē dispositiōis qua cōparant ad illas qualitates: quas inquā dispositiones corpora acquirunt vel a natura mistionis: vel ab alijs partibus: posuit etiaz Galenus hoc

exemplū ad maiorē euidentiā.si eniꝫ virtus specifica que
semꝑ vna ⁊ vniformis ꝑmanet in corpore cuiꝰ est:varias
efficit ipressiones in diuersis corporibꝰ:multofortiꝰ virtus
elemētalis seu cōplexionis que variatur per intensionē ⁊
remissionē hoc faciet.Preterea in p̄dictis ex istis hꝫ locū
que dicit̄ ex cali.⁊ frigiditate.qđ pꝫ ex dictis Gal.in de ite
rioribus.lib.3° de epilepsia.⁊ 6° libro de suffocatione ma-
tricis.vbi eniꝫ dicit ꝙ humiditas scorpionis cām vehemē
tem facit:⁊ ipressionem frigiditatis in humano corpore ꝙ
videat̄ esse ipressio grādinis aut glaciei.⁊ similiter de hūi-
ditate aranee quod tñ non facit aranea in araneā:aut scor
pio in scorpioneꝫ:⁊ similiter de alijs corꝑibus.differentia
autē virtutis specifice seqtur dr̄iam ꝯcursus qualitatū ele-
mentaliū dispositarū ad illam virtutē:sicut in de cōplōni-
bus ⁊ in de simplici medicina pleniꝰ tangit Gal.⁊ in nāli-
bus pleniꝰ demōstratū est.dicit ergo.quapropter ⁊c̄.quasi
dicat:nonne dictuꝫ est ꝙ ex rebus que sunt vniꝰ dispōnis
non aduenit vna res vel vnus effectus oī corpori:sicut de-
claratur euidēter in humoribꝰ animaliū:quapropter.i.qm̄
fit.i.conuenit:vt humores qui sunt in qbusdam animalibꝰ
adinuicem sint conueniētes:in quorūdaꝫ vo ꝓpter hoc.i.
ꝓpter diuersuꝫ respectuꝫ sicut superiꝰ dixi:talē inquam ꝙ
discōueniant corrūpunt ⁊ iterficiūt.verbi grā.sit homo ⁊
vipera:qꝛ semꝑ saliua cuiusqꝫ horꝫ alteruꝫ perimit:⁊ ex h
quidē fit:vt est homo:quasi dicat:⁊ pꝫ ex hoc ꝙ cū homo
spuit super scorpionē dum est ieiunus:qm̄ tunc virtꝰ quaꝫ
hꝫ saliua rōne humani corꝑis efficacior est.nō eniꝫ est tūc
fracta seu debilitata virtute alieni corꝑis:sicut contingere
pōt sumpto cibo ꝺm diuersitatē eoruꝫ que sumunt̄ ipsum
interficit.s.sup.homo aut hoīem sibi silēm:⁊ hoc dicit qm̄
homo pōt per morbū homini difficilis effici quantū ad ea
que necessaria sunt humane nature ad sui saluationeꝫ:vn̄
in morbis cōtagiosis vnus homo per similitudinē supra-
dictam ledit alterum ⁊ corrūpit etiā cum sui humiditate:
sicut sperma leprosi:⁊ saliua epileptici:aut etiā rabiosi ho
minis:homo inquantū homo sibi similē nō interficit cum
mordet ip̄m:nec vipera viperā:nec draco draconeꝫ:⁊ tuī-
nō rōne solutionis ꝯtinuitatis quā facit morsus.Possibile
enim est vt vna vipera aliā mordeat ⁊ ꝓinde moriat̄:⁊ vi
dimus etiā porcaꝫ suos porcellos qn̄qꝫ comedere:⁊ cataꝫ
catulos suos.¶ Qꝛ igit̄ dixit ꝙ homo iterficit hominē su
pradicto modo ⁊c̄.Iccirco subiūgit partē in qua verificat
seu ꝯfirmat hoc ratione.⁊ p̄mo facit hoc.2° vo rōnem suā
manifestat exēplis effectuuꝫ:tam pure naturaliū q̄ꝫ etiam
ꝑtim inaturaliū ⁊ ꝑtim artificialiū ibi[Statiꝫ ⁊ ex eis qui-
deꝫ dixit.] Dicit ergo i ꝑte p̄ma:⁊ illđ ideo.q.d.ideo supra-
dictū est:qm̄ simile est cōueniens:⁊ amicum:contrariū vo
econtra.hanc rōneꝫ ꝯfirmat imediate exēplis.⁊ p̄mo exē
plis pure nālium effectuū.2° vo effectuū partim nālium:
⁊ partim artificialiū ibi[Et ꝓpter hoc ⁊c̄.] Dicit ergo in ꝑ-
te p̄ma ꝙ ex eis que significāt signo vel exēplo confirmāt
hoc:hanc rōnē imediate dictā:est vnum sup.hoc.s.ꝙ oia
q̄ augmentāt̄:⁊ nutriūnt̄:nō augumētant̄ rōne ꝙ mori-
tur:⁊ minuit̄ ⁊c̄.non morit̄ nec minuit̄ ⁊c̄.Augumentatio
autē:⁊ nutritio effectus sunt pure nāles qbus viua corpo
ra ꝓficiunt ⁊ saluant̄.cōtraria vo sunt effectus contrarij:⁊
nihilominus nāles supradictaꝫ etiā rōneꝫ manifestāt vel
ꝯfirmant effectuꝫ ꝯseruationis sanitatis:⁊ curationis egri-
tudinis qui partiꝫ sunt naturales.ꝑtiꝫ vo artificiales. q̄ꝫ-
tum enim ad p̄ncipale agens nāles sunt.quantū vo ad mi
nistrū artificiales.dicit ergo:⁊ ꝓpter hoc sup.qꝛ simile est
cōueniens:⁊ amicuꝫ ⁊c̄.Conseruatio igit̄ sanitatis:qđ sup.
est idē qđ ꝯseruatio cōuenientiū ⁊ naturaliū nō fit nisi ex
rebus conuenientibꝰ ⁊ ꝯsimilibus sanis corꝑoribꝰ.Ex quo

pꝫ ꝙ conueniētia ꝯsimilia sunt ⁊ amica.sicut dicebat̄:qm̄
conseruant illud qđ est cōueniens ⁊ amicuꝫ corpori:sicut
pꝫ in ꝯseruatione sanitatis.Contrariū vo est de sanatiōe ⁊
curatione:qm̄ per cōtraria fit que sunt inimica.⁊ ideo sunt
corruptiua eiꝰ aliqđ:ꝙ ordinant̄.s.res cōtra nām:⁊ ideo di
cit:quoqꝫ pro sed sanitas.i.sanatio vel sanitatis reductio ⁊
curatio ab egritudinibꝰ nō fit ⁊c̄.qꝛ vo aliqs quereret ma-
nifestare quare ꝯseruatio fit per similia:⁊ curatio ꝑ cōtra-
ria:qꝛ nō facit inde mentionē:iccirco excusat se intendens
ꝙ nō ꝑtinet ad presentē considerationē cū dicit:verūtamē
de hoc loqtur.¶ His aūt partibꝰ determinatis seqtur ꝑs
illa in qua sicut dicebatur superiꝰ agit de significationibꝰ
ethice per cōparationeꝫ ad alias febres:circa quod quan-
tū ad hoc p̄mo tangit naturā ethice inquantū est ethica in
cōmuni.Scđo vo aliarū febriū ibi[nulla vo reliquarū.]
Intēdit ergo in ꝑte p̄ma sicut superius fuit declaratū ꝙ h
est generale omni feb.ethice inquantū ethica est ꝙ nō sen
titur a patiēte ipsaꝫ:⁊ hinc habet̄ illa regula gn̄alis in qua
dicit̄.ꝙ si qs febricitauerit:⁊ tñ non sentit feb.ethicā pati-
tur.Dicit ergo.illam aūt febreꝫ que aīalis substantie fixe
iheret:hoc est ethica nō sentit qui ea laborat.¶ Tunc se-
quitur pars in qua tangit nām reliquarū febriū quantum
ad sensuꝫ vel passionē quaꝫ faciunt.in p̄mo facit hoc abso-
lute.2° vo cōparatiue ibi[verūtamen qdem.] dicit igitur
in parte p̄ma ꝙ nō est aliqua alia febris ab ethica quā nō
sentiat patiens.In 2a vo parte p̄mo cōparat alias febres
quantū ad gradū passiōis quā inferūt sensui.In parte vo
2a quantū ad multiplicationē:⁊ paucitatē earū ibi[earuꝫ
p̄terea sunt quedā.] Intēdit ergo in parte p̄ma ꝙ q̄ꝫuis di
ctum sit de oibus alijs febribus ab ethica ꝙ patiens sentit
febreꝫ:⁊ inde seqtur ꝙ sensui eiꝰ passio ⁊ lesio inferat̄ sensi
bilis:tñ ne credat aliqs ꝙ hoc fiat equalr̄ in oibus:iccirco
subiungit dr̄iam dicēs:ꝙ in qbusdam supradictarū febriū
etiam diuꝫ sentiuntur ipeditur ⁊ leditur amplius patiēs.in
quibusdā vo minus sup.ꝺm intensionē ⁊ remissionem fe
briū ⁊ diuersitatē particularū febriuꝫ.Contra vo assignat
aliaꝫ dr̄iam iter eas ⁊ p̄mo facit hoc.2° vo excusat se circa
dicta de insufficiētia remittēdo dicta ad sufficiētiores tra-
ctatus ibi[neqꝫ qdem possibilis.] dicit ergo ꝙ iter p̄dictas
febres.s.alias ab ethica est alia dr̄ia:qm̄ cuꝫ qbusdaꝫ ipsa-
rum est tremor sup.nō de quo accidente ⁊ de pluribꝰ alijs
que in p̄dictis febribus differēter apparēt ⁊ sentiunt̄ a pa-
tiente.Dicit vlr̄ ꝙ oīno causant̄ a mala cōplexione diuer-
sa.Sed qꝛ quereret aliquis forte:quō ⁊ a qua:iccirco excu-
sando de omissione huiꝰ reddit p̄mo cām omissi signāter
quantū ad tremorē.Secundo vo pro ipso ⁊ oibus alijs sil̄r
remititt ad librū de morbo ⁊ accidēti ibi[Ego aūt narra-
bo.] In ꝑte ergo p̄ma dicit ꝙ in p̄senti mā non pōt narra-
re hoc est declarare qualr̄ tremor generet̄.cuiꝰ rōnem assi
gnat:qꝛ ad hoc declarandū necesse est ꝑus ostēdere de vir
tutibus nālibus quot sunt.⁊ que ⁊ qđ efficit vnaqueqꝫ:⁊ h
sup.valde longuꝫ est ⁊ ipertinens presenti tractatui.Sed
subsequēter ꝓmittit ꝙ ⁊ de hoc ⁊ de alijs accidētibꝰ dabit
doctrinā in de morbo ⁊ accidēti.¶ Supra vo hanc partē
febrilis acutior sit in ethica q̄ꝫ in causone.multi eniꝫ dubi-
tāt circa h qbus videt̄ ꝓbabiliter ꝙ acutior sit in causone
q̄ꝫ in ethica multis signis adducti ad h credēdū.q̄ꝛ vnū ē
ꝙ corpora vt dicunt patiētiū causoneꝫ citiꝰ deficiunt ⁊ ex-
tenuant̄:⁊ ēt pereunt ꝓpter calorē febrilē q̄ꝫ corpora ethi
corū:qm̄ illi vix pn̄t expectare.7.diē.ex ethicis autē multi
luribꝰ annis viuūt.¶ Preterea a corporibꝰ patientibus
causonē multus fumus ⁊ multus sudor resoluit̄.quorū tñ
aut modicū aut nihil resoluit̄ a corporibꝰ ethicorū.igit̄ in
illis est calor resoluēs fortior.¶ Itē patiētes causonē hn̄t

Vtꝝ calor febril' acutior sit in ethica q̄ꝫ i causone.

magnū ⁊ velocez valde atqꝫ frequentē anhelitū ⁊ pulſuz ſil'r: ⁊ multo magis ſine cōparatione ꝙ in ethicis ſaltē manifeſte habēt ipſos maiores ⁊ velociores. planū eſt aūt ſm doctrinā oīuz ſapientū ꝙ tales differētias in pulſu ⁊ anhelitu cauſat maior neceſſitas tēperādi exceſſuz caloris: ⁊ cā maioris neceſſitatꝫ eſt materia maior exceſſus caloris. His ergo effectibꝰ ⁊ ſimilibꝰ mouent̄ aliq̄ ad credendū hāc ꝑtez. ¶ Contrariūz aūt aſſerūt ſapiētes medicorū: ⁊ ſpecialiter Aui. aſſerit plane in lib. de viribus cordis caplo. 4. ꝙ in ethica feb. ſm veritatē fortior eſt calor febrilis ꝙ in acuta. ¶ Ad hoc autez conueniēter pꝫ rñſio ex doctrina Gal. ſuperiꝰ ſi diligenter intueat̄: qm̄ ethica que cōparatur ad aliaz febrez quecūqꝫ ſit: aut eſt terminus ipſiꝰ ad quā comparatur aut nō: ꝙ ſi ſic: tunc ꝓculdubio fortior ſeu acutior eſt calor in ethica ꝙ in ea que ꝓceſſit: non tñ intelligendū eſt ꝙ ſit fortior quocūqꝫ modo: ſed eo modo quo ſuperius inſinuabat Gal. pꝫ enim dici fortior quantū ad gradū quē habere debet a ſua origine. ſ. cauſa iprimēte ſiue ſit apoſtema calidū ſiue humor putridus: ſiue corpus actu vel potētia calidū obuians corpori: verbi grā. vt dicamus grā exēpli ꝙ cauſa iprimens quantū eſt de ſui virtute non poteſt calorem febrilē iprimere niſi vſqꝫ ad 2m vel 3m gradum: ⁊ quantū ad iſtū graduz non eſt fortior in termino ꝙ in via: ſed equalis: ſicut ēt in exemplo: qđ ſuperius itroduximus pꝫ. quantuz enim eſt de virtute ignis calefaciētis paleas domus: ⁊ ligna tecti: nō fortior eſt in lignis ꝙ in paleis. poteſt ēt alio modo dici ꝙ calor fortior eſt quantū ad potentiaz quā manifeſtat in ſubto in quē agit: ſicut dato ꝙ quantum ad vnū gradū iprimatur in duobus ſubiectis. quoruz vnuz eſt ei minus reſiſtens: reliquuz ꝟo magis: tñ fortior dicetur quādo ipreſſus fuerit in magis reſiſtēti: ꝙuis tardius iprimatur in eo: maxime ſi illđ ſubiectū tale fuerit ꝙ per ipſum calor habeat fortiores effectus: ſicut dicimꝰ ꝙ calor in ſicco: ⁊ calido corꝑe potēter fundatꝰ fortius calefacit aut cōburit ꝙ in eodē gradu fundatꝰ in humido corpore. ſiccum eniz corpus conueniētius inſtrm̄ eſt igneo calori ꝙ humiduz. hoc aūt modo Gal. intelligit calorē febrilez eſſe fortiorez in ethica ꝙ in qualibet alia febre añcedente ad ipſam: ⁊ hoc inſinuabat ſuperiꝰ quādo dicebat ꝙ ethica non eſt tm̄ in ſpiritu: ⁊ humoribꝰ. ſed ēt in ſolidis corporibus: ſicut in mēbris figebatur eius eſſentia: ⁊ planius tñ in quarta parte de ingenio ſanitatis hoc inſinuat: vbi dicit ꝙ in ethica mēbra ſe habēt cōparatione febris antecedētis ad ipſam: ſicut ferruz candēs cōparatione ferri calefacti a flāma nondū tamen candētis. in ferro eniz candēti potentius eſt ipreſſus calor igneus ꝙ in non candenti: ⁊ hoc ſil'r valde conueniēti ſermone Auicē. ſignat in ſupradicto capitulo de viribus cordis. vbi dicit ꝙ in alys febribꝰ ab ethica calor febrilis volitat ſupra membra. intellignedum eſt recte ſicut flamma palearū volitat ſupra ligna anteꝙ ipa ligna cādentia ſint ſicut carbones igniti: ſed in ethica infixus eſt mēbris ſicut ignitis carbonibus. Scđm hanc igit̄ conſideratione ſapiētes medicorū qui de diſpoſitione ſanabilis corꝑis iudicant ſm illud qđ in effectū ſenſui manifeſtatur in corpore dicunt calorē in ethica fortiorez eſſe ꝙ in alys febribus antecedentibus tanꝙ via ad ipſuz: ⁊ hoc eſt etiā rōnabile iudicium ſm cōſiderationes quas habēt in gradibus. in ethica enim ſm efficiēs ſenſibile inuenitur ratio quarti gradus ſm medicū: qm̄ ibi calor febrilis non tm̄ ledit ſenſibil'r oꝑationes: ſed etiam manifeſte corrūpit membra in ſubſtātys ſuis: qđ ad quartū ꝑtinet graduz ſm rectam ⁊ ꝓpriam conſideratione medici. in alys autez febribus ſolūmodo inſenſibil'r leduntur operationes membroruz: qđ 3° gradui attribuit medicus. Planū eſt autez ꝙ tertius infra quartuz eſt. ¶ Si autem febres alie ad quas ethica cōparatur in fortitudine caloris nō ſunt via ad ethicam illam ſed ipſa ſit morbus per ſe: ⁊ aliunde cauſet̄ ſicut in apoſtematibꝰ cordis ⁊c̄. Et tunc poſſe eſt ꝙ in alys feb. ſic̄ i cauſone multo erit fortior calor febril' ꝙtū ad gdū ꝙ in ethica. poteſt enim eſſe ꝙ ethica ꝓpter diſpoſitionē membrorum a debili calefaciente itroducetur: ⁊ etiaz quia corpus valde diſpoſitū eſt ad hoc infigitur in membris: ꝙuis in paruo gradu. cauſon ꝟo ſemper itroducitur a calore fortiſſimo vel a calefaciēte fortiſſimo ꝑ cōparationē ad ethicam: ⁊ nihilominus ꝙuis ſm graduz qualitatis fortior ſit in cauſone: tñ ſm aliam conſiderationē iam dictam. ſ. ſm conſiderationē ſubiecti in quo manifeſtat effectum corruptionis iudicabit ipſam medicus fortiorē in ethica: nec eſt incōueniens ꝙ aliq̄s calor debilior altero fortiorē manifeſtet imꝑſſionez in corꝑe in q̄ agit: ꝙ alter in altero: qm̄ nō ſolū fortitudo ⁊ debilitas iprimētiū ſunt cā diuerſitatis impreſſionis in fortitudie ⁊ debilitate: ſꝫ ēt diuerſitas diſpoſitionis corꝑis in q̄bus imꝑſſio fit. ¶ His igit̄ bene intellectis facile eſt obiectionibus reſpondere: qm̄ ꝓculdubio exterius in parte ꝓcedunt corrupte tñ acceptis: cum enim dicitur ꝙ in cauſone citiꝰ exterminant̄ corꝑa: ⁊ citius perit patiens. dicendū ꝙ ſi cauſon cōparetur ad ethicā que cauſatur ex ipſo. Illud abſolute eſt falſum: qm̄ multo fortiꝰ exterminat̄: ⁊ citiꝰ ꝑeūt patiētes: cū ad ethicā ex cauſone venerint ꝙ dū ꝑſiſtūt i cauſone: pꝫ. n. i cauſone ꝑmanē ꝑ duos dies vel per tres: ſed poſtꝙ cauſon in ethicā fuerit trāſmutatus in vna hora vel in valde pauco tp̄e deficit ⁊ moritur patiens. Si ꝟo cauſon ad aliaz ethicam cōparetur nō eſt inconueniēs qđ dicit̄: pōt eniz calor valde fortis in cauſone citiſſime corpus extenuare ⁊ ad ſcđam ⁊ etiā tertiā ſpeciez ethice ducere citius corpus ꝙ calor debilis alius ethice: ⁊ cū imediata cauſa mortis ſicut teſtat̄ Gal. 5. particula de interioribꝰ: ſit corruptio cōpl'onis cordis: poteſt ille calor valde fortis in cauſone: valde citius cōplexionē cordis corrūpere ꝙ debilis in alia ethica. ¶ Cum aūt obycit̄ 2° ꝙ in corꝑibus patientibꝰ cauſonem multus fumus ⁊ multus ſudor reſoluit̄ manifeſte: non tñ a corꝑibus ethicoruz. Dicenduz ꝙ hoc veruz eſt: ſed tñ huius diuerſitatis cauſa non eſt ſoluz fortitudo caloris aut debilitas: ſed ēt habitus aut ꝑuatio reſolubilis: ꝙdiu enim febrilis calor copiā inuenit humoris in corꝑe: multum cauſat quantū in ſe eſt ſudorem: ⁊ fumū: ſed arefacto corꝑe ſicut in ethica diminuitur illa reſolutio manifeſte: ſicut in exterioribꝰ apparet corꝑibus: quādo ligna viridia exponunt̄ igni: naꝫ a ꝑ̄ncipio exſudat inde humiditas actione caloris: ⁊ multus fumus generat̄: arefactis ꝟo illis: ⁊ iam igneo calore infixo in ipſis valde minuunt̄ reſolutiones ille: ⁊ ceſſant. Et ſi calor fortius agat in eis ꝙ ante. ¶ Illud autē qđ obycitur tertio. ſ. de anhelitu atqꝫ pulſu. verū eſt: ſed tñ valde inſufficienter accipit̄ in ꝓpoſito: teſtante autem Gal. libello de introductione pulſus: tres ſunt cauſe ſimiliter de anhelitu. videlicet neceſſitas virtus: ⁊ organi diſpō. ⁊ imutatio vtriuſqꝫ iſtorum cauſat imutationez in illis. vnde: in ethica non ſolūmodo ꝓpter minorez neceſſitatē pōt eſſe minor anhelitus atqꝫ pulſus. Sꝫ etiā ſicut ē in veritate ꝓpter debilitatem virtutis nequeūtis dilatare ſufficiēter: ⁊ ꝓpter ſiccitatem: ⁊ duritiē organoꝝ nequeūtiuz dilatari: ⁊ iſta ſunt que ad doctrinā Galeni ad literaz colliguntur in ſciētia de pulſibus ⁊ anhelitu. ſimiliter cauſa velocioris ⁊ frequentioris non ſolum eſt neceſſitas ſed etiaz virtus: vnde cum dicitur ꝙ in cauſone velociores ſunt. Dicendū ꝙ cauſa ꝓpter quā in ethica non ſunt eque veloces aut plus non eſt minor neceſſitas tm̄: ſed poteſt eſſe preter hoc debilitas virtutis mouentis organum: ſed cum dicunt̄ pulſus ⁊ anhelitus eē frequentiores in cauſone. Dicenduz ꝙ eſt abſolute falſum ſi

causon cōparetur ad ethicā quā ꝑcedit: vt via ad illam. in alijs autē possibile est esse minus frequentē ꝓpter minorem necessitatem: sicut ex predictis patet.

REdeamus autem ad species male cōplexionis diuerse: iam quidem dixi in his que premissa sunt qualiter generetur feb. ab apostemate calido qđ flegmon nominatur: ⁊ ꝙ omne apostema huius generis: ⁊ oēs fe. ꝑter nominatā fixam sunt ex egritudinibus in quibus cōplexio est diuersa. ¶ Et iam quidē fiūt fe. ex putredine humoris tm̄ absq; apostemate: ⁊ illud ideo quoniā non qđ iam putrefit est quod iam adheret: vel retentū est: ⁊ priuatur expiratiōe tm̄: sed velocissime fit in hoc putrefactio: ⁊ fortissime. ¶ Et iam quidē putrefiūt res alie multe que sūt ꝑparate ad putrefactionē. Sed narrabo esse ꝑparationis eius qđ ꝑparatum est putrefactioni in alio libro ab isto. ¶ Et malitia quidē cōplexionis diuerse fit ƀm modū alium in toto corpore: ⁊ quādoq; quidem est illud cū vapor calidus in ipso constrictione retinetur: ⁊ est qñq; ꝓpter augumentum caloris causa exercitij plurimi vltra mensurā que conueniēs est. Et quādoq; est ꝓpterea ꝙ sang. calefit ⁊ feruet ebullitione supflua ꝓpter irā: aut calefit supflue ꝓpter morā in sole calido. ¶ Et manifestū quidē est apud me ꝙ oēs iste feb. ꝓuenientes ab apātibus sunt ꝓuenientes ƀm virtutem cause agētis in corpore: ⁊ ƀm dispositionē cuiuscūq; corporū erit fe. in qbusdam corporib⁹ fortior: ⁊ in quibusdā debilior: ⁊ quidā eorū penitus non febriūt. ¶ Et manifestum est etiā ꝙ malitia cōplexionis qñq; ꝓuenit in spiritu tm̄: ⁊ qñq; ptransit eū etiā vsq; ad humores. ¶ Et ex eis qdem que non sunt inferiora illo in declinatione est ꝙ omnes feb. cū ꝓlōgant̄ ꝯsequitur eas febris fixa dicta ethica. ¶ Et ex hoc quidē sermone iā quasi declaratum est ꝙ malitia cōplexionis diuerse qñq; prouenit ex humiditate calida aut frigida currente ad aliquod mēbrū queadmodū narrauimus de eē membrorū: in qbus fiunt apāta: ⁊ qñq; non est res ita: sed est cū alterat̄ cōplō corpis in qualitate sua: ⁊ ꝙ quedā occasiones que ipm alterāt ꝯsurgunt ex ipso corpore: ⁊ quedam eueniunt exteri⁹: ⁊ cum febris qdem fit a putrefactione solū: ⁊ cū a qbusdam apātibus ex ipso corpe ꝓcedit: ⁊ febris quidē euētus a calefactione solis aut a supfluitate exercitij exterius. Et illud qdē narrabo latius q̄ȝ in hoc sermone in libro de causis accidentium.

Als operantis.

Febris ethica seqtur oēs fe. cū prolongantur.

TErminata parte i qua egit Gal. de fe. ƀm ꝙ causat̄ ab apāte calido. Hic seqtur ps in qua explicat alias causas feb. circa qđ ꝑmo resumit intentionē. Scđo ꝓsequitur ibi [iam qdem dixi.] qr igit̄ in parte imediate ꝑcedenti digressus fuerat aliquantulū faciendo mentionē de causis tremoris: ⁊ de alijs accidētib⁹ morborū: iccirco resumit ꝑncipale itentū dicēs. Redeamus sup. qr aliquantulū digressi sumus a ꝑncipali ad spēs mal. cōplō. diuerse. In parte ⁊o sequēti ꝑmo repetit supradictā cām gñationis feb. ⁊ applicat ꝑncipali ꝓposito. Secundo ⁊o subiungit alias cās ibi [Et iam qdem] Pȝ aūt sentētia ꝑme ptis. ¶ Circa partē ⁊o 2^am^ ꝑ enumerat absolute cās fe. quas nondū explicuit. Scđo ⁊o cōparat ipas feb. adinuicē assignādo differentiā inter eas quantū ꝓposito ptinet ibi [Et manifestū qdem est.] In pte iterum ꝑma ꝑmo explicat cām que ꝯuenit in genere ꝓximo cū supradicta: ⁊ in pte scđa explicat alias ibi [Et malitia qdem.] In prima iterum explicat intentionē. 2° declarat ibi [Et illud ideo.] Dicit igitur ꝑmo ꝙ fe. ēt generant̄ a putredine humorū absq; apāte. i. absq; hoc ꝙ illi humores generēt apostema. Iste igit̄ due cāe fe. cōueniunt in hoc genere ꝓximo: quod est putrefactio humorū: siue exuberēt: ⁊ coarctent̄ in illo loco: ⁊ ibi generēt apā: siue ēt sint sparsi extra venas vel itra taliter: vt nequeāt gñare tumorē preter nām. Qualr̄ autē a minera putrefactiōis mal. cōple. calor multiplicet̄ adeo vt occupet totū corpus superi⁹ ꝑfecte oñsum est: neq; hic opȝ repetere. Sȝ qr insinuabit ꝙ humores causantes apā ⁊ etiā nō causantes putrescere pñt. Iccirco dcl'at hoc subsequēter: ⁊ ꝑmo ꝑmā. scđo scđā ibi [Et iā qdē putrefiūt.] Dicit igit̄ in pte ꝑma: ⁊ illud ideo. q. d. vnde suppositū est ꝙ humores causantes apā: ⁊ maxime calidū putrefiūt. Et illud ideo qm̄ adheret vt retentū est. i. ꝙ iheret alicui mēbro: ⁊ coarctat̄ in ipso. Et priuat̄ expiratione sup. sufficiēti ⁊ debita: nō tm̄ putrescit. sup. quocūq; modo ⁊ qñcunq;: sȝ ēt velocissime putrescit. Taliter aūt inherent: ⁊ coarctant̄ humores in mēbris apātis. Conuenienter declarat scđā ptē supradicti intēti. circa qđ ꝑmo facit hoc. Scđo ⁊o excusat se de isufficiētia remittēdo nos ad alios tractat⁹ ibi [Sȝ narrabo] Intēdit igit̄ in parte ꝙ non solū humiditates in apātibus sunt parate ad putrescendū: sȝ ēt alij: ⁊ ideo dicit. Et iā. ⁊ ēt qdē. i. recte putrefiūt res alie multe: ⁊ quantum ad ꝓpositū itelligimus hu. alij multi a ꝑdictis: ⁊ illi⁹ causa est: qr pñt disponi ad putrescēdū aliter q̄ȝ gñare apā. Et iđ dicit ꝙ sunt parate ad putrescendū: qr ⁊o aliqs quereret q̄ sūt disponētia ad putrefactionē: iccirco excusando dic̄ ꝙ i alio li° narrabit: sic̄ i li° de morbo ⁊ accñti. ⁊ ige° sanitatis: ⁊ in libro febrium. ¶ Postq; igit̄ explicuit istā vel istas causas ma. cōple. diuer. calide i corpe toto seqt̄ ps in q̄ explicat' alias: ⁊ ꝑmo facit h̄ in generali. 2° in speciali ibi [Et quādoq; quidē.] Dicit igitur ꝑmo ꝙ malitia cōplexio. diuerse supcalefit ƀm mediū: fit ƀm aliū modū q̄ȝ per illū qui dict⁹ est in toto corpe: ⁊ ꝯñter explicat istos modos: ⁊ hȝ tot partes quot sūt modi quos enumerat siue cās. Intēdit ꝙ feb. etiā causat̄ a vapore calido coarctato: ⁊ ab imoderato exercitio ⁊ a supflua ira ⁊ ab aere nimis calido. Dic̄ ergo ⁊ qñq; quidē est illud. i. generat̄ malitia cōplōnis diuerse ca. in toto corpore cū vapor retinet̄ in ipso ꝯstrictione. i. coarctatione. Et qñq; est ꝓpter augumentū ⁊c. qđ totū pȝ vsq; ad finē: vbi dicit ꝓpter morā in sole calido. i. aere supcalefacto per solē. ⁊ quod dicit de sole intelligēdū est de quocūq; actualr̄ calefaciente. In hoc enim tractatu de ista materia exēplariter loquit̄. s. ad ostendendū modū gñationis male cōplexionis diuerse. nec ꝑncipale intentū est de causis ei⁹ perfectā dare doctrinā: sȝ potius aliqualē

introductionē.perfecte eniꝫ agere de causis inaturalis dis/positionis ad librū pertinet de morbo ꝛ accidēti.Ad queꝫ etiā librū remittit paulopost pro sufficienti doctrina male cōplexionis diuerse:sicut iam patebit inferius.Et ex hoc etiam remouetur obiectio que fieri posset hic de insufficiē tia:qm̄ non facit hic mentionē de potentialr̄ calefacienti/bus:sicut cibo ꝛ potu ꝛ medicina:a qbus tñ feb.causari po test:quēadmodū docet 2° de morbo ꝛ accidēti.vbi reponit etiā istam cām sub tertio genere calefacientiū.Non est.n. ꝑpter hoc insufficiēs hic:qꝛ qđ dicit ꝑposito sufficit.suffi/cienter enim itroducitur quisq̄ per ea que dixit ad cogno/scendū ꝙ diuersis causis itroducit̄ fe.in corpus:q̄nis mo dus imediatus sit vnus in oibus.ille.s.quem superi⁹ dixi/mus.s.ꝙ extranea caliditas ptingat ad viscera sanguineꝫ habētia què ꝯtinent.Et exinde ꝙ diffundat̄ in totum cor/pus.¶ Post hoc seqtur pars in qua cōparat p̄dictas feb. adinuicē assignando dr̄iam inter eas.ꝛ p̄mo facit hoc quā/tum ad intensionē ꝛ remissionē.Scđo ꝟo quantū ad effe/ctus manifeste corruptionis rerum nālium.i.quantuꝫ ad subam in qbus figit̄ eēntia feb.vt superi⁹ dixi.Tertio ꝟo quantū ad diuersitatē cārum ip̄rimentiū extendēdo etiaꝫ dictuꝫ ad alias malas cōple.diuer.oēs eniꝫ iste ꝯsideratio/nes vtiles sunt ad ingeniū sanitatis:ꝛ incipit scđa pars ibi ⌊Et manifestū qdē est ꝙ malitia.⌋3° ꝟo ibi icipit⌊ꝛ ex hoc sermone.⌋qꝛ ꝟo iaꝫ ante dixerat ꝙ a supradictis causis i/troducunt̄ feb.ne credat aliqs ꝙ equales ꝛ eedē sunt:iccir co subiūgit oēs p̄mo ꝙ nō sunt eq̄les:ꝛ dicit ꝙ manifestū est apud ip̄m.i.ex ipsis que ipse superi⁹ docuit:ꝙ oēs feb. iste.s.quas dixit sup̄ius sunt intense aut remisse ꝑm eē.i.ꝑꝫ exigentiā virtutū operatiuarū in corpore.Et vocat virtu/tes opatiuas tam eas que transmutāt corpus:vel alterant actiue:sicut sunt virtutes alterantiū q̄ȝ eas que disponunt passiue:sicut est cōplo membroꝝ ꝛ humoꝝ.Hec enim est dr̄ia inter operationē.ꝛ actionē:qm̄ actio ꝯuenit solū acti/ue potētie.opatio ꝟo tam actiue q̄ȝ passiue seu dispositiue ad patiendū.Est igit̄ intētio Gal'.ꝙ ꝑm exigentiā virtutis calefaciētis:ꝛ dispositionē corpis diuersificant̄ fe.quantū ad intensionē ꝛ remissionem.Qualiter aūt huius cā sit di/uersitas virtutis ip̄rimentis quantū ad fortitudinē ꝛ debi litatem de se patens est.Sed de dispōne corpis hoc decla rat expressius dicens.Et ꝑm dispōnem cuiusq̄ corpoꝝ q̄ȝ/tum sup.acquirit vel a mēbris vel ab humorib⁹ erit feb.in quibusdā corporib⁹ fortior:ꝛ in quibusdā debilior:ꝛ qdaꝫ eorū sup.taliter erunt disposita ꝙ ꝑpter innaturalr̄ calefa ciens non febricitet penitus ꝛ aliqualr̄.s.nec intense nec re misse.¶ Postq̄ȝ igit̄ declarauit ꝙ non sunt equales:q̄uis ab eodē genere cause itroducant̄.Consequēter ostendit ꝙ nō sunt eedeꝫ specie neq̄ȝ genere ꝑximo.iccirco subiungit imediate hanc diuersitatē:qm̄ ista ꝓcedit ab eadē cā p̄di/cte diuersitatis.etenim diuersitas virtutis calefaciētis q̄ȝ/tum ad fortitudinem ꝛ debilitateꝫ:ꝛ diuersitas dispositio/nis corpis est causa ꝑpter quā istud corpus incurrit feb. in spiritu tm̄.illđ autē in spiritu ꝛ humore.dicit igit̄ ꝙ ma nifestū est sup.ex dictis ꝙ mala cōplexio sup.in feb.q̄nq̄ȝ ꝯuenit in spiritu tm̄:ꝛ tunc causat illud genus fe.qđ dici/tur ephemera:ꝛ hoc causat diuersitateꝫ in quidditate.qd/ditas enim accidētis consistit in essentia ipsius accidentis eo modo quo conuenit ei:ꝛ in subiecto cui infigitur:ꝛ ꝑm considerationeꝫ medici:vt superius declaratum est essen/tia caloris febrilis infigit̄ in spiritu in huiusmodi genere febris ꝛ quandoq̄ȝ pertransit.s.fixio male cōplexionis fe/brilis cuꝫ hoc.scilicet cuꝫ sua infixione in spiritu:ꝛ vsq̄ȝ ad humores.ex quo euidenter insinuat ꝙ nunq̄ȝ potest essen/tia fe.infigi humoribus quin spiritibus infigat:forti eniꝫ deuicto necesse est ꝛ debile deuinci.vnde si simul i vtroq̄ȝ

Actio dr̄t ab opōne.

Quiddi/tas accidē tis.

¶ Uehementia resolutiua nō ꝯuenit capiti applicare sine stipticorum cōmistione.
¶ In emigranea violenta ⁊ subita declinanti ad alterum timporum nisi vena frontis celeriter incisa fuerit ⁊ mult⁹ ex inde sanguis effluxerit aut secetur arteria timporuʒ periculum est oculum eyci a sua cōcauitate vel rupta cornea humores effluere aut intus corrumpi aut cōturbari.

¶ De vertigine ⁊ scothomia.

¶ Quibus vertigo ⁊ scothomia causantur a stipticitate intestinorum. Hos grauius in ieiuno vexant fumositates caput grauantes.
¶ Fumositates in capite generanť pter cibi humiditatē: ⁊ eius impositione prohibentur ascendere.
¶ Scothomia quaʒ causant squibala inclusa in intestinis in exercitijs frequenter exacerbantur.
¶ Scothomaticus nauseans ⁊ sapore luteo molestatus in ore nec cibum abominans: imo copiose manducans: ⁊ aui de pculdubio gignit multitudinē humorum: nec a predictis liberabiť accidentibus donec ab eis fuerit emundatus: ⁊ quotidiana leteť fecum expulsione.
¶ Sicut in habentibus stomachum choleric uʒ esuries lōga vertiginem parit ⁊ scothomiam: sic in habentibus flegmaticum refectio festinata.
¶ Qua ratione iubetur in passionibus capitis vaporosis ⁊ subitis fricatio mamillarum in feminis: eadē ꝯuenit in maribus fricatio testiculorum illesa decentia: sicut in pueris.
¶ Scothomia fortis apoplexiam pronosticat cuʒ a parua epilepsia non differat.

¶ De epilepsia.

¶ Epilepsia que sequiť motum lune si coniunctionem seruauerit ac vicinos aspectus principaliter a frigiditate causatur: que xo in plenilunio commoueť nascitur maxime ab humiditate.
¶ Epilepsia cōcutiens in somno ⁊ cuʒ tremore medicinarum aut curā nō recipit mortalium medicorum.
¶ Epilepsia cōsurgens a mistura chymorum precipue russi ⁊ nigri sil'r maligna est: ⁊ curari difficilis.
¶ Gulosi ⁊ infrenati ⁊ maxime violenti sicut ab epilepsia tardissime liberanť: sic ab eadē facillime capiunť.
¶ Epilepticus negligens a potibus abstinere nunq̄ᵃ opprobrijs carebit epilepsie.
¶ Epilepticus his ꝯtrarijs qualitatibus eius interiora dyscrasiata: ⁊ maxie nutriētia nō multū poterit emendari.
¶ Qui xo quandoqʒ mania torquentur quandoqʒ epilepsia nunq̄ᵃ sanabuntur.

¶ De phrenesi ⁊ lethargia.

¶ Phrenesis ⁊ lethargia permutanť alterutrum sine contrario. nam phrenetici pereuntes fiunt lethargici: sed hi phrenescendo salutem recuperant.
¶ Intuitus picturarū ⁊ multum diuersorum ⁊ splendor ⁊ sonitus phreneticos nimis turbant.
¶ Multa lux ⁊ tumultus ⁊ quicqd euigilare facit lethargicis multum confert.
¶ Sicut phreneticū non ligatū exterminat ingetudo: sic ⁊ lethargicum quietatū pernecat sopor mendax.
¶ Uenter stipticus ⁊ nimis solutus ambo lethargicū ipellunt aut impedire dicuntur.
¶ Ubi cerebruʒ cōprimit apostema tunc ⁊ fumorum illuc directio ⁊ naturalis caloris abinde subtractio festinat perniciem maxime: qꝛ manet eger imobilis.

¶ De maniaca ⁊ melancholica passione.

¶ Maniacis ⁊ melancholicis frigidus aer semp inimicatur: ⁊ qcqd in eorum corporibus fumos cōcludit horribiles: somnus tamen ⁊ humectatio prosunt eis.
¶ Sicut timor est a melancholicis extirpandus: sic est incutiendus terror maniacis minarū ⁊ flagellorum.
¶ Quantum melancholicis obest habitaculum tenebrosum: tantum potest conferre maniacis potissime si ad fletum eos induxerit.
¶ Melancholicorum phantasmata subuertēda sunt ingenio: nō dānāda ne puocati respuant medentibus obedire.
¶ Melāc holici nō curati sepius transeunt in maniā.
¶ Maniaci quorum aures falsis vocibus crebre sonant si ligati nō fuerint seipsos exterminant.

¶ De paralysi ⁊ apoplexia.

¶ Paralysis totius corporis est mortis imago apoplexiaʒ vicariam eius pretendit precessisse aut veterem imoderatam attestatur repletionem.
¶ Non solum refectio nimia: sed inanitio stōchi precipue calidi potest fumositatibus incubum generare.
¶ Infelix terminus apoplexie videlicet ipotētia semicon

poris lateralis demonstrat repletionē imoderatam.

¶ Immoderata ⁊ vniuersalis repletio sine hydropisi nūq̄ȝ caret exuberantia sanguinis.

¶ De passione mēbroꝝ neruosoꝝ.

¶ Quocūqȝ humido replente venas ceterosqȝ meat⁹ imoderate pūt ⁊ nerui ⁊ lacerti ⁊ chorde mollificari sup̱flue.

¶ Lacertus imbibitus aquosa humiditate vel infusiua sedibus correspondet nimium remollitis.

¶ Chorde remollite cedunt:sed nō obediunt pulsantis imperio.nam regere nequeunt ad mouendū aerem vel sanādum pre nimia laxitate.

¶ Lacertus mollificatus perdit cōstantiā nālis firmitatis ⁊ laxitate cadit a naturali situ.

¶ Corruēs lacert⁹ pre nimia laxitate sequit̄ via centri.

¶ Lacertus prostratus laxus seu naturaliter prolongatus nequit sursum seu lateral'r mouere iuncturaȝ cui superiacet aut deputatur ad mouendum.

¶ Mēbra relaxata pre nimia laxitate nō solū impotentia sunt ad motū:sed etiam ad sensum inepta.

¶ Quia tēperamēto spiritus aialiū ꝑficit̄.iō sensus deficit vbi nō admiscent̄ aut eoꝝ tēperantia corrumpit̄.

¶ Membra q̄ corruerunt spūs nō recipiūt vt solebāt:⁊ susceptos extinguunt arctando ⁊ humectando.

¶ Quanto digniora sunt opera spūs aialis tanto temperamentū eius melius est q̄ȝ in ceteris.

¶ Quod magis elongatur ab excellētijs semper facili⁹ vincitur ab extremis.

¶ Cuius.temperantia magis declinat in alterum extremorum corrumpitur leuiter ab illius oppositis.

¶ Pre cunctis spiritibus est aialis subtilior atqȝ lucidior ⁊ minus calidus:quapropter imoderata caliditas ⁊ frigiditas velocius eū distemperat ceteris.

¶ In medicatione vlcerū diuturna inguinaliū aut vicine regionis nisi coxe protegant̄ operimentis periculuȝ est in posterum spasmari lacertos eoꝝ.ac tantum infrigidari vt sint admodum inepti.

¶ Quod autem obtenebrat ⁊ ingrossat citius extinguit ⁊ sterilem efficit.

¶ Membrū paralyticum.lȝ sensu priuetur ⁊ motu calere pōt vt in sangui eis q̄ venaꝝ ⁊ arteriaꝝ bn̄ficio nō ꝓuant̄.

¶ De spasmo.

¶ Repletio vaporosa ꝯm latū offendens organa motionis ⁊ longitudinem cōtrahenda spasmat.

¶ Repletio infusiua vel aquosa mollificans oēs partes instrumenti motiui paralyticat ipsum.

¶ Spasmo repletionis resolutiua magis:paralysi exiccatiua magis conueniunt ⁊ ruptiua.

¶ Uniuersalis ablatio vel diminutio subita motus voluntarij frigiditatē ⁊ humiditatē cerebri significat.

¶ Ablatio humiditatū repletionem vt in apoplexia.

¶ Diminutio ⁊ laxitas siue stupor frigiditatem ⁊ humiditatem significat.

¶ Permutatio motus vel innaturalitas motus ⁊ spasmositas diuȝ mēbroꝝ subiecta corruptā humiditatē cerebri vt vaporē venenosuȝ aliūde veniētē ī epilepsie spēb⁹ signat.

¶ Spasmositas vl'is paulatiȝ mēbroꝝ siccitatē signat.

¶ De visu.

¶ Lapsus cerebri nerui optici tunicaꝝ oculi vel humoris eius aut spūs ingerunt visui nocumentum.

¶ De mēbris organicis.⁊ p̄ de passionibus oculoꝝ.

¶ Illesis organis potest spūs vitiari vaporibus:vt confirmat scothomia ⁊ vertigo.

¶ Nō patitur lucem solis oculus plenus aquositate.

¶ Quibuscūqȝ vapores cholerici aut calidi a stōcho resoluti visum obtenebrāt his in fine refectiōis expedit aquā sumere frigidā cū manifesta siti ⁊ maxie circa somnum.

¶ In habentibus palpebrā scabiosaȝ vel piloꝝ reflexionē pungenteȝ oculus ꝓfluit lacbrymis incessanter.

¶ Quibus cerebrū rheumatiçat ⁊ cibis ingurgitant̄ vel potib⁹:oculi quauis aura leuissima ꝓmptissime lachrymant̄.

¶ Quibus palpebra sup̱ior pre magnitudine cōplicat̄ in oculū necesse est orbē eius pungere suis pilis.

¶ Rugosa palpebra si deturbet̄ i medio cessabit cruciare.

¶ Si ruga superueniēs in medio palpebre forpicibus aut diu ꝯstricta cū mascellis inflexibilib⁹ decidat arefacta mātica palpebralis oculo poterit cōfirmari.

¶ In palpebra moderata si pili reflectant̄ oculum cū fuerint extirpati mox cōuenit situm eorum cum acu profunde cauteriçare.Sanato cauterio meatus vnius pili cauteriçandus est alter porus:⁊ interim ceteri reflexi cum exterioribus glutinentur.

¶ Palpebra scabiosa cum īuersatur granosa ⁊ rubea fit semper est grauis.

¶ Pinguedo ꝯgesta īter intrinsecā tunicā ⁊ extrinsecā ⁊ nodus ⁊ scabies palpebrā grauāt ⁊ oculū ꝓhibēt aperiri.

¶ Uenositates in cornea ināles semp̱ ꝓcedūt a ꝯiunctiua:⁊ ideo cū extirpant̄ ab ea marcescunt in cornea.

¶ Uulnerū cicatrices in cornea semp̱ albe:que xo in coniunctiua vtplurimum rubee.

¶ Uidere clare res paruas tm̄ ex ꝓpinquo claritatē cerebri significat cū siccitate ⁊ paucitateȝ spūuȝ.

¶ Uidere turbide res grossas tm̄ ex ꝓpinquo turbiditatē cerebri signat ex mā vaporosa in venis eius:imo in rethi.

¶ Quibus vterqȝ oculus caligat altero clauso clari⁹ videt:

¶ De aurium passionibus.

¶ Ablatio auditus ⁊ diminutio frigiditatem cerebri vel instrumenti significant.

¶ Permutatio auditus audire impetum aque campanas sufflationes ventoꝝ malleationes cōcussiones arboꝝ tonitrua fricatiōes imoderatā siccitatē in media parte cerebri aut velaminū significat.res grossas vapores aut ventositates aliunde venientes vel ibi generatas. Audire quasi a remotis humiditatem.

¶ Quibuscūqȝ post obturationē auris reuiuiscit auditus hunc ꝓculdubio frigiditas hebetauit.

¶ Densatio rheumatis intra caput non solum parit grauedinem:sed tinnitum.

¶ Surditas magna ⁊ antiqua medicaminis auxilia non admittit.

¶ Surditas paulatim sup̱ueniēs ⁊ ꝯtinue cuȝ feb.vel sine feb.ꝑpetuat̄ maxie q̄bus etas declinat manifeste.

¶ Quemadmodū naturales effluxiones auriū fellee surditate sup̱ueniēte curant̄:ita ⁊ surditas fellis emendatur liquoribus:⁊ maxime aurium.

¶ Olea nitro ꝯdita vel acutis aperitiuis fellib⁹ cōparant̄.

¶ In vulneribus auris precipue longi temporis fabularū auditus vincandus est ⁊ sonorum.

¶ Fluores aurium diuturni temperandi sunt non cōstringendi ⁊ maxime subito.

¶ De passionibus narium.

¶ Ablatio odoratus siue strictura ⁊ eius dimissio sine opilatione nariū frigiditatē cerebri significat.

¶ Permutatio odoratus fetor siue imunditia nariū hūores corruptos significat in cerebro.

¶ Olfatus recenter amissus acutis odoribus ⁊ ophthalmicis restauratur frigidis ⁊ humidis liquoribus ⁊ viscosis diminutis.

¶ Quibus olfatus triennio defuit semper deficiet.

¶ Carentes olfatu nec delectari nec tristari pn̄t odoribus.

¶ Quicūqȝ diligēti⁹ vigilādo q̄ȝ dormiēdo caput operiūt

bis vtplm sanguis e naribus crebro instillat.

¶ Si fluens aquositas in coriçam subito restringatur non solū grauabitur prora capitis:sed auditus ꝛ visus recipiēt nocumentum.

¶ Indecens rubedo nasi ꝛ maxillaꝝ cū manifesta venositate illaꝝ partiū nequit extergi quousqꝫ ruptorijs corrosiuis vultui ꝓportionatis extirpatio venaꝝ premittat̄:cicatrix ibidem equalis ꝛ solida procuret̄.

¶ Doctrina secunda de consideratione memorie ꝛ aliaruꝫ virtutum sanitatis cerebri.

Exterior excedens frigiditas ledit memoriaꝫ precipue nocturna ꝓpter malam capitis coopertura m.

¶ Caliditas intēsa valde qn̄qꝫ ꝑmiscet rōnē ꝛ memoriam:ꝛ illam inde ledit.

¶ Excedēs cibi ꝛ potus q̄titas memoriā multū ledit.

¶ Ciborū fumosoꝝ comestio ꝛ potus vt allioꝝ porroꝝ ceparū porri casei ꝛ leguminū v̄tuti nocēt plm memoriali.

¶ Ex frigidis fructib⁹ atqꝫ humidis ꝛ alijs crudis refectio ledit memoriam atqꝫ corpus.

¶ Fructuū stipticorum vel per nām aut per artem post comestionem temperata acceptio ꝓhibendo fumos eleuari memoriam iuuat valde.

¶ Fructibus aliquibus per assationē stipticis bonitas acqritur sicut sunt pira hyemalia regulata:sicut ꝛ sunt auellane castance nuces atqꝫ ficus.

¶ Carniuꝫ nō castrati arietis medulleqꝫ mutonis frequēs comestio a tota ꝓprietate memoriā debilitat atqꝫ ledit.

¶ Temperatoꝝ ciboꝝ ꝛ potus:sicut gallinaꝝ ꝛ perdicuꝫ:precipue cerebellorum:earum tēperata refectio nō tm̄ cōfortat memoriā:sed etiam totum corpus.

¶ Potus excedens vini vel aque specialr̄ excedētis frigiditatis actualis corpe nimis calido calorē nālē depauperat stōcho:ꝛ ꝑ ꝯn̄s memoriā debilitat atqꝫ ledit.

¶ Potus post cōmestionē dū cibi fiat ebullitio digōnē interrumpens:memorie ꝛ cerebro nocet valde.

¶ Ante refectionē corpis ꝓcurare moderatuꝫ ꝛ cōueniens exercitiū nō tm̄ memorie:sed ceteris virtutibus ꝓdest valde.Spatiari eniꝫ ꝛ delectari sensui sunt intellectus.

¶ Quies aūt supflua calorē debilitat:supfluitates retinet ꝛ aggrauat:quare ledit memoriā ꝛ vsurpat.

¶ Somnus superfluus ꝛ vigilie nimie caput:ꝛ etiam memoriam valde ledunt.

¶ Somnus comestioni ꝓpinquus ꝓusq̄ cibus ad funduꝫ stōchi descenderit surripit memoriā atqꝫ aufert.

¶ Superfluitatū per intestina per nares per palatū ꝑ vrinā per os per aures:ꝛ ꝑ fricationē capitis cū pectine cōueniens et debita expulsio cōfert virtuti plurimū memoriali:ꝛ hoc est post somnū ꝛ exercitiū faciendum.

¶ Solicitudo visoꝝ seu auditoꝝ frequēs recordatio memoriam corroborat ꝛ confirmat.

¶ Gaudium temperatum ꝛ honesta delectatio non solum memoriam:sed virtutem intellectiuam:ꝛ ceteras virtutes corporis etiam iam augumentat.

¶ Sepe lauare pedes in aqua calida in qua bullierint mellissa:ꝛ folia lauri:camo.ꝛ similia memorie capiti ꝛ oculis valde confert.

¶ Dormire calciatis pedibus precipue sotularibus memoriam impedit atqꝫ sensum.

¶ Lauare caput de decimo i decimū diē cū lixiuio in quo calefacta fuerint camomilla:mellissa:vel saluia:vel maiorana:vel lauri folia ꝛ silia:memoriā corroborat ꝛ ꝯfirmat.

¶ Stare pedes post comestionem suauiter deambulare multum expedit atqꝫ confert.

¶ Coriandri preparati post comestionē assumptio ꝓhibēdo fumos ad caput ascendere memoriā multū iuuat.

¶ Masticatio masticis cū modico.ʒ.ß.facta ieiuno stōcho ab humiditate flegmatica sine molestia caput purgat:ꝛ inde impedita memoria confortatur.

¶ Pliris cū musco passule ꝛ anacardina cōfectio mirabolani quoqꝫ cōditi cōfortant memoriā ꝛ restaurant.

¶ Doctrina tertia in qua cadunt canones egritudinū mēbroꝝ spūaliū nutritiuoꝝ ꝛ gn̄atiuoꝝ:ꝛ ꝑ de spūalibus.

Pthisici ꝛ quicūqꝫ extenuati celerrime caliditatib⁹ aeris in ꝓfūdo corporis alterantur:maxime si rari fuerint naturaliter vt cholerici:vel accidētaliter:vt q diu febribus languerunt.

¶ Quicūqꝫ febricitātes exposuerunt mēbra nuda frigido cōtinenti vel vt in laboriosis febribus dolorē in articulis patiuntur ꝛ molestam incurrunt tussim.

¶ Extenuatos precipue iacentes in mansione frigida vel rheumatica tussis infestat nisi tunicatis brachijs ꝛ torace iacuerint ꝛ capite pileato maxime si rasum extiterit.

¶ In extenuatis corporibus panniculi spūales ꝛ aiales ꝛ cerebruꝫ repente ꝛ imoderate ledunt̄ a frigido aere vel a quibuscūqꝫ actualiter frigidis.

¶ Repentina pāniculoꝝ spūaliū infrigidatio subitam introducit anhelandi difficultatem qui si nimiū cōtrahant̄ imoderatum causabit dolorem:ꝛ interduꝫ syncopim atqꝫ mortem constrictis capsulis cordis.

¶ Tunica lanea q̄re sensibilr̄ calefacit ꝛ angustiat patiētē. bombicina v̄o vel sericina vl̄ linea iterclusa bombace sufficiēter a frigore ꝓtegit neqꝫ estuatiōe vexat infirmū.

¶ De sudore.

¶ Quotiescūqꝫ sudauerint tunicati maxime graciles expedit mutare tunicā ne corpus ledat̄ infrigidato sudore.

¶ Quanto tunica calidior aut minus fuerit spongiosa:tāto copiosius reflectit sudorē:ꝛ ideo conuenit in predictis festinantius deponere.

¶ De epate calido.

¶ Quibuscūqꝫ caliditas epatis causat constipationem ab aquosis dulcibus velut vuis ꝛ cerasis fortius constipant̄: maxime si fuerint meseraice late:nam terreuꝫ fortiter exiccatum constipat intestina.

¶ In habentibus meseraicas latas ꝛ epar calidū multitudo potus:non tm̄ imoderata cōstipationē ꝓhibēt solui frigidioribus ei intestinis nimiū mollificatis nequeunt inferiora superioꝝ cōstrictione iuuari.Si v̄o imoderata fuerit nec epar attrahere nec intestina potuerūt retinere.

¶ De febribus.

¶ Qui in multis tēporib⁹ in ꝯtēplatione vixerūt:ꝛ maxie cibo paucissimo celeriter eos feb.vitali depaupat spiritu.

¶ De administratione vini in febricitantibus.

¶ Quibuscūqꝫ febricitantibus arterie sunt anguste modicumqꝫ spirituum cōtinentes necesse est vino subtili ꝛ debili spiritus fouere vitales.

¶ Febricitantes qui penuriam spirituuꝫ patiunt̄ nisi vino caute refocillentur cito deficiunt.

¶ Quibuscūqꝫ febricitātibus stōcus fuerit frigidus caput aūt forte:ꝛ vix passibile vinū cōgruentius ministrat̄.

¶ Soliti sudoris ablatio taꝫ in sanis q̄ in lapsis:ꝛ maxie febricitantib⁹ opilatos aut clausos indicat poros cutis.

¶ Febricitantes ex putrida carnosos necesse est ad aerem subtilē ꝛ liberum transportare:maxie si poros habuerint opilatos:ab esu quoqꝫ carniū ꝯuenit eos abstinere penit⁹.

¶ De voce.

¶ Diminutio vocis euanescens per clamorē ꝛ loquēdi conatum aut per sudorem ꝛ calefactionem ex motu a frigiditate causatur ꝛ partim ex humiditate.

¶ Vox rauca in loquendo ⁊ nō in clamando: vel in loquē do submisse ⁊ nō alte humiditatē tm̄ circa epiglotū esse significat: que per clamorē excutit̄ aut cōsumit̄.

¶ Rauca vox in clamando significat humiditatē dissolutā ex conatu ad organū vocis ꝓcedere: si cū rascatione ex capite, si cū tussi aut cuꝫ subito saltu granoꝝ ad guttur intercipientium vocem a pulmone procedit.

¶ Quorum caput humidū est ⁊ rheumatismis abundans in acutis vocibus festinanter mutescunt.

¶ Raucedo quā introducunt fortes ⁊ subite alterationes qualitatū oppositarum vtplurimū est perpetua.

¶ Quicūqꝫ masticabilia bene deglutiūt. potabilia vo trāsglutire nō possunt vl̄ difficil'r his vocalis arteria neqt obturari sufficienter ab epigloto ex vno qdeꝫ latere si diffici liter aut ex ambobus simili modo valeat deglutire.

¶ Si trachea arteria ꝓhibeat̄ obturari ex vno latere ꝑ ptē oppositā lateris ingeniat̄ natura potum traycere.

¶ Nimius ⁊ assiduꝰ cantandi vsus vel alte clamādi pectoris meatus dilatat: ⁊ pāniculos spūaliū mēbroꝝ relaxat.

¶ Quibuscūqꝫ spūaliū meatus nimiuꝫ dilatant̄ his attractus aer ab eoꝝ pectore cito egreditur.

¶ Aer inspiratus si moderata dispensatione nequeat expelli vocis officiū nō poterit diu cōtinuari.

¶ Quibuscūqꝫ cantantibus inferior clibanus aut stōchus estuat. als. resonat his multa ventositas ⁊ subtilis ibidem includitur circa frenem: aut circa stomachum habentem tunicas siccas ⁊ tenues.

¶ Quibuscūqꝫ sanguis flegmaticus dn̄at̄ ⁊ viscera sua naturalr̄ sūt calida ⁊ robusta his flegmatica superfluitas ad cutem copiose ꝓpellit̄ ⁊ candida morphea sepius maculant̄: hoc aūt illis precipuē contingit.

¶ Sicut anhelitus ⁊ insufflatio cuꝫ ictu ⁊ vox ⁊ loquela sūt actiones per ordinē se habētes cū ledit̄ ex priorib' nec io ledit̄ qlibet illi posterior ⁊ nō ecōuerso. Similr̄ in digestione prima secūda ⁊ tertia: necnō in sensu ⁊ imaginatiōe extimatione ⁊ memoria: ⁊ sic de alijs.

¶ Sicut anhelitu leso ledunt̄ lacerti pectus ambientes sic lesa tm̄ insufflatione ꝑ necessario patiunt̄ lacerti que sunt intra costas. Et lesa solū ictuali patiuntur gule lacerti: lesa quoqꝫ voce tm̄modo ledunt̄ solū musculi gutturis hoc est regionis epigloti. Si tm̄ loquela ledit̄ sine precedentibus tm̄ ledit̄ lingua vel aliquod coadiuuantiuꝫ membroꝝ ad loquelā: vt labia: dentes: palatum ⁊ nares.

¶ De passionib' mēbroꝝ nutritiuoꝝ: ⁊ pmo meri ⁊ stōchi.

¶ Quibuscunqꝫ subito ⁊ sine nausea globus aut nodus ab ore stōchi ad guttur ascendere vi⁊ cibi transituꝫ ipedire his grossa ventositas inter hysophagū ⁊ lacertos cōcludit̄ aut inter tunicas meri si cum dolore ascenderit.

¶ Quibus vo cū fastidio ⁊ nausea globus ascendit glomeratos lumbricos superius pelli significat.

¶ Quoscūqꝫ solicitudo imoderata vexauerit somnū impediens nālē: si copiose reficiant̄ necesse est eos indigestiōe grauari ⁊ rheumatismis refluere: quapropter timendū est hydropisim aut obliuionē. idest lythargiā aut scrophulas aut glandulosas collectiones generari nisi supuenerit fluxus ventris. Et si solicitudines iportunas sepe timor cōcomitat̄. alienationē vel cardiacā periculū est oriri.

¶ Importuna solicitudo corp' macerat ⁊ extenuat: precipue si crebra tristitia vel illud cōcomitetur.

¶ In pruritu ⁊ pustulis saniosis pedū ⁊ tibiaꝝ expedit calciamenta deponere saltim stricta ⁊ lanea.

¶ Fomentationes aque calide sunt vitande: sꝫ carnosis est vtile balneum aque frigide.

¶ Quibus epar calidū ⁊ stōchus frigidus necessariuꝫ est venas eorum crudis humoribus ⁊ flegmaticis abundare precipue si copiose reficiantur. naꝫ cruditas chili ꝑ actionem epatis nequit corrigi.

¶ Quibuscūqꝫ sitis ex salso flegmate causat̄ his vinū purū vel aqua calida sedat efficacius eā q̄ mistū vel frigida.

¶ Quibuscūqꝫ tendit̄ cutis immoderate: sicut hydropicis vel sudare nequeunt vel difficiliter: etenim pori tensione stringuntur ⁊ obliquantur.

¶ Quoscūqꝫ sine feb. vexauerit amaritudo si deliquerit sūpto cibo necesse est hos aut induratis ⁊ aridis fecibus cōstipari vel preter solitum ad pilorum. idest ad fundum vētris effluere choleram. Si vo sumpto cibo ⁊ maxime humido nil remittatur aut paruꝫ necessē est in venis oris stomachi concludi choleram.

¶ Quibus in ore stomachi cholera cōcluditur. al's. conculcatur. hos dolor prograuat in prora capitis ⁊ amaritudo ⁊ siccitas cholerico molestantur.

¶ In crapulosis habentibus ventrem stipticum vtplurimum scrophe multiplicantur.

¶ Quibuscūqꝫ stropus abundat intus ⁊ exterius his extrema cito infrigidant̄: grauissima quoqꝫ sunt corpora ⁊ mox in labore deficiunt.

¶ Vorantes ⁊ quicūqꝫ deglutiūt vtpl'm cibuꝫ imasticatuꝫ nō euadūt capitis nocumēta. nā aut visus caliginē aut dolorē aut putredinem dentiū patiunt̄: aut aliquā cephaleā.

¶ Quibus cor est paruū ⁊ epar: anguste sunt oēs vene.

¶ Quibuscūqꝫ febricitātib' stōchus fuerit frigidus. caput aūt forte vix passibile vinū cōgruētius ministratur.

¶ Quibus craneū spissuꝫ ⁊ cerebrū medullosuꝫ ⁊ temperatum miringe quoqꝫ solide talibus vtplurimū caput forte nec leuiter patiuntur dolores in eodem.

¶ De epate.

¶ Quibus epar est calidū necesse est chymos corpis q̄tūcūqꝫ crudi extiterint aliqualr̄ sint acuti.

¶ In habentibus epar calidū ⁊ meseraicas latas vtpl'm sicce sunt egestiones ⁊ velut aduste.

¶ Corpora que crudis ⁊ acutis abundant chymis cōtrariarum qualitatū mutationibus alterant̄: ⁊ cū exercitijs incalescunt punctis. idest pustulis rubeis ꝑus maculata cutis tandem albescit. ¶ Calidi enim ⁊ acuti humoris ipressio vaporosa preuenit frigidi ⁊ compacti humoris impressionem: que tardius illo dissoluitur.

¶ In qbuscūqꝫ corpib' abundauerint chymi crudi si calidi ⁊ acuti humoris ipressio excedens supuenerit in aliqua pte corpis imoderatā illi' ostēdit malitiā: qr nimis est fortis ignis q viget in aqs vel q in aqua nō extinguit̄.

¶ Epar hn̄s calidū ⁊ cholericum si ceciderit in asclitē vel hyposarchā: neqꝫ calidis neqꝫ frigidis poterit emendari: sed sufficit medico retardare periculum.

¶ Cholerici ⁊ in qbus epar est calidū imoderato potu vel vsu fructuū aquosorū in hyposarchā: interdū ⁊ sepius incidunt in asclitē. His vo assistētib' igni: sicut exigit cocoruꝫ officiū crebro ꝑcutiunt̄ arthetica vagatiua cruda aq̄ sitate petēte iuncturas q̄ sepi' motu dilatant̄. vt spōdile lūboꝝ.

¶ Quibuscūqꝫ languētibus asclite vel hyposarcha supuenerit carbunculus vel antrax proculdubio mortem vicinam esse denuntiat.

¶ Quibuscūqꝫ iuuenibus epar calidum constipationē inducit his potus aque frigide subuenit precipue si sumatur circa principium refectionis.

¶ Quibus vapores a stomacho cholerico vel calido resoluti visuꝫ obtenebrāt: his in fine refectionis expedit aquā sumere frigidā cū manifesta siti: ⁊ maxime circa somnū.

¶ Qui lacticinijs cibis ⁊ piscibus atqꝫ oleribus vescuntur vtplurimū necesse est horū sanguinē abundare flegmate: maxime si cum his fructibus aquosis vtantur.

¶ Quibuscūqꝫ sanguis flegmaticus dominat̄ ⁊ viscera sua nāl'r sunt calida ⁊ robusta: his flegmatica sup̄fluitas ad cutem copiose ꝓpellit̄. ⁊ candida morphea sepius maculantur: hoc autem illis precipue cōtingit quibuscunqꝫ sub vestibus crebro sudor concluditur.

¶ Circa ventrem vbi sudor maxime coarctatur morphea sepius incipit: ⁊ ad superiora sepius protenditur vaporis flegmatici motum sequens.

¶ Purgati ⁊ alimenta flegmatis euitātes a morphea celeriter emendātur aquis sulfureis ⁊ ardentibus atqꝫ ruptorys medicinis.

¶ De intestinorū ⁊ partiū ventris passionibus.

¶ In diuturnis vētris solōnib⁹ nisi caute protegat̄ ancharuꝫ regio patiensqꝫ sederit in sella pānis calidis circūtecta vexabit̄ in posterum nephresi vel dolore lumboꝝ.

¶ Quibuscūqꝫ vexatis tortionibus aut alys ventris doloribus absqꝫ feb. vel vlcere non remediant̄ per calefactoriuꝫ vel clystere vel balneum aque calide his philonium aut alia ex magnis opiatis recentibus aut nō recentib⁹ senibus aut iuuenibus conuenit ministrare.

¶ Quibuscunqꝫ venter fuerit stipticus ⁊ chymi crudi atqꝫ acuti multiplicant̄ in venis vtplurimum scabie vexantur ⁊ immunditys cutis.

¶ Iuuenes qui a fluxu cholerico molestant̄: ⁊ maxime in estate copiosus potus aque frigide liberat si sumatur vrgēte siti: precipue circa refectionis principium.

¶ Iuuenibus cholericis in vys vrinalib⁹ vlceratis fluxū patiētib⁹ vrinalē expedit abstinē a potu vini: ⁊ maxīe acuti.

¶ In assuetis diu sedere quoꝝ mens studio distrahit̄: p̄cipue quando diuersoria sunt remota nimis retenta coarctātur egestio ⁊ vrina.

¶ Quibus egestionis ⁊ vrine superfluitates diutius retinētur necesse est lumborum: aut circumiacentium membrorum passiones incurrere.

¶ Assuefactio simplicis suppositoꝝ vel clysterys in illis q̄ a ꝯstipatione grauant̄ quotidiana nō offendit nām.

¶ In regulariter ꝯstipatis obseruātia diete laudabilis visus nocumēta nō corrigit: sed ꝓhibet augumētari: ⁊ iō melius est vt corrigatur ſm q̄ nature cursus permiserit.

¶ Intentiones reruꝫ conspectarum tempore generationis efficaces in genitis relinquunt impressiones.

¶ Vigilie vespertine solemnitatis ventralis leuitatē strangulant matutinam.

¶ Quibuscūqꝫ vēter imoderate tumescit absqꝫ dolore vel impregnatione his inter syphac ⁊ nutritiua multa coarctatur aquositas velut in asclite sicca: ⁊ multa ventositas: vt in tympanite: vel si mulier fuerit a matrice extensa a ventositate mediocris tumor causari potest.

¶ Venter qui mediocri ventositate tumescit exterius percussus tympanizat interius.

¶ Si vetus clausus in matrice tetenderit mulieris vētrē: tunc exitus femine .i. vulue septus sepius ructuabunt.

¶ Quibuscūqꝫ ventus a syphac retinetur his sumptis aperitiuis ructuat per os sursum.

¶ Tumor qui delitescit fomentis moderate calidis: ⁊ īfra diem naturalem resurgit: aut circiter a tenui vel mediocri ventositate causatur.

¶ Doctrina quarta. De conseruatione sanitatis.

Conseruatio sanitatis in lapsis corporibus cuꝫ his que lapsuꝫ corrigunt leuiter securius exercetur.

¶ Etas ⁊ inata cōplexio atqꝫ ꝯsuetudo semꝑ attēdi debēt in moderāda vtute correctiuoꝝ.

¶ Vbi cōplexio nālis cū etate cōiungit̄ declinanti precipuum est vsus temperatoꝝ in qualibet anni quadra.

¶ Sicut calidiora modicū tēperatis conueniunt vsui tēpore hyemali: sic estatis tēporibus frigidiora cōceduntur.

¶ Doctrina quinta. De cōferentibus ⁊ nocentibus iuncturis: ⁊ p̄mo de nocentibus.

Assibilitas iuncturarū nequit vsum nocentium in quantitate notabili tolerare: pedes corporū predictoꝝ aer offendit excellenter infrigidans ⁊ faciens estuare. oīs fatigatiua deambulatio ledit eos: ⁊ maxime sumpto cibo. ꝓlixaqꝫ suspensio pedū facit idē.

¶ Hyemalia pira ⁊ mala coctana castanee: vue brumales: ⁊ sube leguminū ⁊ raparū iuncturis oīb⁹ aduersant̄.

¶ Lactans porcellus aut fluuiales aues: ⁊ vetuste galline perditial'r feriūt iuncturas īferiores cū modico īteruallo.

¶ Minas terribiles infert iuncturis lesis ⁊ capiti qui lac animalium cum cibis ⁊ vino frequenter sumit.

¶ Pisces belluales: vt murex ⁊ anguilla iuncturis inferioribus semper inimicantur.

¶ Potus qui non expectat iudiciū vere sitis iuncturis ministrat grauamina lesionis.

¶ In dormiētib⁹ nimis ledit articulos ōcubit⁹ resupinus.

¶ Sicut auarus vēter opprimit omnes artus sic eius quotidiana largitas fouet eos.

¶ Extremis artubus natural'r excitat iracūdia tēpestatē.

¶ De conferentibus iuncturis.

Flores amygdali: necnō mirthi ⁊ camomille melliloti atqꝫ rose semper iuncturis possunt cōuenienter administrari.

¶ Arborus ⁊ edera nō arborea: sed terrestris iuncturis oībus specialiter amicantur.

¶ Nux indica iuncturis ⁊ neruis p̄re ceteris terre nascentibus multipliciter est amica.

¶ Saluia paruꝫ cocta ⁊ crebro sumpta in fine refectionis ministrat eis inextimabile iuuamentum.

¶ Qui sepius calcat vuas ac musto recenti balneat pedes suos rarissime podagrizat.

¶ Florib⁹ alcāne laxi pedes fragiles ꝑpetuo roborant̄.

¶ Verbena gestata recens circa colūnas pedum viribus occultis prebet iuuamen eisdem.

¶ In terris alumiosis pedib⁹ nūq̄ deest robur ꝓsperitat̄.

¶ Fomentationes quoqꝫ aque calide sunt vitande: sed carnosis est vtile bal. aque frigide.

¶ Celeste sigillum dolores pedum fugat in eternum.

¶ De febribus.

¶ Qui in multis temporibus ⁊c̄.
¶ Quibuscūqꝫ febricicantibus arteti. ⁊c̄.
¶ Febricitantes qui penuria spirituum ⁊c̄.
¶ Soliti sudoris ablatio ⁊c̄.
¶ Febricitantes de putrida ⁊c̄.
¶ Quibuscūqꝫ febricitantib⁹ stōchus fuerit frigidus ⁊c̄.

¶ De apostematibus.

¶ Quibuscūqꝫ scrophus abundat ⁊c̄.

¶ De sudore.

¶ Quotiescūqꝫ sudauerint tunicati ⁊c̄.
¶ Quanto tunica calidior ⁊c̄.
¶ Soliti sudoris ablatio tam in sanis ⁊c̄.
¶ Quibuscūqꝫ tenditur cutis ⁊c̄.
¶ Circa ventrem vbi sudor ⁊c̄.
¶ Purgati ⁊ alimenta flegmatis ⁊c̄.

¶ Expliciunt aphorismi p̄ticulares ab Arnaldo de Villa noua editi ingenys nocuis curatiuis ⁊ preseruatiuis morborū spirituales partes corpis humani respicientes.

Deo gratias.

¶ Incipit

¶ Incipit liber de parte operatiua magistri Arnaldi de Villa noua.

SAnitas pro tanto finis dicit medicine: qm est illud in quo quiescit pncipiuz .s. medicus vel minister nature inquantu est operans per arte: qzuis sanitas prout est in forma sanabilis no sit in parte pncipij predicti qd est pncipiuz extrinsecus .s. artis vel operantis per artem. In his enim operabilib⁹ in qbus soluz finis est bene operari: sicut in moralibus finis est in partez operantis: sed in his quorum finis est operatum: quadoqz est in parte operantis: sicut est de forma omnino artificiali: qnqz vo no: sicut quado forma que est finis operis non est absolute artificialis: ⁊ talis est sanitas: nam corpus eius principiu per se naturale est: per accides vo artificiale. Unde sicut finis agricole qui operatur per artez agriculture est fructus: qui tn non est in parte eius: sic ⁊ medicine vel medici finis est sanitas: ⁊ vlr in artibus ⁊ scientijs que habet adinnicez ordinem: finis posterioris est in parte prioris. ¶ Omne nocumentu actionis cuiuscuqz mebri significat in eo passionem: aut morbum priuatuz: vel ab alio mebro comunicatum. ¶ Omne nocumentu singularis actionis cotinuum causaz nocumeti significat esse mebro priuata. cuius actio leditur. ¶ Nocumeta cotinua plurimu actionuz habentium adinuicez ordinez significat membru prime actiois pati imediate: ⁊ posterioru actionum lesiones inde procedere. ¶ Ablatio representatiua cuiuslibet actiois absqz ca extrinseca testat exuberare humiditates. ¶ Omne nocumentu actionis interpolatu: no tamen interpolans ppter causaz primitiuaz: nisi sit paroxismale: sicut in epilepsia significat cam passionis esse intrinseca materiale: ⁊ aliunde mandari particule patienti. ¶ Causa passionis ab eo mebro comunicata patienti: eius imutatio precedit vel cocomitatur lesione patientis: ⁊ ad qua sequitur imutatio eius. ¶ Si membruz aliquod patiat ppter causam communicatam a membro vicino: vel colligato pculdubio aliqualiter imutantur ppter naturam cetera vicina vel colligata mebro mandati: precipue si fuerit sensus acuti. ¶ Omne nocumentu vicinuz in ramis alicuius mebri significat caz passionis in toto ramo contineri vel radice. ¶ Nocumentuz diuturnum qd in solo ramo manifestat non puenit a radice: sed pprium est illius. ¶ Omnis materia comunicata mebro patieti vel huor est vel aliquis vapor. ¶ Oe nocumentu subitu ⁊ momentaneu: si ab interiori processerit oritur a vapore. Si vo taliter no fuerit orit ab humore. ¶ Si morbus aligs aggrauet presente contrario vel precedente p accidens illud contrariu est causa grauaminis: sic accidit spleneticis ⁊ colicis: atqz nephreticis ex frigiditate: naz in feb. aut post feb. grauius molestant p vsuz aque: aut aliorum infrigidantiu contra feb. Si morb⁹ aliquis alleuiet presente simili: vel pcedente per accides illd cotingit. ¶ Quibus sudor: aut alia consueta euacuatio diu cessauerit: necesse est digestione in organis ipediri ⁊ nocumenta lese digestionis in interiorib⁹ apparere. ¶ Omne nocumentu actionis representatiuu ⁊ sine causa exteriori attestatur repletioni veteri vel antique. ¶ Sicut anhelit⁹ ⁊ insufflatio sine ictu ⁊ insufflatio cuz ictu ⁊ vox ⁊ loquela sunt actiones per ordinez se habentes cum aliqua ledit ex prioribus necessario leditur quelibet alia posterior: ⁊ non econuerso. Silr in digestione prima ⁊ scda ⁊ tertia: necnon in sensu imaginatioe ⁊ estimatioe ⁊ memoria: ⁊ sic de alijs. Sicut anhelitu leso ledunt lacerti pect⁹ ambientes: sic lesa tn insufflatioe pmo necessario patiunt lacerti qui sunt inter costas ⁊ lesa solum ictuali patiuntur inde lacerti: lesa quoqz voce tatumodo ledunt solum musculi gutturis: hi est regionis epiglotalis si tn loquela sine pcedentibus ledatur tn patitur lingua vel aliquod coadunantiu mebrorum ad loquelaz: vt labia dentes palatum ⁊ nares.

¶ Signa qbus cognoscunt dispositioes cerebri potissime innaturales aut lapse. Nocumenta sensuum subita ablatio oium humiditatu. Uisio alboruz flegma: visio nigrorum melancholia. Igneoruz ⁊ citrinoru choleraz: rubeoru sanguinez. ¶ Diminutio visus videre clare res paruas tn ex pinquo claritate cerebri cuz siccitate ⁊ paucitate spirituuz significat videre turbide res grossas tn ex ppinquo turbiditate significat cerebri ex ma vaporosa in venis ei⁹ vel rethi. ¶ Ablatio auditus: ⁊ diminutio frigiditatez: pmutatio auditus audire ipetuz aque/campanas/sufflationes ventorum/malleationes/pcussiones arborum/tonitrua/fricationes: vomitus imoderataz siccitate in media parte cerebri: aut velaminuz eius res grossas: vapores aut ventositates aliude venientes vel ibi generatos. Audire quasi a remotis huiditates. ¶ Ablatio ⁊ diminutio odorat⁹ sine strictura ⁊ opilone nariu: frigiditate cerebri signat. Permutatio odorat⁹. fetor siue imuditia nariu huores corruptos i cerebro. ¶ Nocumeta gustus ⁊ tactus pncipalr significat dispositiones primoruz organorum: ⁊ non cerebri: nisi in vniuersali sensus ablatione: sensus alicuius qlitatis manifeste significant eandem qualitatem in cerebro esse. ¶ Nocumenta interioris comunicationis ⁊ moris ablatio subita totius in toto cerebro frigiditate ⁊ humiditate ostedit: aut in his qui habent visiones ⁊ somnia frigiditate ⁊ humiditate. ¶ Ablatio ⁊ diminutio imaginationis ptis anterioris frigiditate ⁊ humiditate ostendit: stupor vigilatiu⁹ frigiditate ⁊ siccitate indicat: stupor somniculosus frigiditate ⁊ humiditate indicat. ¶ Permutatio imaginationis caliditate ⁊ siccitate. imaginatio in somnis somnia permutata seu confusa caliditate. Somnia quoruz no est memoria vel obliuio somnioru frigiditate ⁊ humiditatez. Somnia igneoru terribiliu citrinoru: ⁊ sic de similibus caliditate ⁊ siccitate. ¶ Ablatio ⁊ diminutio estimatiois: vt in ametia ⁊ stoliditate frigiditate ⁊ humiditate medie ptis: alienatio vel pmistio rois prauitate spiritus aialis in qualitatibus ⁊ in motu. ¶ Alienatio sine feb. declinans ad ira ⁊ audaciam ⁊ ferocitate. vt in mania manifesta ostedit caliditate ⁊ siccitate ⁊ feruidum motum spirituu: alienatio sine feb. declinas ad tristitias ⁊ timores: vt in melacholia frigiditate ⁊ siccitate. ¶ Alienatio cu feb. vapores calidos aut apostema caliduz in cerebro vel inferiorib⁹ circa spiritualia: vel et in matrice. ¶ Alienatio cuz fe. ⁊ inflatione oculoru ⁊ capitis ⁊ horrore luminis ⁊ insueta inuerecudia: vel audacia maxime cuz prominetia vel mobilitate oculoru: aut inuolutaria lachrymatione apostema calidu intra craneu significat. ¶ Alienatio cu febre ⁊ inequalitate: vel diuersitate ⁊ coangustatione anhelit⁹ sine manifesta imutatione oculorum ⁊ capitis ⁊ manifesta imutatione ⁊ contractioe hypocudrioru vel signis pleuresis apa calidu in diaphragmate vel vicinis pelliculis pectoris significat. ¶ Alienatio predicta cuz serenitate pulsus in saltu: aut tremore ipsi⁹ apa pdictu in velaminib⁹ signat: in velaminib⁹ capitis cu malleatioe ⁊ ceteris signis apatis capitij. In velaminib⁹ pectoris: cuz et signis apatis pectoris. ¶ Alienatio pdicta cu duritie doloris ⁊ inflatione oris stomachi atqz siti vel nausea predictu apostema in ore stomachi significat. ¶ Alienatio aute predicta cuz duritie ⁊ dolore ⁊ inflatione matricis apostema significat in matrice. ¶ Alienatio cuz corruptione phantasie vel imaginationis: ita vt ex vestibus: aut vicinis corporibus villos: aut paleas vel ea que no sunt nitatur corrigere: vel asserat se videre: vt ignes aut aquas: ⁊

Sis' dispositionu cerebri innaturalium.

etiaz recte cum loquat̃ ⁊ operet̃:⁊ preteritoꝝ recordetur apostema ꝑdictum in prora cerebri significat tm̃ esse:cum etiaz signis apostematis cerebri:vel sine his ei⁹ infectionē ex humore vel ex vapore. ¶ Alienatio vehemēs cū multa garrulositate:aut inordinata locutione vt dicēda nō recte dicere vel nō agēda operat̃ ꝑsentiā. Unde cognoscens ꝑterita bene recordās: ꝑpter turbationē operationuz estimationis ⁊ rōnis aliquod lesiuuz ꝑdictorū in medio significat esse cām. ¶ Alienatio predicta.s.cuz feb. vel etiaz signis apostematis capitis intra cum obliuione eius:qđ videt audit ⁊ petit significat ipsum esse in puppi:si vo fuerit absqz signis apostematis cerebri significat lesionē infrigidationis eiusdē partis tm̃modo. ¶ Alienatio ꝑdicta cum risu ⁊ distillatione sanguinis per nares ꝑminentia ⁊ rubedine manifesta oculorū lippitudine:⁊ multa rubedine lingue anteꝙ̃ nigrescat ⁊ hebetudie eiusdē:⁊ grauitate in loquendo:⁊ plenitudine venarū frontis ⁊ oculorū ⁊ frequētia sedendi:⁊ standi absqz necessitate apostema predictuz ex sanguine significat. ¶ Alienatio cū ira/⁊ rixa/⁊ clamore/⁊ audacia/⁊ multa mobilitate oculorū:⁊ asperitate lingue ⁊ citrinitate anteꝙ̃ nigrescat:⁊ multa loquela:⁊ expedita ⁊ vigiliarū assiduitate apa predictuz ex cholera rub. significat. ¶ Alienatio ꝑdicta cū ferocitate lupina:vel demoniaca significat apostema ꝑdictuz ex col.coadusta vel soluz infrigidatione cerebri ⁊ spūum ab ipsa deficiētib⁹ signis apostematis. ¶ Alienatio in qua manifeste leduntur diuerse mentis opōnes pluriū partiū cerebri lesionē significat:⁊ special'r corrūdentium lesis operationibus.

¶ Multitudo cogitationis instabilitas ⁊ variatio caliditatē:paucitas cogitatiōis fixio singularis frigiditatē. ¶ Obliuio vel ablatio ⁊ diminutio memorie frigiditatē ⁊ humiditatē puppis:memoria ꝑteritorum ⁊ nō ꝑsentiū caliditatez permiscentē. Memoria ꝑsentium ⁊ non ꝑteritorū frigiditatē hebetantē:itez ꝑteritorum non ꝑsentiuz lesionem prore.ꝑsentiuz ⁊ non ꝑteritoruz lesionē puppis. Itez obliuio cōplexorū lesionē puppis. ¶ Nocumēta motus volūtary vniuersalis ablatio vel diminutio subita motus volūtary humiditatē ⁊ frigiditatē cerebri significat ablatio humiditatē replentē:vt in apoplexia. Diminutio humiditatē infundentē:vt in paralysi ⁊ torpore:⁊ vniuersali pigritia. ¶ Inquietudo caliditatez ⁊ siccitatē:pigritia ⁊ laxitas siue torpor humiditatē ⁊ frigiditatē. ¶ Permutatio mot⁹ vel inaturalitas motus spamositas oium mēbrorū subita corruptaz humiditatē cerebri:vel vaporē venenosuz aliūde venictē:vt in epilepsie specieb⁹:spasmositas vniuersalis membrorū paulatim siccitatē significat. ¶ Somniculositas frigiditatē ⁊ humiditatē:vel humiditatē tm̃ resolutionem spirituū aīalium:vt in superfluis exercitys ⁊ coitu distractionē ipsorū:vt in ꝑncipys paroxismorū ⁊ sumpto cibo vigilantia siccitatē cerebri:vel vapores.aut humores acutos ⁊ pungitiuos. Uniuersal'r autē hec duo significant suas causas que in ꝑprys capitulis dicentur.

Signa lesionū opationū nālium cerebri.

¶ Lesiones operuz nālium cerebri denotant̃ in capillis ⁊ exeuntib⁹ ab eo:⁊ qualitate cutis capitis. ¶ Pili ortu ⁊ casu/colore ⁊ figura.celer ortus pilorū caliditatē. Tardus frigiditatē. Celer casus siccitatez:aut corruptos:aut acutos humo.ad radices illorū:tardus bone humiditatis abūdātiam. Nigredo caliditatē:albedo frigiditatē. Medius color mediū ꝭm plus ⁊ minus:planities humiditatē. Crispitudo siccitatē. ¶ Exeuntia per nares ⁊ palatuz abundantia defectu colore sapore ⁊ odore. ¶ Abundātia superfluitatis exeuntis abundantiā humoris ex quo causat̃ ⁊ fortitudinē expulsiue. defectus eius cū leuitate capitis siccitatē purā:defectus eius cū grauitate mordicatiua ⁊ inflāmatiua ⁊ cū citrinitate coloris significat cholerā intus clausaz: defectus cū grauitate extensiua pulsatiua ⁊ rubore coloris sanguinē significat. Defect⁹ cuz grauitate laxatiua somniculosa ⁊ albo colore flegma:defectus eius cū grauitate cogitatiua ⁊ vigilatiua fusco vel plūbeo colore meliam. Defectus cuz grauitate extensiua ⁊ tinnitu.⁊ ꝑmutatiōe grauedinis de loco ad locum materiā generatiuā ventositatis ⁊ vaporis cuz caliditate in ipso agente. ¶ Color ⁊ sapor superfluitatis exeuntis spēm humoris significat ex quo ipse generat̃ vel causat̃. ¶ Odor fetidus putredinē humoruz exeūtiū significat:vel in narib⁹ vel in prora:vt in polypo ⁊ coriꝫa cuz incipit inspissari ⁊ retineri:⁊ maxime in simis ⁊ habentibus nares strictas cutis capitis colore exituris ⁊ qualitatis tangibilis.

Signa iuuātib⁹ ⁊ nocētib⁹.

¶ Iuuantia ⁊ nocentia vel extrinsecus alterātia:cerebrum qđ iuuat̃ calefacientib⁹ excellenter frigidū est:qđ iuuatur calefaciētib⁹ moderate vel frigidū est:vel ledit ab humo. quē moderatus calor resoluit. ¶ Quod iuuatur ab infrigidantib⁹ calidū est. Quod iuuat ab humectantib⁹ siccū est: ⁊ econuerso. ¶ Qđ ab euacuantib⁹ leditur:vt flōmia vel coitu ⁊ ceteris siccū est. ¶ Qđ velociter calefit:calidū est: aut rarū. Qđ tarde calefit frigiduz est:aut densum. ¶ Qđ tarde abundat superfluitatib⁹ est siccū. Qđ cito abūdat humiditatib⁹ tēperate humidū est. Qđ cito abūdat hūiditatibus spissis acutis fetidis velut putridis ca.est ⁊ hu.cuius calor ēt trahēdo multiplicat hūiditates frigidius:maxime in gulosis ⁊ maxie potantib⁹. ¶ Qđ tarde ledit̃ a vaporibus vini forte est in virtute cōpactuz:⁊ quasi durū in substā. Quod cito leditur ab eo debile est ⁊ molle.

Sig. a q̃titate ⁊ figura capitis.

¶ Quantitas ⁊ figura capitis:cuius caput pronum male figuratuz cerebrū similiter ⁊ ineptum ad operam cōmunicationis ⁊ moris significat perfiduz timidum:⁊ mobilem ad iram:⁊ interdum ⁊ in omnibus hesitat.

Sig. sumpta a nat. cerebro.

¶ Nata a cerebro vel vicina. Aures tinnitu ⁊ dolore. Tinnitu vt in ꝑmutatione auditus:dolore vt infra. Oculi q̃litate q̃titate situ motu figura existentib⁹ ⁊ dolorib⁹. Oculi sicci siccitatem cerebri maxime prore. Oculi lachrymosi ⁊ lipposi sine morbo eoꝝ humiditatē ꝑtis eiusdē. Citrini ⁊ rubei caliditatē. plūbini ⁊ albentes frigiditatē. Magnitudo venarū caliditatē. paruitas cōtrariū. ¶ Prominentia oculorū apata ⁊ repletionē vasoꝝ cerebri:ꝓfundatio resolutionē plurimū eius sube:vt in vigilys coitu fluxu acuta febre ⁊ ethica. ¶ Mobilitas caliditatē:maxime coniunctaz siccitati inflāmationez phrenesim aut maniā. Defixus intuitus in vno loco frigiditatē/stuporē/terrorē/amentiā/ vel alienationē melicam. ¶ Uehementia timoris angustie desideriū delectatiōis resolōnis:vt in libidie. ¶ Tortuositas innata:vt in luscis humiditatē cerebri ⁊ mollitiē lacertorū oculi superueniens spasmū vel paralysim:vt in tortura ⁊ epilepsia ¶ Inuersatio palpebrarū apertio cuz immobilitate stupore cōgelantia. Clausio cum difficultate aperiendi lethargiā. ¶ Fluxus lachrymaruz insolitus absqz cā manifesta in egritudinib⁹ calidis inflāmationē ⁊ apa capitis significat. ¶ Nares exeūtib⁹. vt supra. ¶ Lingua colore situ:⁊ quātitate colore venarū que sub apparēt in ea. Citrinitas rubedo/viriditas/nigredo calitatē ⁊ apostema caliduz. ¶ Os exeūtibus exituris:fluor limositatis abundantia aquositatis. ¶ Singine colore tumore vuula silr:amygdale silr. ¶ Dentes colore dolore. ¶ Facies colore habitudine. Rubedo ⁊ carnositas dominiū san. Macies cum citrinitate dominium cholere. Macies cum tenebrositate dominiūz melācholie. Inflatio modica aquositatē in sanguine dñari:vt in cacochymia ꝑma ad hydropisim. ¶ Collū quātitate virtute collectionib⁹ forte ⁊ grossum:fortitudinē cerebri ⁊ abundantiā sube eius contraria cōtrariū :glādulosuz ⁊ scrophulosuz sup̃fluitates idigestas abundare

abundare in cerebro. ¶ Nucha & nerui quantitate: & virtute inter collum supple attestantur super principio.

Sig^a sum pta a mēbris cōicā.

¶ Membra remota a cerebro precipue cū eo colligantiā habētia operationē: & accidentib^9 suarū passionū. ¶ Pectus anhelitu meri deglutione stomachus inanitiōe repletione nausea vomitu appetitu; & dolore.

¶ Matrix inanitiōe repletione dolore pcipitatione suffocatione. ¶ Hemorrhoides inanitione repletione dolore. ¶ Uniuersalr autē si ad inmutationē factā in aliquo mēbro: vel in suis accidentib^9: seu passionib^9 quo ad qualitatē: vel quantitatē: aut tēpus fiat inmutatio in capite: vel in accidentib^9 passionū eius quo ad tria pdicta: & nō ecōuerso: certū est q illa mēbra cōicant capiti passionē.

Sig^a sum pta a dolorib^9 capitis.

¶ Dolores capitis: dolor capitis cōtinuus cām doloris significat in capite cōtineri. ¶ Dolor capitis interpolatus sine causa puata significat cām doloris ab alijs mēbris pcedere. ¶ Dolor q sentitur in pfundo venire vsq ad radices oculorū vel oculos cām doloris in substātia cerebri: aut in vētriculis eius cōtineri significat. ¶ Dolor qui nō sentit in pfundo: sed magis extra in alijs partib^9 capitis a cerebro cām doloris contineri significat. ¶ Dolor pfundus periodicus in fronte vel prora: maxime in altero cornu: siue cā pmitiua causā doloris significat oriri a stomacho. ¶ Dolor periodicus & pfundus semp & sepius eueniens in ieiuno: maxime si acutus fuerit vaporē acutū a stomacho pcedere ad caput significat: & stomachū naturalr esse calidū: aut calidis & acutis hu. accidentaliter aggrauari. ¶ Dolor periodicus & pfundus magis eueniēs a ieiuno: & totā prorā occupās: ac diuidens frontē per lineas circūquaq protensā: dum tñ sine ponderositate sit: & acumine cām doloris siccitatē eiusdē partis esse significat ab inanitione ieiunij: vel coitu: vel alterius ianiētis ipressā. ¶ Dolor periodicus pfundus capitis maxime lentus: siue causa pmitiua significat q pcedit a flegmate: vel a vapore resoluto a mēbro flegmatis copiā continēte.

Abscisio cārum.

¶ Abscisio cārum pmitiuarū regimen in dieta: regimē in motib^9 creticis: regimen in dieta phibens in sex reb^9 nocētiā supra tacta tandē cōmensurans eas: vt sint iuuātes in abscisione morbi: vel saltē neutre maxime in nutrientib^9: & dere qbus saluant virtutes & confortant.

Cōueniēs mēsuratio sex rerū.

¶ Cōmensuratio sex rerū: vt sint iuuātes approximare eas corpori in ea quātitate & qualitate q ipsimant effectū oppositū morbo in equali gradu vel ad cautelam esse in minori. Cū membrū pncipale nō sit fortibus subito alterandū pcipue in lentis & cronicis morbis aduersantis nature cōtrarijs abscindunt. ¶ Cōmensuratio sex rerū: vt saltē sint neutre approximare eas corpi ѕm q cōueniunt cerebro tēperato. Conferūt cerebro tēperato aer purus in substātia tēperatus in qualitatib^9 & tranqllus suauia aromatica & pportionata tēpori gestata vel in mansionibus posita caput: & collū mediocrib^9 operimentis in hyeme regere: alijs ꝯo temporibus caute detegere. ¶ Exercitiū pportionale corpori ante cibū: deambulatio moderata post cibū: pectinatio potius ante cibū. ¶ Fricationes suas extremitatū: nutriētia tēperata vel vicina temperamēto: cibus & potus fumositate carētes vinum debile vel bene lymphatū: mediocris refectio: leuis vel nulla cena. Exiguus potus: moderat^9 sōnus: & longe post repletionē maxime onerosam moderata vigilia: euacuatio debita fecis & vrine. tēperata capitis ablutio ante cibū: & famē frequens & tanta pro eodē ablutio cū calida: balneū rarum & tēperatum: coitus rarus & moderatus: gaudiū delectabile: studium & moderatū. moderata & placens solicitudo.

Regimē in motib^9 creticis.

¶ Regimen in motib^9 creticis iuuare nām ad perficiēdū creticā euacuationē quā nititur facere per eandē partē ad quā ipsa mouet mām si saluū fuerit vel secū: vel p oppositū si exinde periculū timeat. Per secessū lenientib^9 intestina: vrinas diureticis: p matricē & hemorrhoidā aperitiuis: p vomitū pvocantia: p sudorē vel per apostema sub aurib^9: vel alibi trahentib^9 medicinis vētosis: aut sanguisugis: cū tñ apa creticū qd erūpit sub aurib^9 nō est saluum sed timorosū: qr. v3. accidētia timorosa cōcomitant ipsū: vt alienatio / suffocatio / vel coarctatio gutturis: vel pre multudine mãe regurgitātis ad nobile membrū: vt cerebrum vel nobilis & supme nociue opōnis: vt guttur timet egrū perire pus q p eandē ptē mã trahet tutius est cā flōmys ab inde trahere vel diuertere qtū posle fuerit.

Als periculosa.

Abscisio cārū añcedentium.

¶ Abscisio cārum antecedentiū dieta medicatio. Manualis operatio. ¶ Dieta conseruās virtutē maxime in pncipalibus & pfortans: si sit necesse: ac insuper q iprimat effectū oppositū cāe vel saltē q neutra sit pter securitatē. ¶ Medicatio rarificās vel aperiens cutim & craneū. Prohibens passibilitatē cutis corrigēs peccatū humorū: rectificās malā dispōnē totius corpis vel mēbri mandantis. ¶ Manualis operatio secās arterias timporū vel extrahens: aut venas inaturales. ¶ Medicatio aperiens vel rarificans: tēperata fricatio capite raso: lotio vel embrocatio cū ca. vel cū decoctiōe medicinarū aperitiuarū rheumate nō obstāte phibens passibilitatē densando subā. & iterdū claudendo poros stipticis: aut frigidis leuibus. ¶ Corrigēdo nimis lapsā cōplōnē causis oppositis hebetādo sensū ingrossantib^9 cibis: aut stupefactiuis & leuib^9 medicinis: vel frigidis & hu. moderatis. ¶ Corrigēs peccatum humoris peccātis in corpe vel maiorib^9 venis qtitate vel qualitate vel motu tñ: aut sil' tractu ad oppositū alteratiōe euōne vtrobiq sil: aut separatī. tractu ad oppo^m sgnantiā euōne cū hūor nō peccās qtitate / aut qlitate timet ad caput tēdere dolorē acuminē: vt in ictib^9 & pcussionib^9 sepe ptingit.

¶ Exercitio.		pedum / tibiarū / coxarū /
Fricatione.		natū / brachiorū manuū /
Ligatione.		& in masculis testiculorū /
Uentosatione: siue		& in feminis mamillarū.
Scarificatione.		

¶ Hic ponunt̄ quatuor iuuamēta vipe. Primū eſt ꝙ vipa mundat dentes. Cuius cauſa eſt: qꝛ ꝓpter panē diutius inherentē dentibꝰ qͣ vinū ſolū ſine pane limoſitas illa dentibus adherēs: a qua dentes luridi dicunt̄: a vino melius conſumit̄ ⁊ abſtergit̄. Scdm̄ eſt ꝙ acuit viſum: qꝛ ꝓhibet malos fumos ad cerebrū aſcendere: qui offuſcarent ſpūs viſiuos per eoꝝ imiſtionem. Et iſtud facit ex eo: qꝛ digerit mās malas in ſtōcho exiſtētes. Tertiū eſt ꝙ minus digeſtū facit digeri: qꝛ facit clauſionē orificij ſtomachi ⁊ confortat digōnē. Quartū eſt ꝙ ſuperflue digeſtū ad mediū reducit. Et totū iſtud maxie veritatē hʒ de vipa panis cū vino: dūmō panis ꝑ aſſus ſit aut ſupra prunas exiccatus.

Omnibus aſſuetā iubeo ſeruare dietā.
Approbo ſic eſſe ni ſit mutare neceſſe.
Eſt Hippocras teſtis qm̄ ſequit̄ mala peſtis.
Fortior eſt meta medicine certa dieta.
Quā ſi nō curas fatue regis ⁊ male curas.

De dieta ſeruanda.

¶ Hic ponunt̄ aliqua documēta. Quoꝝ pmū eſt ꝙ oibus bonū eſt ſeruare dietā cōſuetā. Et per dietā intelligit̄ adminiſtratio cibi ⁊ potus. Et rō huius documēti eſt: qꝛ trāſgreſſio a cōſuetudine nocet nocumēto magno: cōſuetudo enim eſt altera nā: ſicut igit̄ nām cuſtodire opꝫ ſic ⁊ ꝯſuetudinem: ⁊ ſpālr̄ ſi ꝯſuetudo fuerit laudabilis. Et ſicut opꝫ ſeruare cōſuetā adminiſtratiōnē cibi ⁊ potus: ita etiā opꝫ ſeruare cōſuetudinē in alijs rebus nō nālibus ꝓpter eādē rōnē. Unde ſi aliqs fuerit cōſuetus multū laborare ⁊ velit hanc cōſuetudinē omittere: ⁊ in ocio viuere: vel multo minus laborare: vel aliā ſpeciem laboris aſſumere: ⁊ aliud tēpus vel aliū modū ꝓculdubio multū ex hoc debilitat̄. Et ſilr̄ intelligit̄ in cibis: ⁊ potibus ſomno: ⁊ vigilijs: ⁊ euacuationibus: ⁊ anime accidētibus. In oibus enī multum obſeruanda eſt cōſuetudo ſi ſit laudabilis: vel parū laudabilis vel indifferens in bonitate ⁊ malitia reſpectu huius ad qđ dꝫ fieri permutatio. ¶ Et circa iſtud ſciendum eſt ꝙ aſſueti exercitare vel laborare qbuſdā laboribus cōſuetis: dato ꝙ tales ſint debiles vel ſenes minus ledunt̄ ſi fortius laborant qͣ ſi eſſent iuuenes inconſueti. Et iſtud vult Hyppocrates 2° aphoriſmoꝝ: dicēs. Aſſueti aſſuetos ferre labores: ⁊ ſi fuerint imbecilles aut ſenes incōſuetis fortibꝰ ⁊ iuuenibus facilius ferunt. Et rō eſt: qꝛ iſti habent maiorem inclinationē ⁊ cōſuetudinē ad iſtos labores: iam conſuetudo ꝑus habita leuior eſt vt dicit̄ in cōmēto predicti aphoriſmi. Et iſta eſt cā quare videmus hoies debiles vl ſenes qui ex cōſuetudine aliqđ exercent opus mechanicū: facere aliqua que facere nō poſſent eis fortiores aut iuniores: ⁊ minus ab eis ledunt̄: ſicut videmus multoties debilem facilius ſaccum eleuare qͣ eo fortiorē: ⁊ fabrū antiquū minus ledi malleatione qͣ iuuenē fortem nō conſuetum. ¶ Scdm̄ documentū eſt ꝙ mala peſtis. ideſt magnū nocumentū ſeqt̄ ex permutatione diete cōſuete vt vult Hippocrates niſi fuerit neceſſe eā pmutare. Eſt aūt neceſſariū eā pmutare: pmo qn̄ eſt illaudabilis: ſic ꝙ ex ea peruenire tur ad peſſimas egritudines: ſicut conſuetudo comedendi malos cibos in fine ex neceſſitate pducētes ad malas egritudines. Talē enī cōſuetudinē ⁊ ſimiles neceſſe eſt corrigere ⁊ permutare: vel totalr̄ vel ſaltem infra terminos latitudinis earū: ſed hoc dꝫ fieri paulatim: ⁊ ſm quendā ordinē. Nam ois ſubita mutatio vehementer nocet: ⁊ ſpecialr̄ a cōſueto ad incōſuetū. Scdo neceſſe eſt eam pmutare vt aliqs minus ledat̄ ex incōſueta ſi poſtea ad eā ſe tranſtulerit. Si enim qs ad omnē dietā ſe aſſueſcat minus ab oi ledet̄: cū ſe ad eam tranſtulerit. Et iſtud etiā intelligēdū eſt in alijs rebus nō nālibus. Et iſtud eſt qđ dicit Hippocrates 2° aphoriſmorū. Ex multo tēpore ꝯſueto ⁊ ſi fuerint deteriora inſuetis minus moleſtare cōſueuerūt: opꝫ igitur ad nō cōſueta tranſmittere. ¶ Et circa iſtud eſt ſciendum ꝙ quiſqʒ debet ſibi cauere ne vnius rei: qͣtūcūqʒ bona ſit: ſibi cōſuetudinē faciat: quā ipſū ſeruare ſit neceſſarium. verbi grā: ſi quis vno cibo cōſueto ſemper vtat̄: vel aliquo potu: vel totalr̄ ab eis abſtineat: vel dormire: vel coire totaliter aſſueſcat: ⁊ ad hoc grauiter aſtringatur. maximū enī incurreret nocumētū: ſi iterdū ab eiſdē oporteat abſtinere: ſic igit̄ qđlʒ corpꝰ ſe diſponere dꝫ vt calorē ⁊ frigus pati poſſit: ⁊ ad motiōes ⁊ qlʒ nutrimēta aptus reddat̄: ⁊ vt ſōni ⁊ vigiliarū horas māſiōes ⁊ domos lectos ⁊ indumēta ſine leſione pmutare poſſit: qđ qdem poterit fieri ſi cōſuetudo

Cōſuetudo altera nā ið ſeruanda.

Conſuetudo mala paulatim mutanda.

non obseruet ad vnguē: sed interdū ad incōsueta transeamus. Opz igit ad incōsueta aliquādo permutare. Et istud vult Rasis quarto Almansoris. capitulo. de cōseruatione cōsuetudinū. ¶ Tertiū documentū est. q fortior z potior meta in medicando egruz est administrare dictam certā: quā si medicus nō curauerit: z aliaz indebitā administrauerit: fatue regit egrū: z male eū curat. Et circa istō est sciēdū q triplex est dieta: scilz grossa: que est quasi dieta sanorū. z tenuissima: que est nihil dare. vel quasi media: que ab solute tenuis d. cit. Et ista diuidit in dietā tenuē declinantē ad latus grosse: sicut aqua carnis: z oua sorbilia: z pulli parui. z declinātē ad tenuissimā sicut aqua ordei mellicratū: z vinū granatoz. z mediā: que certa noiat: vt ptisana nō colata: z extremitates pulloz. Et ista dieta certa in pluribus cōuenit egritudinibus: nō tamen in olbus. Nō eniz cōuenit in egritudinibus longis: quia in talibus opz virtutez longo tēpore esse anteq̄ perueniat ad victoriā: z virt⁹ cū dieta certa tanto tēpore non posset perdurare sine magna debilitate: opz ergo in tali egritudine cibū ingrossare. Similr nō cōuenit in acutissimis egritudinibus. s. in illis que terminant in quarto die vel ante: qz in talibus ꝯuenit dieta tenuissima: vt vult Hippocrates pmo aphorismorū: ibi. Ad vltimas egritudines vltime curationes ad perfectionem sunt potentes.

Quale qd z qn̄ quātū quoties vbi dando.
Ista notare cibo debet medicus dietando.

¶ In isto textu ponunt sex a medico cōsideranda in administratione diete. Primū est quale. i. cuius qualitatis debz esse cibus: qz in egritudine calida debemus egrum dietare frigido cibo: z in frigida calido. In humida sicco: in sicca humido. Verū est tamen q nālis ꝯplexio dieta sibi simili cōseruari debet: vt vult Gal. 3° techni: ibi. Calidiora calidioribus indigent adiutorijs. Frigidiora frigidioribus zc. ¶ Scdm est qd: idest cuius substātie debet esse cibus: qa athlete z rustici fortibus exercitijs suppositi debent dietari cibo grosso: qz in eis virtus digestiua est fortis: z sic non debent vti cibis subtilib⁹: vt pullis caponibus carnib⁹ vitulinis seu hedinis: qz iste carnes in eis adurerent: aut nimis cito digererent: quare necesse esset eis sepe comedere. Nobiles vo z in ocio viuētes debent vti dieta subtilis substātie: qz in eis vtus digestiua est debilis: nō potēs in grossos cibos: cuiusmodi sūt carnes porcine salse z bouine. z pisces sole exiccati. Similr in egris egrotantes egritudinib⁹ acutis debent vti subtiliori dieta q̄ egrotantes egritudinibus chronicis. i. longis sicut quartanis. ¶ Tertium est qn̄ idest quo tēpore dieta dz dari: qz in sanis maxime dz attēdi ꝯsuetudo. Unde in estate hoies mane surgētes z cōsueti bis solū in die comedere: debēt comedere hora decima vl modicū an̄: z nō expectare mediū diei ꝓpter nimiuz diei calorē. Similr debent cenare hora sexta vel modicū post. In hyeme vo debent prandere hora vndecima vel duodecima ꝓpter longitudinem somni: z deinde cenare hora septima vel modicū post. z maxime seruanda est cōsuetudo. In egris vo etiā cōsiderandū est tēpus: qz in febribus in paroxismo: vel statim an̄ paroxismū: vel statim post nō est danda dieta: qz si statim ante paroxismum vel in paroxismo det: natura diuertit a digestione materie febris: per hoc q debet digestioni cibi esse intenta. Et nō dz dari statim post paroxismū: qz virtus adhuc multū debilitata est ex paroxismo imediata precedenti. Debet igit dari dieta ante paroxismū tanto tēpore q possit digeri ante aduentū paroxismi: vel dz dari aliquo tempore post paroxismum z istud est verū nisi timeatur magna debilitas virtutis: tūc enim dandus est cibus quocūqz tēpore. Accidētibus enim virtutē dissoluentibus cibus stico dandus est. vt vult Gal. in cōmento illius aphorismi pme particule. Contemplari aūt opz. ¶ Quartum est q̄tuz: idest quātitas cibi sumēdi: qz vt dictū est prius: quantitas cibi estate comedendi pro qualibet vice dz esse pauca: qz calor nālis tunc debilis est ꝓpter nimias resolutiones. In hyeme vo cibus vna vice sumendus dz esse multus: qz virtus digestiua tunc fortis est: cum calor nālis sit vnitus ꝓpter frigus circunstans vt dictū est pus ibi. Temporibus veris. ¶ Quintū est quoties. i. quoties in die sit cibus dandus: qz in estate dz sepius dari q̄ in hyeme: autūno: vel vere lz modicū pro qualibet vice: vt etiā prius dictū est. Similr virtute digestiua existēte debili sepe z modicū de cibo est dandū: virtute vo existente forti pōt multū dari z paucis vicibus. ¶ Sextum est vbi. i. in quo loco: qz cibus nō est sumendus in loco frigido multū: nec multū calido: sed magis in loco tēperato.

Jus caulis soluit: cuius substantia stringit.
Utraqz qn̄ datur venter laxare paratur.

De caulibus.

¶ In textu auctor dicit tria. Primū est: q ius caulis. i. aqua z maxime pme ebullitionis cauliuz si bibat soluit ventrē. Cuius cā est: qz folijs z partibus exterioribus cauliū inest virtus quedā nitrosa abstersiua debiliter inherens z facile separabilis per modicā decoctionē siue ebullitionem que sparsa per aquā ipsaz laxatiuā reddit. Et hinc etiam est q pma aqua decoctionis cauliuz magis laxat q̄ scda: qz ista virtus nitrosa abstersiua per pmā decoctionē plurimuz se parat. ¶ Scdm qd dicit est: q substātia cauliū z hoc post decoctionē eoz stringit ventrem. Et causa est: qz ois virt⁹ que laxaret per decoctionē ab ea ablata est z manet substātia terrea sicca que ventrez stringit. ¶ Tertium qd dicit est. q vtraqz sit sumpta: scilz aqua decoctionis cauliū z substātia eoz laxant ventrē. Et rō est: qz virtus abstersiua z nitrosa in aqua manet gratia cuius totū laxat. ¶ Pro maiori notitia sciendū est pmo q caules generant humorē melancholicū: z somnia mala: mali sunt stomacho: parum nutriunt: visum obtenebrant: somniuz inducunt: menstrua z vrinā ꝓuocāt: vt partim ab Auicē. 2° canō. z partim a Rasi tertio Almansoris colligit. ¶ Scdo sciendū est. q comestio caulis siue decoctionis siue seminis eius ꝓhibet z restat ebrietatem. vt videtur innuere Aristoteles. 3ª particula ꝓblematū querens ꝓpter qd caulis soluit crapulam: z idem volunt Rasis z Auicē. locis ꝑallegatis. Cui⁹ cā potest esse ista fm aliquos: qz ꝓpter comestionē caulis eleuantur fumi valde grossi ingrossantes fumositates vini: q̄ ingrossate impediuntur penetrare ad cerebrum ꝓpter earum grossitudinē. Phs vo ꝓblemate predicto aliam dat causam: istam scilz qz omne qd trahit humidum vinosum ad se ac a corpore repellit: z corpus infrigidat curat crapulam: sed caulis est huiꝰ. ergo curat crapulam. Qz aūt caulis sit huiꝰ ꝓbat: qz per succum caulis qui est diureticus trahuntur humiditates vinose indigeste a toto corpe: z in vesicam deferuntur: z substātia eius frigida stiptica z terrea in stomacho relicta non potens penetrare infrigidat totū corpus. Et per ꝯns curat crapulam hoc modo: qn̄ superfluitates subtiles que nō poterant deorsuz tendere ꝓpter caliditatem vini mouentē eas ad superiora: vt ad cerebrū feruntur represse deorsum z virtute succi trahunt ad vesicam. Est. n. diureticus z mēstruoz ꝓuocatiuus: vt dcm̄ est.

Caulis tardat vel ꝓhibet ebrietatem.

Dixerunt maluam veteres: qz molliat aluuz:
Malue radices rase dedere feces.
Vulue mouerunt z fluxum sepe dederunt.

De malua.

¶ Hic ponuntur tres ꝓprietates siue effectus malue. Quoruz primus est: q malua mollificat ventrem: quia est vnū de remollitiuis: sunt eniz quatuor remollitiua: scilz maluac

bismalua/branca vrsina:ꝛ mercurialis:ex quibus commu-niter fit clystere lenitiuum ꝛ mollificatiuum: quod valet ad fecum induratarum eductionem. Et est duplex malua: quedaꝫ enim est habens sanguineos flores. Et alia est habens albos flores:ꝛ in ista est maior ꝓprietas mollificandi q̄ꝫ in p̄ma. ¶ Scđs effectus est.ꝙ radices malue abrase educūt feces ꝛ hoc est quādo ex ipsis fiunt suppositoria sicut solent fieri de radice mercurialis. ¶ Tertius effectꝰ est:ꝙ malua facit fluxū menstrui in mulieribus:ꝛ hoc est ꝓpter nimiā eius humectationē ꝛ lubrificationē qua vene matricis faciliꝰ a sanguie acuto fundunt̄:ꝛ dicit Platearius ꝙ certo experimēto mēstrua prouocat.

Duplex malua.

De mētha

Mentitur mentha si sit depellere lenta.
Ventris lūbricos stōchi vermesqꝫ nociuos.

¶ Hic ponit auctor vnū documētum de mentha dicens ꝙ nō dꝫ denoiari hoc noie mentha si nō habeat vim statim auferendi vermes vētris ꝛ stōchi. Mentha enīꝫ magne ꝛ fortis est aromaticitatis ꝛ magne amaritudinis.ꝛ iō quemadmodū absinthiuꝫ vermes interficit:sic ꝛ mentha. Et dꝫ dari decoctio eius sicut ꝛ absinthy ꝛ nō suba. Aduertēduꝫ tñ qꝛ multū calida est ꝛ sicca sanguinē adurēs non cōpetit via cibi in regimine sanitatis. Bene tñ cōuenit via medicine:qꝛ stōchū cōfortat ꝛ ipsuꝫ calefacit ꝛ sedat singultum ꝛ digerit ꝛ ꝓhibet vomitū flegmaticū ꝛ sanguineū:ꝛ ad coitū incitat ꝓpter iflationē que est in ipsa:ꝛ humiditatē hortulanā ꝛ ꝓhibet sputū sanguīs. Et ꝯfert ad morsuꝫ canis rabiosi:ꝛ est ꝓpria ad illud:ꝛ si frusta ipsiꝰ in lacte dimittuntur nō caseat̄ vt colligit̄ ex Aui.2° cañ.cap.de mentha.

De saluia

Cur moriat̄ homo:cui saluia crescit in horto.
Cōtra vim mortis nō est medicamē in hortis.
Saluia cōfortat neruos:manuūqꝫ tremorem
Tollit:ꝛ eius ope febris acuta fugit.
Saluia:castoreum:lauendula:primula veris.
Nastur:athanasia:sanant paralytica membra.
Saluia saluatrix nature consiliatrix.

¶ In hoc textu auctor p̄ncipalr̄ tria facit. Primo inuit magnā vtilitatē saluie querens per modū duby. Cur hō moriat̄ in cuius horto crescit saluia. Ad hoc rñdet̄ in scđo versu sic:ꝙ nulla est medicina crescens in hortis que ꝓhibeat mortē quāuis in hortis bñ crescat medicina ꝓhibēs putrefactionē corporis ꝛ humiditatē nālē defendens ne cito dissoluat̄. Et istud innuit Aui.3ª p̄mi.cap.singulari:dicens. Et ars qdē sanitatē custodiendi nō est ars que a morte securos nos faciat neqꝫ corpus ab extrinsecis nocumētis muniat:neqꝫ vnūqđqꝫ corpus ad vltimā vite longitudinem perducat:que est ꝺm hoiem absolute:sed de duabus rebus securitatē prebet putrefactionis penitus ꝓhibitionē:ꝛ defensiōe humiditatis ne cito dissoluat̄. ¶ Scđo ponit tres effectus saluie. Quoꝝ p̄mus est.ꝙ saluia cōfortat neruos: qꝛ exiccat humiditates qbus ipediunt̄ ꝛ relaxant̄ nerui. Scđs est.ꝙ remouet tremorē manuū. Cuiꝰ cā est:qꝛ cōfortat neruos:vt dictū est. Jam oē cōfortans neruos tremorē remouet cū tremor causet̄ ex debilitate neruoꝝ. Et ꝓpterea senes aliq ꝛ vetule spālr̄ iponunt potui siue cibo eorū folia saluie. Tertius est.ꝙ remouet febrē acutā.idest impedit eā ne cōtingat. Cuius cā pōt esse:qꝛ exiccādo humores impedit eoꝝ putrefactionē:ad quā posset sequi febris acuta. ¶ Et pro maiori notitia sciendū est.ꝙ saluia est calida ꝛ sicca:ꝛ ideo nō multū cōpetit per se via cibi. Quia tamē ipsa saluia multū cōfortat neruos:hoies in sanitate multū vtunt̄ saluia duplr̄. Primo qdē cōponendo ex ea vinum saluiatū quo vino hoies in latitudine sanitatis vtunt̄ specialr̄ in p̄ncipio mense:ꝛ cōpetit huiꝰ vinuꝫ paralyticis:ꝛ

Saluia calida est ꝛ sicca.

epilepticis moderate sumptū:ꝛ precedēte purgatione antecedētis medicine. Scđo vtunt̄ saluia in salsis:nā excitat appetitū:ꝛ specialr̄ cum stomachus fuerit repletus malis humoribꝰ crudis ꝛ indigestis. Et est duplex saluia.s.domestica:ꝛ hꝫ lata folia ꝛ magna. Alia est que vulgariter nobilis dr̄:ꝛ hꝫ minora ꝛ strictiora folia:ꝛ apud medicos dicit̄ lilifagus. ¶ Tertio enumerat auctor sex res medicinales valentes in curatione paralysis:ꝛ dr̄ ꝙ saluia/castoreū/lauendula/primula veris/nasturtiū:ꝛ athanasia curant:ꝛ sanant membra paralytica.i.paralysi tacta siue debilitata. ¶ De saluia aūt cā pꝫ ex dictis:qꝛ vt dictū est:saluia ꝯfortat neruos q in paralysi debilitati sūt:ꝛ ēt qꝛ saluia calida est ꝛ sicca:cōsumit mām flegmaticā inhabitātē neruis:ex qua fit paralysis. ¶ De castoreo pꝫ:qꝛ castoreū est maxie cōfortatiuū:calefactiuū:ꝛ exiccatiuum neruoꝝ:dicit enim Auicēna 2° cañ.cap.de eo ꝙ est subtilius ꝛ fortius oi qđ calefacit ꝛ exiccat. Et postea dicit ꝙ ꝯfert neruis ꝛ calefacit:ꝛ cōfert tremori:ꝛ spasmo humido:ꝛ stupori a paralysi. Et postea adhuc subdit ꝙ nō est aliqd magis iuuatiuū ventositati in aure q̄ꝫ ipsuꝫ cū ex castoreo accipit̄ q̄ꝫtum est lens vna ꝛ dissoluit̄ in oleo nardino ꝛ distillat̄ in eam. Plures alios effectus hꝫ castoreū:quos Auic.narrat loco preallegato. Et est castoreū testiculus cuiusdā aialis marini qđ dr̄ castor. Et oleū de castoreo ēt multū valet in palysi.sicut castoreū post euacuationē mãe:qꝛ tunc illaꝫ mām que residua est ꝯsumit:ꝛ neruos ꝯfortat. ¶ De lauendula etiā pꝫ: qꝛ sua aromaticitate ꝯfortat neruos:ꝛ sua calefactione cōsumit mām paralysis. ¶ De primula veris etiā pꝫ:qꝛ sua aromaticitate ꝛ calefactione cōfortat neruos. Et dicit̄ primula veris:qꝛ est de primis aromaticis in vere crescentibus. ¶ De nasturtio pꝫ:qꝛ nasturtiū est calidū:ꝛ siccum:ꝛ subtiliatiuū:ꝛ incisiuū:ꝛ resolutiuū quare aufert mām paralysis. Et dicit Auic.2° cañ.cap.de eo:ꝙ cōfert oi mollificationi neruoꝝ:qꝛ calefacit:ꝛ educit flegmata:ꝛ mūdificat neruos a flegmate. Et ideo ꝯsulunt medici vt nasturtiū in quadragesima edat̄:ꝓpterea qꝛ cibi quadragesimales sūt flegmatici. Et est nasturtiū herba cōmunis crescens in locis frigidissimis.s.in locis petrosis ꝛ aquosis vbi sunt multi fontes. ¶ De athanasia ṽo que alio noie dr̄ tenacetum teuthonice tent:vel reyn varn:pꝫ:qꝛ ista herba hꝫ virtuteꝫ purgādi flegmata ꝛ sua caliditate exiccat neruos. Et ēt hꝫ virtutē purgādi vermes ꝛ māꝫ ex qua gñant̄. Et iō gallici cōmuniter in diebus pascalibus vtunt̄ athanasia frixa cū ouis ad purgādū flegmata ex piscibꝰ i q̄dragesima gñata: ex quibus facile generant̄ vermes in dispositis. Et in fine textus auctor subdit ꝙ saluia dr̄ qꝛ sit saluatrix nature.

Saluia ꝛ

Saluia

Castoreū

Lauēdula.

Primula veris.

Nasturtiū

Athanasia tenacetum

De ruta.

Nobilis est ruta:qꝛ lumina reddit acuta.
Auxilio rute vir quippe videbis acute.
Ruta viris coitū minuit:mulieribus auget.
Ruta facit castuꝫ:dat lumen ꝛ ingerit astum.
Cocta facit ruta de pulicibus loca tuta.

¶ Hic auctor ponit quatuor effectus rute. Primus est.ꝙ acuit visuꝫ:ꝛ ꝓprie succus eius:vt dicit Auic.2° cañ.ca.de ea:ꝛ p̄us dictuꝫ est:ibi. Allia nux ruta. ¶ Scđs est ꝙ ruta minuit desideriū coeundi in viris:sed in mulieribꝰ auget. Cuius cā pōt esse ista:qꝛ ruta sua caliditate ꝛ exiccatione sperma in viris minorat:qđ subtile est ꝛ acreū:sed in mulieribus subtiliat ꝛ calefacit:qꝛ in eis sperma est aquosum ꝛ frigidū.ꝛ ergo eas magis ad coitum incitat propter subtiliationē ꝛ caliditatem spermatis ex ruta. ¶ Tertius effectus eius est ꝙ ruta facit astutiam.i.facilem apprehēsionē ꝛ inuentioneꝫ alicuius medy in causa subtili.qꝛ pp calefactionē ꝛ exiccationē subtiliat spūs:ꝛ sic ingeniū clarificat.

Fugatio pulicum.

¶ Quartus effectus est q decoctio rute effugat pulices: et hoc si ex ea irroreť domus: qz interficit eas: fm q cõiter dicunt medici. Et fm Auic. 6ª quarti. tractatu 3° cap. de effugatione pulicũ. Quando aspergiť domus cum infusione colloquintide saliunt pulices et fugiunt et silr ex decoctiõe rubi. Et postea subdit Auic. Et dixerũt qdã qñ poniť sanguis hirci in fouea in domo: aggreganť pulices apud eũ: deinde moriunť. Et silr aggreganť super lignũ linitum ex adipe ericy: et effugiunt ex odore caulis et folioꝝ oleandri. Et fm aliquos nihil magis deiectiuũ est pulicũ q̃ res fortis odoris: et ergo ruta valet mentha menthastruz lupulus lupinus et super omnia feces vel vrina equi. Item domus irrorata ex decoctione seminis rape occidit pulices. Et si fumigetur domus ex cornu taurino fugient pulices. Pro captione tñ earũ nihil melius est q̃ impositio pauci bombacis in lecto: qz in illo aggregantur.

De cepis.

De cepis medici nõ cõsentire videntur.
Cholericis nõ esse bonas dicit Galenus.
Flegmaticis vo multũ docet esse salubres.
Presertim stõcho: pulchrũqz creare colorẽ.
Contritis cepis loca denudata capillis.
Sepe fricans poteris capitis reparare decorẽ.

¶ Hic loquiť auctor de cepis. Et dicit qnqz. Primũ est q medici dissentiũt de nã ceparũ: qz aliquibus videť q cepe bone sunt flegmaticis. Aliqui vo q eis nõ valẽt: sicut forsan Rasis vult: qz dicit eas tertio Almãsoris: gñare humores supfluos in stõcho et flegmaticos. ¶ Scdz est q Gal. dicit cepas multũ obesse cholericis. Cuius cã est: qz vt dicit Aui. 2° cañ. cap. de cepe. Cepe est calidũ in tertio: et ergo nocet calidis vt sunt cholici. ¶ Tertiũ est q cepe multũ valẽt flegmaticis: qz sunt calide icisiue/subtiliatiue/abstersiue/et apertiue: quare flegmaticos hũores viscosos in flegmaticis multiplicatos digerunt: incidunt: subtiliant: et abstergunt. ¶ Quartũ est q cepe valent stõcho: qz mundificant ipsuz a flegmaticis et ipz calefaciunt: et ergo dicit Aui. loco pallegato q illud qđ ex cepe comediť ppter suã caliditatẽ cõfortat stomachũ debilẽ. Et ppter illud ẽt decorãt colorẽ faciei: qz nõ est possibile colorẽ faciei esse viuidum stõcho existẽte multum flegmatico aut repleto malis humoribus crudis et flegmaticis. ¶ Quintũ est q loca depilata. i. loca pilis puata pilos siue crines recuperant si cõteranť cepe cocte et ex eis fricenť loca depilata. Et istud verũ est qñ depilatio accidit ppter opilationẽ poroꝝ et corruptionẽ mãe sub cute: qz cepe aperiunt poros et resoluunt mãm malã: que sub cute est: et bonã ad locuz attrahũt. Et ğ fricatio cũ cepis valet in alopicia multũ: vt vult Auic. scdo cañ. cap. preallega. et 7ª 4ᵗⁱ. cap. de cura alopicie. Et pp istõ infert textus q capitis decor poterit reparari p istã fricationem cũ cepis: qz capitis decor pili sunt. ¶ Pro maiori notitia effectuũ ceparũ sciendũ est q cepe excitant coitũ: appetitũ puocant: faciẽ rubificant: cũ melle verrucas eradicant: sitim faciunt: intellectui nocent: qz humorẽ malum grossũ generãt: saliuã multiplicant: et succus earũ confert aque descendenti in oculũ et abstergit visum: sicut colligiť ex Auic. 2° cañ. cap. allegato. ¶ Sciendũ vlterius q cepe trite cum melle et aceto cõferunt morsui canis rabidi. Et ğ quidã supaddũt textui precedẽti istos duos versus. Appositas phibẽt morsus curate caninos. Si trite cũ melle pus fuerint et aceto. Et đ isto ẽt pus dcm̃ est: ibi. Allia nux ruta.

De sinapi

Est modicũ granuz siccũ calidumqz sinapis.
Dat lachrymas: purgatqz caput: tollitqz venenum.

¶ Hic auctor duo facit. Primo ponit cplõnẽ ipsius grani sinapis dicens: q granũ sinapis est modicũ granũ calidũ et siccũ: qđ verũ est: qa est calidũ et siccũ vsqz ad quartũ graduz: fm Auicẽ. 2° cañ. cap. de sinapi. ¶ Scdo ponit tres pprietates siue effectꝰ grani sinapis. Primus effectus est q cõmouet lachrymas. Cuiꝰ cã est: qz sua caliditate nimia subtiliat et dissoluit humiditates cerebri: ex qbus tunc pp earũ fluxũ proueniunt lachryme. Scđs effectus seminis sinapis est q expurgat caput. i. cerebrum mundificando et abstergendo humiditates flegmaticas a capite. Expurgat etiã caput naribus impositũ puocando sternutationez sua mordicatione. et ideo imponiť naribus apopleticoꝝ. Per sternutationẽ autẽ expellunť nocumẽta cerebri. Et similr semen sinapis sua caliditate subtiliat flegmata et dissoluit illa que opilant meatus cerebri: ex quoꝝ opilatione sequiť apoplexia. Et sic relinquiť q semen sinapis est valde incisiuum flegmatis et cõsumptiuũ et mundificatiuũ. Tertius effectus est q tollit venenũ. Et istđ ccordat cũ dicto Aui. loco pallegato. s. q fugiũt ex fumo eiꝰ vermes venenosi.

De viola.

Crapula discutiť capitis dolor atqz grauedo.
Purpuream dicunt violam curare caducos.

¶ Hic ponunť tres pprietates siue effectus viole. Primus effectus est q viola hz pprietatẽ sedandi ebrietatẽ. Cuius causa potest esse: qz viola odorẽ hz tẽperatũ atqz suauem: et talis maxime est cõfortatiuus cerebri: forte eniz cerebꝝ nõ patiť cito ebrietatẽ sed debile. Et etiã viola est frigida: quare cerebrũ infrigidat: et sic inepitificat ipsuz ad recipiendum fumũ calidũ. ¶ Scđs effectus eius est q viola est sedatiua doloris capitis atqz grauedinis. Et istud verũ est de dolore capitis ex calida causa: vt vult Auic. 2° cañ. cap. de viola. Et silr Rasis. 3° Almansoris: et Mesue. Et rõ est: qz viola est frigida et sic repugnat cause calide. ¶ Tertiꝰ est q viola dr curare caducos. i. epilenticos. Et diciť notanter in textu dicũt: qz cões auctores nõ attribuunt istuz effectũ viole. Et ergo si iste effectus cõuenit viole: causa eius põt esse: qz ppter aromaticitatẽ viole cerebrũ cõfortatur: quo existẽte forti a modicis nocumentis nõ lediť: et p cñs etiaz nõ incurrit epilepsiaz que diciť parua apoplexia ex opilatione neruorum sensitiuoꝝ contingens.

De vrtica

Egris dat sõnũ: vomitũ quoqz tollit: ad vsuz.
Cõpescit tussim veterẽ: colicisqz medetur.
Pellit pulmonis frigus: ventrisqz tumorez.
Omnibus et morbis subueniet articuloꝝ.

¶ Hic ponunť septem effectus vrtice. Quoꝝ pmus est q vrtica dat egris somnuz: qz est subtiliatiua: et incisiua: et abstersiua flegmatis: et grossorũ humorũ naturã grauantiuz: et somnũ impedientiũ. ¶ Scđs effectus eius est q tollit vomitũ et visum vomitus. Et ratio est: qz vomitus et nausea multũ accidũt ex humore viscoso cuius vrtica est incisiua. ¶ Tertius est q vrtica sedat tussim antiquam: et maxime mel in quo tẽperata fuerint semina vrtice: qz vrtica de pectore flegma expellit viscosũ: fm Rasim tertio Almãsoris. Et similr eius semen: cuz maxime sit incisiua abstersiua: et subtiliatiua. Et dicit Auicẽ. 2°. cañ. cap. de vrtica: q cũ bibiť cuz aqua ordei: mũdificat pectus: et qñ decoquuntur folia eius in aqua ordei: educit humores grossos qui sunt in pectore: sed eius semen est fortius. ¶ Quartus est q cõuenit colicis. i. colicã patiẽtibꝰ: qz vrtica est icisiua subtiliatiua resolutiua: et abstersiua hũiditatis flegmatice: aut vẽtositatis grosse: ex qbꝰ puenit colica plm. Et est colica egritudo dolorosa i itestino dicto colon: sicͭ iliaca egriᵒᵒ dolorosa in itestino dicto ilion. ¶ Quintus est q vrtica expellit fri-

gũs pulmonis. ⁊ hoc est ꝓpter sui caliditatem. ¶ Sextus est. ꝙ vrtica est sedatiua tumoris ventris: qꝛ resolutiua est ventositatis: ex qua vtplurimũ fit tumor vẽtris. ¶ Septimus est. ꝙ vrtica subuenit doloribus articuloꝝ. i. iuncturarũ sicut artetice sciatice ⁊ podagre. Et hoc verũ est qñ proueniunt a mã frigida flegmatica grossa. Cuius cã est: qꝛ vrtica est calefactiua icisiua subtiliatiua materie flegmatice grosse. Et preter istos effectus: ꝼm Aui. 2° cañ. cap. de vrtica: excitat coitũ ꝓprie semẽ eius cũ vino ⁊ aperit orificiuꝫ matricis: ⁊ soluẽdo educit flegma ⁊ humorẽ crudũ sua abstersione: ⁊ nõ cũ virtute solutiua que sit in ipsa. Ne tñ aliqs in gutture ex vrtica aut eius semine ledat̃: bonuꝫ est ꝙ post eius sumptionẽ bibat̃ aliqd de oleo rosaceo. Et est vrtica calida in ꝑncipio tertij gradus: ⁊ sicca in secundo: ꝼm Auicen. loco preallegato.

De hyssopo.

Hyssopus est herba purgãs a pectore flegma.
Ad pulmonis opus cũ melle coquat̃ hyssop⁹.
Vultibus eximiũ fertur reparare colorem.

¶ Hic ponunt̃ effectus hyssopi. Quorũ ꝑmus est. ꝙ hyssopus purgat flegma a pectore. Cuius cã est: qꝛ hyssopus est herba calida ⁊ sicca in tertio: multũ abstersiua dissolutiua: ⁊ cõsumptiua humiditatis flegmatice: ⁊ hꝫ respectũ singularẽ super partes pectoris: ⁊ ꝓpterea hyssopus ꝓprijssime dr̃ purgare flegma a pectore. ¶ Scõs effectus est ꝙ etiaꝫ valet ad purgandũ pulmonẽ a flegma eadẽ de causa. Et ꝓprie si coquat̃ cũ melle: qꝛ mel etiã est abstersiuũ: ⁊ abstersione mellis augmentat̃ abstersio hyssopi. Et istud ideꝫ: vult Auic. 2° cañ. cap. de hyssopo dicens: ꝙ hyssopus confert pectori ⁊ pulmoni patientibus a disnia ⁊ tussi antiqs: ⁊ eius decoctio cũ ficubus ⁊ melle silr. ¶ Tertius effect⁹ est ꝙ facit bonũ colorẽ faciei. ⁊ istud vult etiaꝫ Auic. loco preallegato dicens: ꝙ eius potus efficit colorem bonũ. Et preter istos effectus soluendo educit flegma ⁊ vermes: vt vult Auic. ibidẽ. Et ꝼm Platearium vinũ decoctionis eius matricem mũdificat a sup̃fluis humoribus ⁊ abstergit.

De cerfolio.

Appositũ cancris tritum cum melle medetur.
Cum vino potũ poterit sedare dolorem.
Sepe solet vomitũ vẽtremqꝫ tenere solutum.

¶ Hic ponunt̃ tres effectus cerfolij. Primus est. ꝙ cerfoliũ tritũ cũ melle ⁊ suppositũ cancro curat ipsuꝫ. Et istud idẽ dicit Platearius. cap. de cerifolio. Et est cancer apostema melicũ corrodẽs ptes corporis tam carnosas q̃ neruosas. Et dr̃ cancer: qꝛ ꝓcedere vr̃ vt cancri. ¶ Scõs effect⁹ est. ꝙ cerifoliũ bibitũ cũ vino abscindit dolorem ventris. Cuius cã est: qꝛ ventris inflationẽ de grossa ventositate ex qua ꝓuenit dolor mitigat: cum stomachi vẽtositatẽ ⁊ aliorũ viscerũ soluat: ⁊ opilationem aperit: ⁊ ad hoc ẽt coadiuuat vinũ. ¶ Tertius effectus est. ꝙ cerifoliũ sedat vomituꝫ ⁊ fluxum vẽtris. Cuius cã est: qꝛ cũ cerifoliũ calidũ sit in tertio gradu: ⁊ siccũ in scdo: mãm illã digerit ⁊ exiccat ex qua ꝓuenit vomitus. Et istud maxime verum est qñ vomitus aut solutio ventris ꝓueniunt a mã frigida flegmatica. Et preter istos effectus ꝓuocat vrinã: ⁊ mẽstrua: ⁊ soluit dolorez lateris renũ: ⁊ vesice: ⁊ precipue datũ cũ mellicrato.

De enula.

Enula campana reddit precordia sana.
Cum succo rute si succus sumitur huius.
Affirmant ruptis nil esse salubrius istis.

¶ Hic ponunt̃ duo effectus enule campane. Quorũ ꝑmus est. ꝙ enula campana cõfortat precordia. i. orificiuꝫ stõchi qđ ꝓprie precordiuꝫ dicit̃: siue mẽbra spiritualia. i. mẽbra anhelitus que vicina sunt cordi: ⁊ spũalr radix eius. Oꝛ aũt cõfortet orificiũ stõchi pꝫ: qꝛ cuꝫ radix enule sit odorifera cõfortat mẽbra neruosa. Orificiũ aũt stõchi mẽbrũ neruosum est. Oꝛ aũt cõfortet mẽbra spũalia pꝫ: qꝛ vinũ factum ex enula qđ vocat̃ vinũ enulatũ mundificat pectus ⁊ pulmonẽ: vt vult Auic. 2° cañ. cap. de enula. Et enula ẽt ꝼꝫ ipꝫ ibidẽ deglutita cũ melle adiuuat ad expuendũ: ⁊ est ex eis que letificant ⁊ cõfortant cor. ¶ Scõs effectus est. ꝙ succus enule cuꝫ succo rute maxĩe valet ruptis. i. patiẽtib⁹ rupturaꝫ siue descensum intestinoꝝ ad bursaꝫ testiculoꝝ: ⁊ hoc maximẽ qñ ruptura est ꝓpter ventositatẽ: qꝛ illã dissoluunt succus rute ⁊ enule. Et preter istos effectus enula bona est stomacho malis humoribus repleto ⁊ aperit opilationes epatis ⁊ splenis: vt vult Rasis 3° Almansoris. Et cõfert oĩbus lesionibus ⁊ doloribus frigidis ⁊ cõmotionibus ventositatũ ⁊ inflationis ꝼm Aui. loco ꝑallegato.

De pulegio.

Cum vino cholerã nigrã potata repellit.
Sic dicunt veterẽ sumptũ curare podagram.

¶ Hic ponunt̃ duo effectus pulegij. Quoꝝ ꝑmus est: ꝙ pulegiũ ⁊ ꝑncipalr̃ aqua eius sumpta cũ vino purgat cholerã nigrã. Scõs est. ꝙ pulegiũ hꝫ ꝓprietatẽ curandi podagrã veterẽ: ex quo habet ꝓprietatẽ liquefaciendi ⁊ dissoluẽdi flegma ex quo podagra sepius generari solet. Et circa istõ est notandũ ꝙ: vt dicit Platearius. Pullegiũ est calidũ ⁊ siccũ. in tertio gradu: subtilẽ hꝫ subam: virtutẽ hꝫ cõfortatiuã ex aromaticitate: aperitiuã ex substãtia ⁊ qualitatib⁹ attractiuã ex ignea substãtia vel nã: cõsumptiuã ex calore ⁊ siccitate. Et solũ vinũ decoctionis eius valet ꝯtra dolorẽ stomachi: ⁊ intestinoꝝ ex frigiditate vel ventositate.

De nasturtio.

Illius succo crines retinere fluentes.
Halitus asserit: dentisqꝫ curare dolorez.
Et squãmas succus sanat cũ melle perunctus.

¶ Hic ponunt̃ tres effectus nasturtij. Quoꝝ ꝑmus est: ꝙ nasturtiũ hꝫ ꝓprietatẽ retinendi crines defluentes: ⁊ hoc si caput vngat̃ cuꝫ succo eius: vel si aqua: vel succus ei⁹ bibatur. ⁊ hunc effectũ tangit Auic. 2° cañ. ca. de nasturtio dicens. Retinet capillos cadentes bibitũ ⁊ linitũ. ¶ Scõs eius effectus est. ꝙ curat dolorẽ dentiuꝫ ⁊ hoc maxime ex causa frigida: qꝛ nasturtiũ est incisiuũ resolutiuũ: ⁊ calefactiuũ: vt patuit ꝑus ibi. Cur moriat̃ hõ. ¶ Tertius effect⁹ eius est. ꝙ succus hꝫ ꝓprietatẽ curandi squãmas pelli adherentes qñ sumit̃ cum melle ⁊ ex eo linit̃ locus. Et causa est: qꝛ tales squãme generant̃ ex flegmate salso. Nasturtiũ aũt vt predictũ est oẽ flegma purgat. ⁊ ĝ per intus sumptũ ꝓhibet cãm squãmarũ: ⁊ ab exteri⁹ linitũ sua abstersione eas abstergit: ⁊ maxime cũ melle: qꝛ hoc ẽt abstersiuũ est: ⁊ sic iuuat abstersionẽ nasturtij. Et preter istos effectus nasturtiuꝫ exiccat putredinẽ vacuitatis ventris: mundificat pulmonẽ: ⁊ cõfert asmati: ⁊ in medicinis asmatis ponit̃ ꝑꝑ illud qđ est in ipso de icisione ⁊ subtiliatione: calefacit stomachũ: ⁊ epar. ⁊ confert grossitiei splenis ⁊ ꝓprie quando ex eo fit emplastruꝫ cum melle: ⁊ facit euomere cholerã ⁊ educit eam solutione: augumentum efficit in coitu: ⁊ soluẽdo educit vermes ⁊ prouocat menstrua: vt vult Auicenna scõo cañ. loco preallegato.

De chelidonia.

Cecatis pullis hac lumina mater hirundo.
Plinius vt scribit quãuis sint eruta reddit.

¶ Hic ponit̃ vnum notabile de chelidonia. Et est. ꝙ quando pulli hirundinis excecati fuerint: tunc mater affert chelidoniã ⁊ cũ ea fricat oculos pulli excecati: ⁊ sic visus restituit̃. Et per hoc dat innuere auctor ꝙ chelidonia maxime cõfortat visum. Et istud etiã manifeste patet: qꝛ in medicinis valentibus cõtra debilitatẽ visus cõmuniter ponit̃. ⁊ est chelidonia herba nota glaucuꝫ habẽs succũ. Causa aũt quare ipsi hirũdini data est virtus cognoscẽdi chelidoniã plus q̃ alijs auibus põt esse ista qꝛ pulli hirũdinis sepius

cecitatē patiunt̄ ꝙ̄ pulli allatū auiuz: q̄ꝛ feces hirundinuz habent vim excecatiuā oculoꝝ: ⁊ sepius patiunt̄ a fecibus matrū. Et est sciēdū. ꝙ ẜm Platearinz chelidonia est calida ⁊ sicca in tertio gradu: ⁊ ex qualitatib⁹ suis ⁊ suba hꝫ virtutē dissoluēdi: cōsumēdi: ⁊ attrahendi: ⁊ radices ei⁹ trite ⁊ in vino decocte valent ad purgandum caput ⁊ vuluaꝫ ab humore frigido: ⁊ humido si patiens fumuꝫ ꝑ os recipiat: ⁊ postea vinum gargarizet.

De salice.

Auribus infusus vermes succus necat eius.
Cortex verrucas in aceto cocta resoluit.
Pomoꝝ succus flos partus destruit eius.

¶ Hic auctor tria dicit de salice. Primuꝫ est. ꝙ succus salicis auri infusus interficit vermes auris. Et istud pōt ꝑuenire ꝓpter stipticitatē ⁊ exiccationē eius. Et est hic sciēdū ꝙ ẜm Auic. 2° cañ. ca. de salice. Non est aliqd magis vtile ꝙ̄ succus foliorum eius in cura saniei que currit ex aure. ¶ Scḋm est: ꝙ cortex salicis. i. extrema ps ei⁹ in aceto decocta resoluit verrucas. Aui. vo loco p̄allegato dicit ꝙ ei⁹ cinis eradicat verrucas linitus cū aceto: ⁊ istud est ꝑꝑ vehementē exiccationē cineris eius. Pro deletione tñ verrucarū non est aliqd magis abscindens verrucas ꝙ̄ fricatio portulace super verrucas. Et facit hoc portulaca sui ꝓprietate ⁊ nō q̄litate: ẜꝫ Aui. 2° cañ. ca. de portulaca. ¶ Tertiū est: ꝙ flos salicis ⁊ succ⁹ pomoꝝ. i. fructuū ei⁹ nocēt partui: q̄ꝛ ꝑꝑ stipticitatē ⁊ exiccationē coꝝ reddūt partū difficilē.

De croco.

Confortare crocus dicatur letificando.
Membraq̄ꝫ defecta ꝯfortat epar reparando.

¶ Hic ponunt̄ aliqua iuuamēta croci. Quoꝝ p̄ᵐ est. ꝙ crocus cōfortat corp⁹ hūanū letificādo: ⁊ circa istud est sciendū ꝙ crocus tātā ꝓprietatē hꝫ letificādi ꝙ datus in maiori q̄ntitate ꝙ̄ debeat īterficit letificādo siue ridēdo. Unde dicit Aui. 2° cañ. ca. de croco. ꝙ tres aurei de ipso īterficiūt letificādo ⁊ est aureū pōdus dragme vnius ⁊ semis. ¶ 2ᵐ est. ꝙ crocus cōfortat mēbra defecta ⁊ p̄ncipalr̄ cor. Cōfortat ēt stōchū ꝑꝑ suā stipticitatē: ⁊ caliditatē. ⁊ ꝑꝑ eandē cāꝫ etiā reparat epar: ⁊ maxie ꝑꝑ stipticitatē q̄ nō ꝑmittit dissolui epar. Nimius tñ vsus eius inducit nauseam ⁊ deycit appetitū. Et istud innuit Auic. loco p̄allegato dicens. Ipse facit nauseā ⁊ deycit appetitū: ꝓpterea ꝙ opposit⁹ est acetositati q̄ est in stōcho ex qua est appetit⁹. Et p̄ter istos effectus est faciēs somnū ⁊ obtenebrans sensus: ⁊ cuꝫ bibit̄ in vino inebriat: abstergit visuꝫ: ⁊ ꝓhibet fluxū ad ipsuꝫ facit anhelitū facilē: ⁊ cōfortat instrā anhelitus: excitat coituꝫ ⁊ ꝓuocat vrinaꝫ: vt vult Aui. loco preallegato.

De porro

Reddit fecundas per mansum sepe puellas.
Isto stillantem poteris retinere cruorem.

¶ Hic ponunt̄ duo iuuamēta porri. Primū est. ꝙ porrum ꝑ mansuꝫ. i. ꝑ comestionē eius reddit puellas sepe fecūdas Cuius rō pōt esse: q̄ꝛ ẜm Auic. 2° cañ. cap̄. de porro confert coarctationi matricis ⁊ duritiei q̄ est in ipsa que p̄nt eē ipedimēta ꝯceptionis. ¶ Scḋm est. ꝙ porrū abscindit fluxū sanguinis nariū. Idē vult Aui. loco p̄allegato ⁊ plures aly effectus ei⁹ dicti sunt p̄us ibi. Allia nux ruta.

De pipere

Quod piper est nigrū nō est dissoluere pigrū.
Flegmata purgabit: digestiuāq̄ꝫ iuuabit.
Leucopiper stōcho ꝓdest tussisq̄ꝫ dolori.
Utile preueniet motum febrisq̄ꝫ rigorem.

¶ Hic ponunt̄ multa iuuamēta piperis. Et p̄mo tria piperis nigri. ¶ Quoꝝ p̄mū est. ꝙ piper nigrū nō est pigrum in dissoluēdo. idest resoluendo ꝑꝑ fortē eius caliditatem ⁊ siccitatē. est enim calidū ⁊ siccū in quarto. ¶ Scḋm est ꝙ purgat flegmata: q̄ꝛ attrabit ex interiori corpore flegma ⁊ ipsuꝫ cōsumit. silr̄ flegma in pectore ⁊ stōcho inuiscatū remouet ipsuꝫ calefaciendo subtiliādo ⁊ dissoluēdo. ¶ Tertiū est. ꝙ est iuuamētū digestiue. ⁊ istud pꝫ ꝑ Auic. 2° cañ. cap̄. de pipere dicētē: ꝙ piper est digestiuū faciens appetituꝫ. Et istud maxime intelligendū est de pipere longo: q̄ḋ est magis cōueniens digestioni crudoꝝ huṁoꝝ ꝙ̄ album vel nigrum: vt testat̄ Gal. 4° de regimine sanitatis. cap̄. 7.

De pipere albo.

¶ Scḋo ponit q̄nq̄ꝫ iuuamēta leucopiperis. i. piperis albi. Quoꝝ p̄ᵐ est. ꝙ piper albū cōfortat stōchū. Et istū pꝫ ꝑ Gal. loco p̄allegato dicentē: ꝙ est cōfortans stomachū sup alia duo pipera. Et idē vult Aui. 2° cañ. cap̄. de pipere dicens. Et albū magis cōueniēs est stōcho: ⁊ vehemētius cōfortat. ¶ Scḋm est. ꝙ piper ꝯfert tussi: maxie ex m̄ā frigida flegmatica: q̄ꝛ illaꝫ calefacit dissoluit ⁊ incidit. Et istud vult Auic. loco p̄allegato dicens ꝙ q̄ñ administrat̄ piper in electuarys est conueniens tussi ex doloribus pectoris. ¶ Tertiū est. ꝙ piper albū conuenit dolori. Et pōt istud intelligi de dolore pectoris: sicut ex Aui. allegatum est vel de dolore ventoso. Tali eniꝫ cōuenit oē piper: q̄ꝛ oē piper sui caliditate carminatiuū est ventositatū: ⁊ sic educit ventositates. Aui. vo loco p̄allegato dicit. Piper albū ⁊ similr̄ longū cōuenire in dolore ventris pungitiuo si bibat̄ cum melle: ⁊ folys lauri recentib⁹. ¶ Quartuꝫ est. ꝙ vtilr̄ pōt preuenire motū febris. i. accessionē siue ꝑoxismuꝫ febris: ⁊ hoc febris frigide: q̄ꝛ tale piper aliquo mō m̄ām calefacit ⁊ digerit. ¶ Quintū est. ꝙ piper album valet i. rigore febriū. Cuius cā est: q̄ꝛ piper sua caliditate ꝯfortat neruos: ⁊ m̄ām sparsaꝫ super eos cōsumit. Et Auic. dicit ꝙ fricando fit inunctio ex ipso cuꝫ vnguēto ⁊ cōfert rigori. Et ista iuuamenta q̄nq̄ꝫ ēt p̄nt cōuenire alys generib⁹ piperū: vt ex Auic. loco preallegato pꝫ. ¶ Et preter istos effectus piper calefacit neruos ⁊ lacertos adeo ꝙ in hoc non est aliud ei par: mundificat pulmonē: ꝓuocat vrinā paucū de ipso: sꝫ multū de ipso soluit ventrē: vt colligit̄ ex Auic. loco preallegato. ¶ Et circa istud sciēdū est ꝙ triplex est piper: sciꝫ piper albū: q̄ḋ dicit̄ leucopiper: piper longū q̄ḋ dr̄ macropiper. ⁊ piper nigrū q̄ḋ dr̄ melancropiper. Piper albū dr̄ q̄ḋ est viride multū humidū. Et q̄ñ illud est desiccatū aliquātulū: ita ꝙ appet quedā discōtinuatio inter eius ꝑtes: nō tñ sit perfecte maturatū: dicit̄ piper longū. Sed q̄ñ est perfecte maturatū tunc dicit̄ piper nigrum.

Inducentia grauedinē auditus.

Et mox post escā dormire nimisq̄ꝫ moueri.
Ista grauare solent auditus ebrietasq̄ꝫ.

¶ Hic tangunt̄ tria grauedinē auditus inducentia. Primū est. imediatus somnus post cibū sumptū. ⁊ hoc vsq̄ꝫ ad repletionē. cuius cā pōt esse ista: q̄ꝛ somnus imediate post cibū sumptū facit indigestionē ciboꝝ. cibi aūt indigesti grossos ac indigestos fumos ꝓcreant. qui sua grossitie meatus auditus opilant: ⁊ etiaꝫ sp̄ūs auditiuos ingrossant ⁊ ꝑturbant. ¶ Scḋm est nimius motus post cibū sumptū: q̄ꝛ talis etiā impedit digōnē ⁊ clausionē debitā orificy stōchi. Aliqui tñ textus loco nimis. habēt minus. ⁊ tūc sensus est ꝙ nullus motus post cibum sumptū etiā grauat auditum. Cuius rō est: q̄ꝛ tunc orificiū stomachi nō ita facile clauditur: sicut per paucaꝫ deambulationē: qua cibi descendunt ad fundū stomachi. Jam stōcho nō existente clauso: fumi multi ascendunt ad caput grauantes auditū. ¶ Tertium est ebrietas: q̄ꝛ ex ebrietate ꝓcreant̄ fumi multi ⁊ vapores qui ascendūt ad caput: ⁊ ad organū auditus spiritum eius perturbantes: ⁊ auditū grauātes. Et nō solū ebrietas inducit nocumentū auditui: sed ēt visui ⁊ oībus sensibus ꝓpter eandē causaꝫ: vt etiā prius dictū est. Auic. vo quarta terty. cap̄. 2. de cōseruatione sanitatis auris: etiaꝫ dat tria nocentia auribus ⁊ dicit. Ex eis quidē que nocent auri ⁊ reliquis

sensibus sunt fastidium ꝛ repletio:ꝛ ꝓprie somnus super repletionem. Et est sciendū ꝙ aliqui textus adhuc habent vnū versuz cōtinentē adhuc alia inducentia grauedinem auditus. Et est iste. Balnea sol vomitus affert repletio clamor:q2 ista inducūt etiam grauedinem auditus:maxime tamen tinnitū:q2 dicit Auic. 4ª terty. cap. de cura tinnit⁹. Op3 vt oēs isti vitent solem ꝛ balneum laboriosum:ꝛ vomitum:ꝛ clamorem:ꝛ repletionem.

Causantia tinnitū in aure.

Metus:longa fames:vomit⁹:ꝑcussio:casus.
Ebrietas:frigus:tinnitū causant in aure.

¶ Hic tangunt̄ septē inducentia tinnitū in aure. i. sonū quē hō vꝫ audire exterius. Quorum ṗmū est metus:ꝛ ẜm alios motus. (Metus siue motus.) Causa est de metu:q2 in metu spūs ꝛ humores mouentur ad interiora. s. versus cor subito:ex quo motu facile generat̄ vētositas que penetrando ad organū auditus tinnitum causat. De motu ēt p3:q2 ex motu corporali etiaz cōmouent̄ humores ꝛ spiritus. ex qua cōmotione etiā generat̄ ventositas facile. que veniēs ad aures tinnituz causat: q2 tinnitus causat̄ ꝓpter aliquā cōmotionez vaporis aut ventositatis circa organū auditus cōmouentiū aerez connālē in organo auditus existentez. ¶ Scōm est longa fames. (Fames.) Et rōnē subiungit Aui. 4ª terty. ca. 9. dicēs. Et illō est ꝓꝓ agitationē cadentē in humoribus sparsis in corꝑe gescentibus in ipso. Et cū nō inuenit nā cibū aliquē:cōuertit ad eos ꝛ resoluit ipsos ꝛ mouet eos. ¶ Tertiū est vomit⁹: (Vomitus) q2 in vomitu q̄ est motus laboriosus mouent̄ maxīe hūores ad caput. In signū cuius oculos ꝛ faciē videmus fieri rubeos:ꝛ visus fieri nocumētū. Et sic etiam facile mouent̄ in vomitu vapores ꝛ ventositates ad organum auditus. ¶ Quartū est percussio sphere in capite:ꝛ maxime in aure. (Percussio) Cuius cā est:q2 ex tali etiam accidit vehemēs cōmotio aeris cōnālis in organo auditus exñtis:q2 nā aliquo membro leso imediate mittit ad ipsuz spiritū ꝛ sanguinez:q̄ sūt instra nature:ex qb⁹ tūc accidit in aure cōmotio. ¶ Quintuz est casus ꝛ maxīe supra caput ꝓpter eandē cām que dicta est de percussione. (Casus.) Et ēt ex casu quocūq3 vehemens fit cōmotio humorū in corpore. ¶ Sextū est ebrietas. (Ebrietas.) Cui⁹ causa est:q2 in ebrietate caput replet̄ fumis ꝛ vaporib⁹:ex qbus ad organū auditus venientibus facile cōmouet̄ aer ꝯnālis in organo auditus existēs. ¶ Septimū est frigus: (Frigus.) ex forti eni3 frigore:debilitat̄ organū. quare ex leui cā facile patitur:vel cōtingit tinnitus ex forti frigore:q2 forte frigus causat ventositates. Et nō solū ex istis causis cōtingit tinnitus auriū:imo ex pluribus alys sicut ex vētositate in capite generata:ꝛ in ipso nota:aut ex sonitu saniei q̄ gñat̄ fortasse in ipsa:ꝛ ex feruore puris in partib⁹ ei⁹:aut ex motu vētositatis accidentis multoties in meatibus eius:sicut fit in febribus. aut ex repletione superflua in corpore:ꝛ ꝓprie in capite. aut ex materia viscosa resoluta in paucā vētositatem:aut ex medicinis:quarum proprietas est vt retineant humores ꝛ ventositates in partibus cerebri:vt colligitur ab Auicen. loco preallegato.

Nocentia oculis.

Balnea:vina:venus:vent⁹:piper:allia:fum⁹.
Porri cū cepis:lens:fletus:faba:sinapis:
Sol:coit⁹:ignis:labor:ictus:acumia: puluis.
Ista nocent oculis:sed vigilare magis.

¶ Hic ponunt̄. 21. res nociue oculis. Prima est balneum: (Balneuz) siue humidū:siue siccuz qō stupha dicit̄:ṗmo q2 calefacit eos calefactione multa:ꝛ sic ledit eoꝝ cōplexionē cū nālr sint frigidi de nā aque. ¶ Scdō quia exiccat ꝛ resoluit humiditates subtiles oculoꝝ qbus spūs visiui qui sunt ignei hñt refocillari ꝛ tēperari. ꝛ ꝓpter istud plures reperiunt̄ ceci supra rhenū:in qb⁹ vtunt̄ stuphis ꝛ balneis:quemadmodū etiā plures reperiunt̄ leprosi in hollandia q̄3 in aliqua alia regione ꝓpter indebitū regimen. ¶ Scđa res est vinū (Vinum.) ꝛ hoc imoderate sumptū:tale enim debilitat oculos ꝛ visuz:q2 caput replet fumis ꝛ vaporib⁹:ꝛ ergo etiā hebetat oēs sensus. ¶ Tertia res est venus. i. nimius vsus coit⁹: (Venus.) qui ab oībus medicis fert̄ debilitare multū visuz. Et Aris. 4ª ꝓblematū ꝑticula. ꝓblemate tertio. assignat cām istā. s. q2 per coitū aufert̄ qō oportunū est oculis. Op3. n. humidū aqueū subtile eis inesse in quo visibiles spūs fulciant̄. Nā oculus nāliter est talis. s. humidus. Unde de sensu ꝛ sensato ꝛ qnto de gnōne aialiū dr̄ oculus esse de nā aque. Sed euulsis humidis ꝛ euacuatis cōtingit superiora desiccari: ꝓꝓ qō oculi a sui recedunt nā:que humiditate vigebat. Et merito oculi vigent humiditate:q2 ꝑ spūs igneos q̄ sunt in multo motu euanescerent:nisi humido sustētarent̄. Ex isto manifestū est ꝙ coitus exiccat ꝑtes superiores subtrahendo humidū:ad qō sequit̄ lesio acuitatis visus. ¶ Quarta (Ventus.) res est ventus ꝛ maxime meridionalis:de quo dicit Hip. 3º aphorismoꝝ. aphorismo illo. Austrini flatus:ꝙ est caliginosus. idest caliginē ꝛ obscuritatē in oculis inducēs:qō ꝓuenit:q2 talis vētus caput replet humiditatib⁹ hebetantibus sensus ꝛ spūs obfuscantib⁹. ¶ 5ª res est piper qō prouenit ꝓꝓ sui acuitatē:que gñat fumos oculos mordicātes. (Piper.) ¶ 6ª res est allia:que ēt nocēt visui ꝓꝓ eoꝝ acuitatē ꝛ vaporositatē. vt ēt dictū est ibi. Allia nux ruta. (Allia.) ¶ 7ª est fum⁹: (Fumus.) qui ēt nocet oculis ꝓꝓ mordicationez ꝛ exiccationē. ¶ 8ª est porri:q2 ex esu ipsoꝝ gñant̄ fumi grossi melancholici: (Porri.) qb⁹ visus obumbrat̄:vt ēt ṗus dictū est ibi. Allia nux ruta. ¶ 9ª est cepe:quaꝝ comestio nocet oculis ꝓꝓ earū acuitatē. (Cepe.) ¶ 10ª est lens:de quo dicit Auic. 2º cañ. cap. de lente. (Lens.) ꝙ illi q̄ plurimū eius comestione vtit̄:visus obtenebrat̄. ¶ 11ª res est fletus nimi⁹: (Fletus.) ꝓꝓ vehemētiā exiccatiōis eius. q̄ debilitat oculos:ex eo ꝙ inducit debilitatē retentiue oculoꝝ. ¶ 12ª est faba:cuius vsus gñat fumū grossuz melicū (Faba.) obtenebrātē spūs visiuos sicut porrū. Et ergo ēt comestio fabaꝝ inducit somnia terribilia. ¶ 13ª est sinapis cuius (Sinapis.) vsus inducit debilitatē visus ꝓꝓ eius acuitatez. ¶ 14ª est (Sol) aspicere solē:ꝛ hoc est ꝓꝓ ei⁹ vehemētē nitorē ꝛ splendorē qbus destruit̄ visus:vt p3 ad experientiā:ꝛ hoc iō:q2 vehemens sensibile nō ꝓportionatum sensui:sicut rady solares corrumpunt sensuz. ¶ 15ª est coitus ꝛ maxīe post nimiam (Coitus.) repletionē:vel magis post nimiā vacuitatē ꝛ inanitionē:ꝛ de ista re dictū est. ¶ 16ª est ignis:cui⁹ inspect⁹ causat siccitatē vehemētē in oculis:ꝛ sic ledit visuz:ꝛ ēt ledit ꝓꝓ claritatē eius. (Ignis.) Et ergo cōiter videmus fabros illos qui cōtinue corā igne operant̄ rubeos vel debiles hr̄e oculos. ¶ 17ª est nimius labor:q2 talis ēt vehemēter exiccat. (Labor) ¶ 18ª est ꝑcussio ꝯ oculos que ledit oculos ꝛ visuz:q2 facit sanguinez (Percussio) ad oculos fluere:spūz visiuū ꝑturbātē:ꝛ aliqñ apa generātem. ¶ 19ª est nimi⁹ vsus rerū acutarū:videl3 vti diuersis (Usus acutorum.) salsamentis acutis. ꝛ hoc ꝓꝓ acuitatē fumoꝝ ex ipsis gñatoꝝ. ¶ 20ª est puluis siue ambulare in locis puluerulentis:in qb⁹ de facili puluis ad oculos ꝓuenit ꝛ visum obfuscat. (Puluis.) ¶ 21ª:ꝛ inter ceteras magis ledens oculos ꝛ visuz est (Vigilia.) nimiū vigilare:q2 vigilie nimie nimiam siccitatē in oculis inducūt. ¶ Et in gñali oīs repletio nocet oculis. silr oē qō exiccat nā3:ꝛ oē qō turbat sanguinē ex rebus salsis acutis ꝛ allys ꝛ oīs ebrietas. Uomitus xº cōfert ei inq̄tum purgat stōchū:ꝛ nocet ei inq̄tū mouet mās cerebri expellēdo eas ad ipsuz. Et ḡ si fuerit vomitus necessari⁹ o3 fieri post cibū cū facilitate. Et silr somnus supfluus nocet visui:ꝛ somnus statim post repletionē:ꝛ multitudo flebotomie:ꝛ ꝓprie cū vētosis ꝯtinuis. Et istud colligit̄ ex Auicē. 3ª terty. tractatu 4º. cap. 4º de rememoratione reꝝ visui nocētiū. vbi ēt Aui. plures ex causis in textu narratis exprimit.

Feniculus

Conferentia visui.

Feniculus: verbena: rosa: chelidonia: ruta.
Ex istis fit aqua que lumina reddit acuta.

¶ Hic tangunt quinque res medicinales: quarum aqua confert visui. ¶ Prima est feniculus: cuius succus in oculo positus acuit visum secundum Rasis 3° Almansoris. ¶ Secunda est verbena: cuius aqua a communibus medicis ponitur in receptis valentibus contra debilitatem visus. ¶ Tertia est rosa: cuius aqua confortando spiritum animalem pot confortare visum. ¶ Quarta est chelidonia: et est herba habens succum citrinum. Et dicitur chelidonia quasi celica dona donans. ¶ Quinta est ruta: et est herba communis: et aque istarum duarum herbarum similiter valent: ut ex communibus auctoribus medicine patet. Et de pluribus istarum herbarum prius in diversis passibus dictum est amplius.

Ad dolores dentium.

Sic dentes serva porrorum collige grana.
Ne careas iure cum iusquiamo simul ure.
Sicque per embotum fumum cape dente remotum.

¶ Hic ponuntur alique medicine valentes ad dolorem dentium. Et dicit textus: quod semina porrorum et iusquiamus simul usta valent in dolore dentium. Et debent sic administrari succus iusquiami cum seminibus porrorum debent simul comburi: et fumus istorum per embotum recipi in illa parte in qua est dolor dentis. In iusquiamo enim est virtus stupefaciendi: et sic ex stupore dolor non percipitur. Et in fumo seminis porri est virtus interficiendi et eiiciendi vermes: qui aliquando in concavitatibus dentium existentes intolerabilem faciunt dolorem. Et istud dicit Avic. 2° can. ca. de porro. Et est porrum herba nota. Et iusquiamus est herba stupefactiva habens longa folia pinguia et fetida.

Facientia vocem raucam.

Nux: oleum: frigus capitis: anguillaque potus.
Ac pomum crudum faciunt hominem fore raucum.

vt loco mali sanguis: bonus sanguis generet: ꝛ postea dȝ fieri post modicum tps flōmia pauca: ꝛ sic deinceps. Ista flōmia est directa: qꝛ fit p se ad euatione illius qd p se dȝ per flōmiaȝ euari. s. ad euatione plenitudinis humoꝝ siue sanguis: principal'r tamen ſm q cū eo sunt alij humores. ¶ Prima cā idirecta est magnitudo morbi ꝛ magnitudo apparētis vehemētis inflāmationis: qꝛ ſm Gal'. in cōmēto illius apho. Que egerunt ꝛc. Non est melior medicina in apate vehemētis inflāmationis ꝛ in febribus ꝛ dolore forti q̄ flebotomia: vt etiaȝ dictuȝ est. ibi. Frigida natura. ¶ Scđa cā indirecta est: vt attrahat mā ad ptē illaȝ per quā dȝ euari mā: vñ in retētione mēstruoꝝ ꝛ hemorrhoidarū dȝ aperiri saphena ſm Gal'. ꝛ Aui. vt trahat mā sanguinis ad inferi⁹. ¶ Tertia cā indirecta est: vt hūores trahant ad locū ꝯriuȝ illi loco ad quē fluunt humores: ꝛ hoc ad diuertēdū māȝ a loco ad quē fluunt humores: vnde in nimio fluxu menstruoꝝ dȝ fieri flōmia de basilica: vt trahatur mā ad ꝯrium locū ad quē declinat ꝛ diuertat a suo fluxu. Et pp hoc in pleuresi sinistre ptis dȝ fieri flōmia in parte dextra: vt diuertat mā ꝛ attrahat ad locum ꝯrium loco ad quē declinat. Et simil'r si sit in parte dextra dȝ fieri flōmia in pte sinistra. ¶ Quarta cā indirecta est: vt per flōmiaȝ vna portio materie euacuet ꝛ natura potētior sit supra residuū: ꝛ sic competit flebotomia qñ repletio est in corpore ne fiat apostema: quia natura est debilis respectu regiminis illoꝝ humoꝝ: ideo vna portio illius materie est euacuanda ne propter impotentiaȝ nature in regendo illam materiaȝ: illa materia fluat ad aliqueȝ locū debileȝ in quo aggregetur ꝛ apostema generet.

Scissio in flōmia q̄lis debeat esse.

Fac plagam largā mediocriter vt cito fumus
Exeat vberius liberiusq̄ȝ cruor.

¶ In hoc passu auctor ponit vnum documentū de quātitate scissure in flebotomia. Et dicit q scissura debet eē larga mediocriter: vt fumus ꝛ grossius sanguis liberius exeant: quia qñ scissura est stricta: tunc soluȝ subtilis sanguis exit ꝛ grossius remanet. Circa istud est sciēdū q aliqñ in flebotomia debet fieri vulnus magnum: ꝛ aliqñ paruū. Debet autē fieri vulnus magnū tribus de causis. Primo qa humores sunt grossi: ꝛ grossius sanguis est euacuādus: vt per illud vulnus magnuȝ sanguis facilius possit exire: ꝛ ergo in melancholicis faciēdum est magnū vulnus. Secundo pp temporis frigiditateȝ: qꝛ humores ingrossat: ꝛ ergo in hyeme debet fieri vulnus magnū. Tertio ꝓpter abundātiam humoꝝ: qꝛ tunc melius fit euacuatio per vulnus magnum q̄ paruū. Sed vulnus paruū fit cum est virtus debilis: vt de spiritibus ꝛ calore minus euacuet: ꝛ in tēpore calido eadem de cā: ꝛ qñ est sanguis subtilis.

Aucdam ꝯsideranda i flebotomia.

Sanguine subtracto sex horis est vigilanduȝ:
Ne somni fumus ledat sensibile corpus.
Ne neruū ledas non sit tibi plaga ꝓfunda.
Sanguine purgatus nō carpas ꝓtinus escas.

¶ In hoc passu tangit tria cōsideranda circa flebotomiā. Primū est q flebotomatus non debet dormire imediate post flōmiā: nisi ad minus transiuerint sex hore. Et huius subdit auctor cām: ne fumi qui. s. in somno causant moti ad caput ledant cerebrū. Alie tamē possunt assignari cāe. Quaꝝ prima est ne in somno vertat se patiens supra brachiuȝ flebotomatū ꝛ per hoc ledat. Scđa est ne humores in somno fluant ad membrū lesum in quo est dolor ꝓpter ictum flebotomi ꝛ fiat apostema. Unde Gal'. 2° aphorismoꝝ sup illo aphorismo. In quo morbo vult q in somno si fiat apostema in tra corp⁹ aut membrū sit lesum ad ipm fluunt humores. Auicē. xo aliam assignat cām. s. q per talem somnū posset accidere cōfractio membroꝝ. Et istius causa pōt esse: quia sicut ſm Gal'. super illo aphorismo. In quo morbo ꝛc. somnus principio paroxismi nō competit: quia calor naturalis ad interiora regredit: ꝛ exteriora infrigidant: ꝛ fumi remanent nō cōsumpti: ꝓpter qđ rigor augmentat ꝛ paroxismus etiaȝ prolongat: sic etiaȝ fumi ꝓpter cōmotioneȝ humoꝝ in flebotomia ad neruos ꝛ ad lacertos eleuant: qui nō consumpti remanētes in somno infrigidant in exterioribus ꝛ ingrossantur: ꝛ ideo faciunt neruoꝝ ꝛ lacertoꝝ cōfractionē si fiat superdormitio imediate post flebotomiaȝ. Alia causa pōt esse: quia materiaȝ ingrossans est faciēs ꝯfractionē: sicut in quartana in cuius typo fit confractio ꝓpter frigiditatē ꝛ grossitieȝ materie: sed nerui ꝛ lacerti sunt frigidi: ideo ad ipsos veniens iste fumus in somno: in quo fit retractio caloris ad interiora infrigidat ꝛ ingrossat: ꝛ iste fumus infrigidatus ꝛ ingrossatus frigiditatē: ꝛ ingrossationeȝ inducit in membro sine confractionē: quia ad membrū consimile ꝓperant egritudines consimiles. Et istud verū est de somno flebotomie vicino: ꝛ nō de remoto postq̄ fumi illi fuerint consumpti. ¶ Scđm qđ dicit est q flebotomans debet cauere ne faciat nimis ꝓfundam aperturā in minutiōe: ita q cū flebotomo ledat neruū vel arteriā vene suppositos. Naȝ ex lesione nerui sequit spasmus ex quo vlterius acerbissima mors sequit vel ad minus perditio membri: puta brachij vel digiti ꝛc. Et ex lesione arterie sequit fluxus sanguinis arterialis difficillime curabilis. ¶ Tertium est q flebotomatus non debet ilico: idest imediate post flebotomiaȝ cibum sumere: sȝ debet expectare quousq̄ȝ in eo humores fuerint quieti: ne cibus ante eius digestioneȝ ad subueniēdum membro leso cum sanguine simul attrahat.

Que vitare dȝ flebotomatus.

Omnia de lacte vitabis rite minute.
Et vitet potum flebotomatus homo.
Frigida vitabis: quia sunt inimica minutis.
Interdictus erit minutis nubilus aer.
Spiritus exultat minutis luce per auras.
Omibus apta quies est: motus valde nociuus.

¶ Hic auctor ponit quinq̄ȝ vitanda ab ipso flebotomato. Quoꝝ primū est q flōmatus debȝ vitare lac ꝛ lacticinia. Cuius cā est: qꝛ ex cōmotiōe humoꝝ per flebotomiā sepe fluunt humores aliqui ad stomachū. Si ergo lac sumeret: ex cōmistione illoꝝ humoꝝ lac in stomacho corrūperet: ex quo de se maxime corruptibile est. Et ēt lac ꝓpter dulcedinē eius posset trahi indigestū ad venas. Et ꝓpter cōmotionē humoꝝ facile corrumpi. ¶ Scđm est q flebotomatus debet cauere a potu nimio: qꝛ ꝓpter euacuatōeȝ venaruȝ talis potus traheret facile ad venas indigestus: prout prius dictū est. ¶ Tertium est q flebotomatus dȝ vitare omnia frigida tam intus sumpta q̄ exterius adhibita: puta cibaria multū frigida: aerem frigidum: balneuȝ frigidum: tenuitatē vestium: sessionē supra petraȝ: frigiditatem capitis vel peduȝ: quia cū calor naturalis per flebotomiaȝ debilitatus sit corp⁹ facile superflue infrigidaret. ¶ Quartū est q flebotomat⁹ nō debet ambulare in aere tenebroso: nebuloso ꝛ turbato: qꝛ talis cōtristat animus ꝛ pigritiem in corporib⁹ inducit: vt prius dictū est: ibi. Aer sit mundus: iam tristitia causa est sanguinis melancholici. Sed debȝ ambulare in aere claro ꝛ lucido: qꝛ in tali aere spiritus vitales naturales ꝛ animales recreant ꝛ ad extra mouent congaudentes simili. ¶ Quintum est q flebotomatus debet querere quietem temperatā. Simil'r motuȝ excessiuū vitare: qꝛ motus excessiuus: tūc maxie debilitat ꝛ humores cōmouet: quies xo temperata motū sedat.

Principio

Principio minuas in acutis perperacutis.
Etatis medie multum de sanguine tolle.
Sed puer atqз senex tollet vterqз parum.
Ver tollet duplum: reliquū tps tibi simpluз.

¶ Hic auctor dicit 4or. Primū est ꝙ flōmia facieda est in pnº egritudinuз pperacutarū.i.maxime acutaꝝ: que.s.terminant̄ in die qrto: qz tales sunt breues nec dāt inducias: τ iō a pnº medicāde sunt. ¶ 2m est ꝙ in etate media.s.que est a 30º anno vsqз ad 45m vel 50m annū plus de sanguie extrahendū est q̄ in aliqua aliaꝝ etatū: qz in tali etate: maxime multiplicat̄ sanguis τ eius subtractio non ipedit augumentū: nec diminuit virtº corpis: qz corpus in tali etate nō auget̄ neqз diminuit̄ sensibilr̄: sз stare videt̄. ¶ 3m est ꝙ senes τ pueri paꝝ flōmādi sūt: qz in pueris sanguis multus reqrit̄ pp nutritionē τ augumentationē in eis. Et in senibus virtus incipit debilitari. ¶ 4m est ꝙ in vere dupla quātitas sanguinis abstrahenda est p flōmiā respectu alioꝝ tēpoꝝ. Cuius rō est: qz ver est tps maxime multiplicatiuū sanguinis fm oēs auctores medicine. ¶ Circa primū dictū p maiori declaratione ponende sunt aliq̄ regule circa flōmiā.

Regule q̄dā circa flebotomiā.

Quaꝝ pma est ꝙ in pnº morbi nō est facieda flōmia: medicus eni est minister nature fm Gal. 3º techni.cañ.illo. Oium nā opatrix: medicus vo minister: sз fm Gal. 4º aphorismoꝝ.in cōmēto illius. egritudinibus gbuscūqз incipientibus nulla euacuatio in pnº morbi est nālis. sicut ergo nā in pnº morbi nō euacuat: ita nec medicus. Istud tñ in tribus casibus hз instantiā.

In principio morbi nō est flōmādū nisi in gbusdā casibus.

Primo in materie furiositate. Vñ Auic. loco sepe allegato. vult ꝙ in pncipio morbi flōmia nō dз fieri: qz flōmia humores cōmoueret τ subtiliaret τ currere p corpus faceret nisi mā sit furiosa. Scd̄o hз instātiā in mãe multitudine. Vñ Gal. sup illū aphorismū. Incohoātibus morbis. vult ꝙ opз fieri flebotomiā aut pharmaciā. vt nā alleuiet̄: que.s.onerata est p materie multitudinē. Tertio hз instantiā in morbi magnitudine τ acuitate: vt qñ est apostema magnū τ dolorosum: lз nō sit multa mā.s.añs in corpore. Vñ dicit Gal. 13º mēgatēchni. Si apostema sit magnū flōmet̄ in pncipio: lз non sit materie multitudo: ne crepet̄ aut aperiat̄ apostema ante sui maturationē. Ergo vt mala sinthomata vitentur minutio est facieda.

Flōmia nō dз fieri in die motus egritudinis.

¶ Scd̄a rl'a est ꝙ nō fiat flōmia in die motus egritudinis: sicut in crisi nō est facienda flōmia nec aliq̄ euacuatio ne mā a loco ad quē nā mittit ipsam diuertat̄. Silr̄ neqз in paroxismo: vñ fm Gal. primo aphorismoꝝ. In statu neqз flōmia neqз pharmacia fieri dз: qz in eo fit coctio morbi que melius fit in qete q̄ in motu. Sed sicut se hз status ad morbū totalē: ita paroxismus respectu dierū interpollationis: sicut ergo in statu non est euacuādū: ita nec in paroxismo. ¶ Tertia rel'a est ꝙ flōmia nō est facienda in pnº morbi cuз crisis est remota: qz fm Isaac in vrinis. sanguis est fundamentū caloris nālis ipsum.s.sustinēs: lз cor sit fundamentum generans: τ spūs fundamentū deportās: sed sanguis est fundamentū caloris nālis: qz ex eo nāliter gñatur calor nālis: τ ideo aliqs sanguinē euacuādo euacuat calorē qui mām morbi hз digerere: τ per 9ñs morbus plongat̄ τ virtus debilitat̄: pp qd̄ timendū est ne pp longitudinē morbi τ debilitatē virtutis nā succumbat. ¶ Quarta rel'a est ꝙ in corpore hñte fecez in intestinis non dз fieri flōmia. Cuius cā est: qz tria sunt attrahentia.s.calidū vacuū: τ tota species: qz ergo p flōmiā vene euacuant̄ que a mēbris sibi ppinquis attrahunt: τ ita meseraice a stōcho: venter plus cōstipat̄: τ mā cōtenta in venis plus inficit̄ τ meseraice attrahūt humiditatē fecū: τ feces plus desiccant̄. dз ergo venter pmo leniri: vt p suppositoria aut clysteria nisi p se laxet̄. ¶ Quinta regula est ꝙ non dз fieri flōmia multa: qz ex hoc malū accidit in senio.s.multi morbi mali: sicut epilepsia apoplexia τ paralysis: qz pp remotionē sanguinis τ caloris generant̄ multe supfluitates flegmatice que sunt cause harum egritudinū. ¶ Sexta regula ꝙ non dз fieri flōmia in muliere mēstruata aut impregnata. In impregnata nō dз fieri: qz per hoc calor digerēs cibū diminueret τ nutrimentum fetus auferet̄: τ maxime qñ fetus est magnus: cū tunc indigeat ampliori nutrimēto: τ istud dicit Hippo. 5º aphorismoꝝ. In mēstruata vo nāliter: scз fm reuolutionē mēsis non dз fieri flōmia: qz in fluxu nimio menstruoꝝ esset facieda ad diuertendū mām: sз qñ eueniunt: nāliter τ fm debitū cursum nature: tunc nō dз fieri flōmia cū mā euacuetur sufficiēter a nā: τ natura non dз diuerti ab opatione. ¶ Septima regula est ꝙ post cholericā passionem nō dз fieri flōmia cū enim flōmia cōmoueat humores p hoc posset humor cholericus ad stōchum fluere τ ipsum inflāmare: nec dз fieri post vomitum: ne silr̄ humores fluāt ad stōchum: neqз post fluxū ventris: neqз post vigilias magnas: neqз post motū fortē: τ breuiter nec post vllum calefaciens multū/aut multuз dissoluens: qz flōmia humores plus cōmoueret τ virtutē magis debilitaret.

In gbus hoibus cōuenit flōmia.

¶ Deide videndū est in gbus hoibus cōpetit flōmia: τ p illo ponende sunt alique regule. Quarū prima est ꝙ flōmia cōpetit hoibus delicatis ociosis τ quiescētibus multū carnosis: et cibis multū sanguinē generātibus vtentibus. ¶ Scd̄a regula est ꝙ flōmia cōuenit illis in gbus est abundātia sanguinis: qd̄ cognoscit̄ per vrine spissitudinē. abūdātia eniз sanguinis facit cā spissam: sed cholera subtilez. ¶ Tertia regula est ꝙ flōmia dз fieri in illis in gbus melīa abūdat: vnde cū est multa melancholia nālis currens cuз sanguine per totū corpus: qz sanguis in epate ab ea nō mundificat̄: tunc cōpetit flōmia siue minutio: postea pharmacia. Unde duplex est melancholia: nālis τ innālis. Naturalis est fex sanguinis q̄ qñ abundat ipa est currēs cū sanguine quare cū sanguine per flōmiaз euacuatur. Ideo facienda est flōmia ad eius euacuationē cū sanguine. Ab eodē eniз calore.s.a calore tēperato fiūnt sanguis τ melāncholia: que est eius fex: τ postea facieda est pharmacia. ¶ Quarta regula est ꝙ in illis in gbus timet̄ humorū ebullitio τ pturbatio τ calefactio cōpetit flōmia: τ isti statim qñ sentiunt se calefieri debent flōmari cum sit timor ebullitionis cōturbationis τ calefactionis pp humoruз abundantiā. Aliquādo tamē aliqui decipiunt per istā regulā qz statim qñ sentiunt calefactionē τ timent de humoꝝ ebullitione statim flebotomāt se. Et quando istud est ex cholere calefactione τ incēsione per flōmiam non cessat calefactio nec ebullitio: imo per hoc augumentatur: qz flōmia humores cōmouet: τ per corpus currere facit: τ ergo non cōpetit flebotomia: nisi hoc fiat ex abundātia humoꝝ: qd̄ cognoscit̄ per sudoris multitudinē: τ maxime in mane. Aliqui enim sunt qui non sudāt nisi qñ euacuatione indigent. ¶ Quinta regula est ꝙ illis dз fieri flebotomia qui habēt fortem virtutē τ qui sunt sanguinee cōplexionis: nō frigide τ sicce. Unde Rasis 7º Almansoris. Corpora apta flōmiam: τ que eā plus possunt pati sunt illa que habent venas amplas τ manifestas: τ corpora pilosa τ bruna: τ ex colore rubeo τ fusco mistis sunt colorata τ iuuenes τ adolescentes τ senes nō decrepiti: sed pueri τ infirmi nō sunt minuēdi nisi magna vrgēte necessitate. Et plurime istarū regularū colligunt̄ ex Auic. quarta primi. cap. de flebotomia.

De membris flebotomādis.

Estas ver dextras: autūnº hyemsqз sinistras.
Quatuor hec membra: cephe: cor: pes epar vacuanda.

Ver cor: epar estas: ordo sequens reliquas.

¶ Hic ponit auctor aliqua ꝯcernētia mēbra euacuāda flō mia. Et dicit pmo ꝙ in vere ⁊ estate debēt euacuari vene dextre: vt dextre manus vel dextri brachij vel pedis. Sꝫ in hyeme ⁊ autūno debēt flōmari vene sinistre. s. sinistre manus vel sinistri brachij vel pedis. Et istius cā pōt eē: qꝛ ver est multiplicatiuū sanguinis ⁊ estas cholꝰe. ergo in vere ⁊ estate debēt euacuari ille vene in qbus magis abundāt sanguis ⁊ cholꝰa: sed illē sunt vene dextre: qꝛ in pte dextra corpis situatū est mēbrū generatiuū sanguinis. s. epar ⁊ receptaculū cholere. s. cistis fellis. Sed autūnus est gñatiuus melꝰie: que ēt coacerua̅t ⁊ nō resolui̅t p hyemē. ergo in autūno ⁊ hyeme debēt flōmari ille vene in qbꝰ magis dominatur melancolia que sunt vene sinistre cum in sinistra parte corporis cōtineatur splen qui est receptaculum melancholie. Secundo dicit ꝙ ista quatuor membra: scꝫ cephe idest caput, cor, pes, ⁊ epar fm quatuor partes anni sunt euacuanda: cor quidem in vere. epar in estate: caput in hyeme: ⁊ pedes in autūno.

Iuuamēta flōmie saluatelle.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta.
Purgat epar: splenē: pectus: precordia vocē.
Innaturalem tollit de corde dolorem.

¶ Hic tangit sex iuuamēta ꝓueniētia ex flōmia vene que dr̄ saluatella: ⁊ est vena in dorso manus in loco q est inter auricularē digitū ⁊ medicū. Primū est ꝙ ipa purgat epar. 2m est ꝙ ipsa mūdificat splenē. 3m est ꝙ mūdificat pectꝰ. 4m est ꝙ pseruat pcordia. i. orificiū stōchi a nocumēto. 5m est ꝙ aufert nocumēta vocis. 6m est ꝙ aufert dolorē innālē cordis. Et rō oīum iuuamētoꝝ est: qꝛ pdicta vena ab oībus istis locis sanguinē euacuat: vt postea etiam patebit.

Flōmia arterie iuuat ⁊ nocet.

¶ Pro maiori declaratione sciēdū est ꝙ in flōmia aliqñ apiunt vene ⁊ aliqñ arterie. In apitione aūt arterie est timor. Et huius cā potissima est nimius fluxus sanguinis q duplici ex cā hꝫ fieri in flōmia arterie. Una cā est caliditas vehemēs sanguinis arterialis. Calidū eni est facile mobile ⁊ arteriā dilatās ⁊ aperiēs: ⁊ iō iuuat mulum ad euacuationē sanguis in flōmia arterie. 2a cā est arterie mobilitas: ⁊ ideo tardius in ea vulnus curat: qꝛ vulnera non sanant nisi qescant. Prodest tñ ista flōmia triplr̄. Primo cū est in corpe sanguinis subtilis abundātia. 2o qñ vaporosi. 3o qñ calidissimi. sanguis eni subtilis ex quo calor nālis ⁊ spūs fiunt hitat in arteria: sꝫ sanguis grossus ex quo membra nutriunt in venis. Silr̄ sanguis vaporosus in arteria cōtinet: ⁊ sanguis sanguineus in venis. Sanguis ēt calidissimus q a corde efficit. ⁊ digerit qd est calidissimū: mēbꝝ ēt cōtinet in arteria: alius aūt sanguis in venis.

Que vene flōment.

¶ 2o sciendū est ꝙ venaꝝ apitio est in multis mēbris. Aliqñ in brachio siue manu magna: aliqñ in parua. Aliqñ in pede aliqñ in naso: aliqñ in frōte, aliqñ in labijs. aliqñ sub lingua siue in palato. Aliqñ in angulis oculoꝝ versus frontē. In manu maiori que est ab ascellis vsqꝫ ad cubitos sūt qnqꝫ vene aperiēde fꝫ Rasim. 7. Almansoris. ⁊ Auic. loco preallegato. Una vocat cephalica: que est vena capitis. 2a basilica que est vena epatica. 3a mediana siue cordiana siue nigra fm ꝙ vocat ab Auic. siue matrix: sicut vocat a Rasi. 4a assellaris. Et qnta funis brachij. In manu minori est sceiles siue saluatella. ⁊ ita in brachio fm ꝙ cōtinet maiorē manū ⁊ minorē sunt aperiēde sex vene.

Vene manus.
Cephalica.

¶ Cephalica a ptibus que sunt supra collū euacuat: ⁊ iō passionibus capitis valꝫ vt in emigranea mania: ⁊ in alijs calidis passionibus siue ex mā calida. Uñ ⁊ ista incipit siue orit ab humero: ⁊ tēdit versus ptē siluestrē brachij.

Basilica.

¶ Basilica euacuat imediate a ptibus sub collo: vt a pectore ⁊ epate. Uñ in passionibus pectoris epatis ⁊ similiū valꝫ: vñ valet in pleuresi: ⁊ icipit ista ab assellari ⁊ tēdit ad ptē domesticā brachij. i. ad incuruaturā brachij.

Mediana.

¶ Mediana vo est media inter duas pdictas in situ ⁊ in cōpōne: qꝛ ex eis cōponit. Est eni ramus vtriusqꝫ: ⁊ est ēt media in euacuatione: qꝛ vndiqꝫ euacuat. ⁊ ab inferioribus ptibus sub collo ⁊ a collo ⁊ supra collū. Unde est vl̄is toti corpi in euacuādo. Nō vl̄is sicut dicunt qdā: qꝛ a corde orit: sed qꝛ ramus est cephalice ⁊ basilice. Et ergo cum volumus flōmare de cephalica ⁊ nō appet debemus accipe magis medianam ꝙ basilicā. Et silr̄ cū volumus flōmare basilicā ⁊ nō appet: magis debemus flōmare medianā ꝙ cephalicā: qꝛ magis cōuenit cū vtraqꝫ ꝙ vna cū alia: cū sit ramus istaꝝ: ⁊ illa sint extrema.

Saluatella.

¶ Sceiles siue saluatella est vena que est inter auricularē ⁊ medicū tendēs plus versus mediū digitū: ⁊ orit a basilica: ⁊ ista apit in dextra manu opilatiōe epis ⁊ in sinistra manu in opilōne splenis. Et q̄re fit hoc nescit rōne: sicut dicit Auic. sꝫ expientia: hāc. n. iuenit Gal. p somnū: vt ipse dicit: qꝛ hēbat quendā in cura hñtē opilationē epatis ⁊ splenis: ⁊ somniabat se flōmare patientē de illa vena: ⁊ sic fecit ⁊ curatꝰ est. De ista fit flōmia ponēdo manū in aq̄ calida: qꝛ subtilis est: iō vt ingrossct ⁊ dilatet: ⁊ ne vulnus claudat citius debito: ⁊ vt sanguis grossius subtilict.

Assellaris.

¶ Assellaris est illa que posita est sub basilica ⁊ illa apparet in ligatura brachij. ⁊ de ista idē est iudiciū cū basilica.

Funis brachij.

¶ Funis brachij est illa que est supra cephalicā siue os vltimū siue altius brachij: versus ptē siluestrē. Et est idē iudiciū de ista ⁊ de cephalica.

¶ Licet g̊ fm Auic. ⁊ Galenū in aptione vene fiat euacuatio vl̄is a toto corpe: nō tñ ab oībus venis equalr̄: vt visum est. Licet ēt vene a toto corpe euacuēt: nō tñ est in eis timor eq̄lis: imo cephalica fm Rasim 7o Almansoris est securior. Et basilica est magis timēda. ⁊ cardiaca etiā multū est timēda: lꝫ minus ꝙ basilica. Cephalica est securior: qꝛ neqꝫ iuxta eā est neruus: neqꝫ arteria neqꝫ supra eā. Sed sub cardiaca est neruus ⁊ altius supra eā est neruus subtilis: iō timēduꝫ est ne incidat. Basilica est piculosa valde: qꝛ est sub ea arteria ⁊ iuxta eā est neruus ⁊ musculus: ⁊ ideo est timenda valde. Sceiles siue saluatella nō est piculosa: sed tñ subtilis est: ⁊ ideo vt aperiatur melius est ꝙ ponatur in aqua calida.

Que vene flōmentur in pede.

¶ In pede sunt tres vene. s. sciatica saphena ⁊ vena poplitis. Et he aperiunt cū volumꝰ trahere sanguinē ad partes inferiores: vt in ꝓuocatione mēstruoꝝ: ⁊ illa que est in poplite fm Auic. magis valꝫ ꝙ saphena aut sciatica: qꝛ ppinquior est matrici: ⁊ iō meliꝰ pōt ab ea trahere. Saphena vo a virga testiculis ⁊ a mr̄ice sanguinē attrahit. Sed sciatica ab anchis renibus ⁊ mēbris que sunt situata versus ptē siluestrē melius trahit. Saphena vo a mr̄ice ⁊ a membris positis versus ptē domesticā: licꝫ sint rami vnius vene.

In frōte.

¶ In medio frōtis est vena vna q̄ aperiēda est in antiquatis passionibus faciei: vt in morphea ⁊ impetigine: scabie ⁊ passionibus oculoꝝ: prius tñ dꝫ fieri minutio de cephalica.

In naso.

¶ Et silr̄ est vna vena in naso ⁊ in vtriusqꝫ apertione dꝫ collū ligari: ⁊ postea apiri vna ante aliā p ligationē eni colli melius manifestant.

In labijs.

¶ In labijs ēt sūt vene q̄ apiunt pp apostemata exñtia i ore aut gingiuis. Cephalica tñ pus minuta.

In palato.

¶ In palato sūt 4or vene q̄ si apiunt valēt fluxui rheumatis ad dētes in eis faciētis dolorē. Et iste vene sunt manifeste ⁊ debēt apiri mā digesta.

In angulis oculorum.

¶ Itē q̄dā sunt vene in angulis oculoꝝ versus frontē: ⁊ apiunt in passiōibꝰ oculoꝝ cephalica pus minuta.

In sub lingua.

¶ Itē q̄dā sunt vene sub lingua q̄ apiunt in sq̄nātia cephalica pus minuta.

In temporibus.

¶ Itē vene que sunt in temporibus incidunt propter emigraneā: ⁊ propter dolorem magnum capitis: ⁊ egritudinē capitis diuturnā ⁊ iste sunt q̄s vocat Hippo. ⁊ Auic. iuueniles: quaꝝ incisio reddit hoies impotentē generare.

In collo. ¶ Item in collo etiã sunt vene que vocantur guidez: que minuẽde sunt in pn° lepre: ꝛ maxime cũ anhelitus angustiat valde: ꝛ in squinãtia ĩpediente anhelitum minuunt.

Si dolor est capitis ex potu lympha bibatur.
Ex potu nimio nam febris acuta creatur.
Si vertex capitis vel frons estu tribulentur.
Tympora fronsqz sil' moderate sepe fricent.
Morella cocta nec non calidaqz lauentur.

¶ In hoc passu auctor duo notat. Primũ est ꝙ si dolor capitis accidat ex potu nimio: maxime vini vel alicuius alterius potus quo ꝯtigit hoĩes inebriari: tũc supbibi dꝫ aq̃ frigida: que sui frigiditate atqz ingrossatione ĩpedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebrũ ledãt vel ad ĩpm eleuent. ¶ Scḋm est ꝙ si sũmitas capitis vel frons nimio calore vexetur: tũc debẽt tympora ꝛ frons moderate fricari: ꝛ postea debẽt ex aq̃ decoctionis morelle calida lauari: qꝛ morella q̃ a cõib° medicis solatꝫ dĩ: hꝫ ĩfridare: qꝛ frida est.

Morella.

Temporis estiui ieiunia corpora siccant.
Quolibz in mẽse ꝯfert vomit° quoqz purgat.
Humores nocuos stõachi lauat ambitus oĩs.
Ver: autũnus: hyems: estas: dominat in ãno.
Tempore vernali calidus fit aer humidusqz.
Et nullum tempus melius fit flebotomia.
Usus tunc homini veneris ꝯfert moderatus.
Corporis ꝛ motus: ventrisqz solutio sudor.
Balnea purgent tunc corpora cũ medicinis.
Estas more calet sicca nascatur in illa.
Tũc quoqz p̃cipue cholerã rubeã dominari.
Humida frigida fercula dent sit venus extra.
Balnea non prosunt: sint rare flebotomie.
Utilis est requies: sit cũ moderamine potus.

Ieiuniũ i estate macerat.

¶ In hoc passu auctor plura notat. Primũ est ꝙ ieiunare multũ exiccat corpa in estate: qꝛ ex quo estas de nã sua est calida ꝛ sicca: ipsa resoluit humiditatẽ corpis: q̃ ẽt resoluit p sudores in estate multiplicatos: ꝛ sic supueniẽte ieiunio corpa plus exiccant qꝛ abñte humido cibali calor nr̃i corporis agit in humiditates ꝑprias ipsas exiccãdo. Et ĝ bñ dixit Hippo. 7ª ꝑticula aphorismoꝝ. corporibus humidas carnes hñtibus famẽ adhibere ꝯuenit: fames eñi corpora exiccat. ¶ Scḋm est ꝙ vomitus ꝯfert quolꝫ mẽse: qꝛ per vomitũ euacuant humores nociui cõtenti in toto ambitu stõachi. Et istud ẽt voluit Auic. 4ª p̃mi. cap. 13°. de iuuamẽtis que affert vomitus. cũ dicit: ꝙ Hippo. p̃cepit vomituꝫ fieri bis in vnoquoqz mẽse. s. duobus dieb° ꝯtinuis vt 2° die expellat illud qḋ p die nõ potuit expelli. Et p hoc ẽm Hippocratẽ ꝯseruat sanitas: cũ talis vomitus mũdificet stõchum euacuãdo flegma ꝛ cholerã. Stõchus eñi nõ hꝫ aliqd qḋ mũdet ĩpm: sicut intestina hñt cholerã rubeã ipa mũdificãtẽ. Et postea Auic. loco p̃alle. ponit plura alia iuuamẽta vomitus bñ facti. Quoꝝ p̃mũ est: ꝙ ꝯfert grauitati capitis: ꝛ hoc veꝝ est: qñ illa grauitas accidit ex mã humorali vaporosa ꝑueniẽte a stõacho ꝛ mẽbris ĩferiorib° ad caput. Si eñi grauitas capitis fieret a nocumẽto ꝑprio ipsius cerebri: tũc vomit° magis noceret q̃ ꝯferret. 2m est ꝙ clarificat visũ ꝛ hoc qñ obscuratio visus ꝑuenit ex mã vaporali ꝑueniente a stõacho ad ipsos oculos: al's aũt nõ. 3m est ꝙ aufert fastidiũ. i. nauseã ꝛ abominationẽ remouẽdo ꝛ euacuãdo humorẽ a stõcho q est cã fastidy. 4m est ꝙ cõfert ei ad cuius stõchũ descẽdit chola corrũpẽs eius cibũ. 5m est ꝙ remouet abominationẽ que fit ꝑꝑ vnctuositatẽ. 6m est ꝙ remouet cãm desidery: ꝛ illud qḋ facit desiderare acutũ ponticũ aut acetosũ: qꝛ vomitus remouet cãm oĩum istaꝝ dispõnũ: iã remota cã remouet effectus. 7m est ꝙ ꝯfert laxitati. i. cacesie que p̃cedit hydropisiꝫ euacuãdo mãm talis laxitatis ꝛ mundãdo stõchũ. 8m est ꝙ ꝯfert vlcerib° in renibus ꝛ vesica diuertẽdo mãs currẽtes ad illa loca ad ꝑtẽ oppositã. 9m est ꝙ etiã ꝯfert lepre maxime qñ fit cũ vomitiuo forti: sicut elleboro: qꝛ talis vomitus euacuat mãs que sunt in locis remotis ꝛ difficilis eradicationis ex qbus fit lepra. Etiã vomitus corrigit digõnẽ p̃maꝫ ex qua alie digõnes melius fiũt: vñ lepra peccat in corruptione digestiue. 10m est ꝙ ꝯfert malitie coloris in cute ex aliquo humore diuertẽdo ipsũ a cute. 11m est ꝙ ꝯfert epilepsie stomatice euacuãdo humorẽ ꝯtentũ in stõcho: ex cuius effumatione causat epilepsia. 12m est ꝙ confert icteritie: maxime illi que est ex opilatiõe. nã ꝑꝑ motũ fortem in vomitu mã opilans cõmouet ꝛ remouet a loco in quo faciebat opilationẽ. Silr euacuat mã flegmatica p vomitũ que cõiter est cã istius opilationis. 13m est ꝙ ꝯfert asmati euacuãdo mãm añtem ex stõcho que fouebat mãm asmatis. Et etiã ꝯfortãdo mẽbra spũalia ꝛ pulmonẽ: ex quoruꝫ calefactione sequtur ꝯsumptio supfluitatũ facientiũ asma. 14m est ꝙ ꝯfert tremori ꝛ paralysi euacuãdo mãm istarũ passionũ. 15m est ꝙ ꝯfert hñtibus vlcera nigra magna sup ꝑtes extremas: diuertẽdo hũores a ꝑtib° extremis. ¶ Et lꝫ vomitus debite administratus ista ꝯferat iuuamẽta: superflue tñ factus multa ĩducit nocumẽta: qꝛ debilitat stõchũ ꝛ resoluit ipsum: ꝛ facit eũ aptum vt materie fluãt ad ĩpm: ꝛ obest pectori ꝛ visui ꝛ dẽtibus ꝛ antiqs capitis doloribus ꝛc. Prout dicit Auic. 4ª p̃mi. cap. 14°. ¶ Tertiũ qḋ notat hic textus est ꝙ q̃tuor sunt tpa anni. s. ver/estas/autũnus/ꝛ hyems/ ꝑut manifestũ est: ꝛ inter ista tpa. Uer est calidũ ꝛ humidũ: ꝛ hoc respectu alioꝝ tempoꝝ: lꝫ in se sit tps tẽperamẽto attinẽs: vt vult Gal. in de cõplexiõib°. Et ex isto sequtur ꝙ istud tps magis aptũ est flõmie: qꝛ magis est multiplicatiuũ humoꝝ q̃ alia tpa. Et ergo etiã isto tpe põt cõuenire moderatus vsus coitus ꝛ motus tẽperat° ꝛ vẽtris solo siue fluxus ꝛ sudor tẽperatus: ꝛ silr balnea tẽperata ad diminuendũ repletionẽ. Et ergo etiaꝫ istud tps aptũ est ad purgationẽ corporis cũ medicinis. ¶ Quartũ est ꝙ estas calefacit ꝛ exiccat: ꝛ ergo in ĩpa ẽt multiplicat cholera rubea: que calida est ꝛ sicca. Et ꝑꝑ hoc etiã in estate fercula debẽt esse frigida ꝛ humida ad remouẽdũ distẽperantiã caliditatis ꝛ siccitatis ex cõplexione estatis inductã. Et dꝫ fieri abstinẽtia coitus cũ talis etiã exiccet. Et abstinentia a multis balneis simili de cã. Et rara flõmia eadem de cã nisi necessitas hoieꝫ cõpellat. Et dꝫ fieri quies ꝛ paucus mot°: qꝛ quies humectat ꝛ multus motus nimiũ exiccat. Et dꝫ homo p̃dicto tpe vti potu cũ moderamine: ꝛ maxime frigido: qꝛ ex supflua sumptione potus frigidi ꝑꝑ apertionẽ poroꝝ aliqñ sequtur subita infrigidatio corporis vel paralysis siue laxitas membroꝝ vel mors subita a qua nos defendat q eternaliter viuit ꝛ regnat. Amen.

Vomitus quolꝫ mẽse cõfert.

De tpibus anni.

¶ Hoc opus optatur ꝙ flos medicine vocatur.

¶ Explicit regimen sanitatis cõpositum seu ordinatum a magistro Arnaldo de Uilla noua: omnium medicorum viuentium gemma.

¶ Ego Arnaldus de Uilla noua dñi pape physicus aggregaui florẽ omniuꝫ phoꝝ medicine super oẽs egritudines que in humano corpore nasci pñt a capite vsqz ad plantã pedis ẽm ꝙ veri physici ꝑbauerunt ꝛ pro parte ꝑbaui: ꝛ per ꝑbatas ꝛ fidedignas personas probatim accepi.

¶ Breuiarium practice excellentissimi Arnaldi de villa noua medici quondam Sūmi Pontificis a capite vsq₃ ad plantam pedis: cū capitulo generali de vrinis: ⁊ tractatu de omnibus febribus/peste/empiala/⁊ liparia.

¶ Incipit prologus.

Ost obituz bōe memorie magr̄i Joā. casamide medicinalis scie ꝓfessoris reuerendissimi. d.d. mei ⁊ magr̄i spālis. Ego qōdaz opus in practica medicie cōpilare ꝓposui: quod breuiariū nuncupabo in 4^or libros diuisū: in quo diuino fauēte auxilio signa cās: ⁊ curas oium egritudinū in humano corꝑe veniētiuz: ꝓut melius potero bñ assignabo: ⁊ ibi taz ꝓ pauꝑibus q̄ꝫ ꝓ diuitibꝰ aggregabo curas diuersoꝝ physicoꝝ ⁊ magr̄orū vtiles ꝓ egritudinalibus vniuersis: ⁊ spālr̄ curas mei magr̄i in me^na exꝑtissimi ibi ponā: ⁊ oia que exꝑtus sū: ⁊ quecūq₃ ꝑ oēs magr̄os ⁊ viros: ⁊ mulieres ēt simplices ⁊ empericos vidi tꝑibus meis exꝑiri nulla detētus inuidia siue auaritia: ꝓut in sequētibꝰ patefiet: clariter enarrabo: ꝓut vnicuiq₃ cōpetit egritudini. Si itaq₃ in aliq̄ peccauerim minꝰ bñ dōo: supplico vniuersis doctoribꝰ magr̄is ceterisq₃ viris ꝓbis in medicinalibꝰ exꝑtis: si opus istud ad eoꝝ manꝰ deuenerit: vt mea dicta corrigāt ⁊ emēdent: ⁊ mee simplicitati ⁊ ignorātie veniā impēdāt. Naz vt ait lex: oium hře memoriā: ⁊ in nullo peccare potiꝰ est diuinitatis q̄ꝫ humanitatis. Scio nempe ꝙ in multilogo pctm̄ nō deerit: cū idē in hoc libro meo: vt supꝰius dixi: veliz curas tā ꝓ diuitibus q̄ꝫ ꝓ pauꝑibꝰ tradere s₃ diuersoꝝ physicoꝝ ⁊ magr̄oꝝ doctrinā: multa opꝫ me loq: vt quicūq₃ hūc libꝝ penes se habuerit: ⁊ ipm̄ itellexerit: ⁊ s̄m doctrinā traditā ibi ēt in curādo egritudies vniuersas ꝓcesserit: rōnalr̄ medicus ⁊ veritatis amicus ab oibus nūcupet̄: exinde.n. amicoꝝ copiā: pecuniā in bursa: ⁊ famā clarā ꝑ medicinaz acqret: vt ait Eccl̄iasticus. De terra creauit altissimus ⁊c̄. Jccirco Jesu christi eiusq₃ gloriosissime virginis matris Marie auxiliū ⁊ iuuamē iploro: vt sint mihi adiutores in hoc meo oꝑe. Oia eterna rōne agunt̄: si pncipiuz fuerit decēs: ⁊ amabile deo: vt ait lex in libro autenticoꝝ. Dñs cor meū inspiret: ⁊ labia mea: vt possim vtilia ꝓ humano gñe ꝓnūciare: ⁊ ad bonū finē deducere qō incepi.

¶ De dolore capitis in generali. Cap. I.

Voniam a cerebro oēs nerui originē ducūt: cū sit radix ois sensibilitatis: vt ait. G. in techni. Jō ꝑ de passiōibꝰ cerebri tāq̄ꝫ de nobiliori ⁊ digniori agēdū ē. Cerebꝝ.n. multis ⁊ diuersis passiōibꝰ hūoribꝰ in se exñtibꝰ vl' aliūde ꝓcedētibꝰ: vel a stōcho veniēibꝰ sepissime molestat̄. Et qñq₃ ex fridi aeris distēperātia siue calidi: vt a cal'itate solis: siue vēto ⁊ hꝫ alijs causis: de qbꝰ dicā iferius dño ꝯcedēte. ¶ Cū igit̄ cerebꝝ ex fridi aeris distēperātia fuerit iflatū siue ꝯflatū hūores a se q̄si spōgia plena aq̄ exꝑssa ꝑ diuersa mēbra diffundit: ꝙ si ex cal'i aeris distēperātia: siue solis calefactione fuerit desiccatū velut vētosa hūores ad se trahēs a mēbris ꝑ eadē mēbra effundit: qō diuersaꝝ egritudinū cā existē ꝯsueuit: multos etenī videmꝰ ex his causis egrotare: qm̄ ex rheumate a cerebro descēdēte fiūt catarri. brāci. coꝛ: çe. dolores auriū ⁊ dētiū: paralysis sqnātia: ꝑipleumōia. ꝓthisis. ⁊ q̄ꝫpl'es alie egritudines. Et postmodū qñq₃ ꝯtingit patiētē ex aliq̄ ꝑdictarū egritudinū subiacere: quapꝑ peritus medicus circa passiones cerebri multū dꝫ eē solicitus ⁊ attētus in restringēdo ipm̄ rheuma cū fuerit opportunū: ne pa. ad ꝑdictas passiones siue egritudies pestiferas deueniat: hō.n. vt ait phs in lib. de aialibꝰ icurrit plures cās rheumatis ceteris aialibus: cū sit velut arbor euersa. ¶ Dolor ergo capitis qñq₃ fit ex sanguine: ⁊ talis dr̄ dolor infixus. Et qñq₃ ex cholera: ⁊ dr̄ pūgitiuus: qñq₃ ex flegmate: ⁊ dr̄ extensiuus: qñq₃ ex mel'ia: ⁊ tūc dr̄ aggrauatiuus. Qñq₃ ex ꝑdictis humoribus supabūdātibꝰ in cētia cerebri: qñq₃ ex eisdē hūoribus in stōacho exñtibꝰ ⁊ supexcrescētibꝰ. Cū cerebꝝ stōacho cōpatiat̄ ꝑꝑ colligātiā quā hñt. Qñq₃ fit dolor in toto capite: ⁊ talis dolor dr̄ cephalicus a cephalon: qō in greco caput dr̄. Qñq₃ fit dolor in medio capitis: ⁊ talis emigraneus dr̄: ab emi qō est mediū ⁊ craneum: qm̄ in medio cranei fit. Qñq₃ dolor fit in vna ꝑte capitis tm̄: ⁊ talis dr̄ monopagicus: a monos qō est vnū ⁊ pagos qō est villa de qbus oibꝰ scd̄ario tractabo. ¶ Et nota ꝙ cerebꝝ in quatuor partes diuidit̄.s. in anteriori ⁊ posteriori: dextro ⁊ sinistro: in anteriori viget sanguis; in posteriori viget flegma: in dextro cholera: in sinistro malancholia.

Egritudines multe fiunt ex rheumate.

Dolor capitis fieri pōt ab oibus hūoribus.

Cerebꝝ in q̄tuor partes diuiditur in quarū qualibꝫ viget vnꝰ humor.

¶ De dolore capis ex distēperātia aeris a vēto frido. C. II.

Doloris capitis ex frigidi aeris distēperātia facti signa erūt hec. pa. a vēto vel niue vel alio frigido aere q̄ꝫtūcūq₃ fatebit̄ se fuisse lesum: totuz caput cū frigiditate dolet. nares opilant̄: ⁊ q̄ si aqua clara ꝑ ipsas nares emittit̄: tussiunt etiā qñq₃. Aliqñ ēt denegat̄ vox eis: ⁊ fere oia corꝑis mēbra cū quadaz grauedine molestant̄. ¶ Curet̄ itaq₃ hꝫ dolor in hūc modū fiat suffumigiū. ℞. farine folioꝝ lauri pulegij betonice rorismarini çinçi. narcisci. abrotani. añ. M. i. bulliant hec oia in vino ru. optimo in vase aliquo cooꝑto: sic ꝙ fumus expirare nō possit. Et pa. in lecto stās optime cooꝑtꝰ fumū ꝑ os ⁊ nares recipiat: ⁊ cū tepefactū fuerit ipm̄ vinū pedes: crura: ⁊ brachia vsq₃ ad humeros ex ꝑdicto vino lauent̄: ⁊ synapis mūde caricis contritis dicto vino ca. cōmistis ⁊ puluericatis synapi ⁊ pulegio ⁊ cōmistis simul capiti apponant̄. ¶ Aliud ad idem: decoquantur ꝑdicte herbe in lixiuio: ⁊ cū ipso lauet̄ caput: prius tñ suffumigetur ex fumo a ꝑdicto lixiuio dissoluto postmodū cooꝑiat̄ caput bñ: ⁊ cū itrat lectū recipiat fumuz de vna gallina in pasta decocta sub pasta plena de optimis spēbꝰ: ⁊ his sil'ibus calidis suprascriptis. ¶ Ad idē ⁊ valet. crura lauent̄ cū dicto lixiuio facto ex cinere vitis ⁊ paleis ordei simul coctis: ⁊ lectū intret ⁊ capite cooꝑto duplici pano fumū de aq̄ in qua pulegiū regale sansucus laurus sauina ⁊ modicum laudani cocta sint in facie recipiat ⁊ post dormiat: qr multi hoc solo exꝑimēto curati sūt ab hꝫ passiōe: ⁊ hoc si necē fuerit bis vel ter iter diē ⁊ noctē fiat. ¶ Aliud qō dici a q̄dā saraceno. accipiant̄. ij. vel. iij. tegule ⁊ calefiant fortiter i igne sic ꝙ sint bñ a cēse igne ⁊ bñ rubee. Deide supius fundat̄ vinū optimū ⁊ pa. fumū ꝑ nares ⁊ os recipiat capite cooꝑto: ⁊ melꝰ qdē est si in ipso vino cocte sint herbe calide suprascripte: ⁊ hoc bis vel ter si fuerit necesse inter diē ⁊ noctē fiat: ēt pluries: qr multos hoc mō curaui. ¶ Et si ꝑ predicta remedia pa. non curatus fuerit: vngat̄ caput eiꝰ oleo muscellino pulegino sambucino camomillino ⁊ sil'ibus: mithridatū vel esdra: aurea vel theriaca cū vino in quo pulegiū vel calamentū cocta fuerint distemperent̄: ⁊ cerebro ⁊ tymporibus ad moduz emplastri ap-

Signa.

Cura.

plicent̃: ⁊ etiā cū p̄dicto vino calido in potu suscipiantur. ¶ Saccellet̃ p̄us caput rasum in sūmitate cū pul. thimi. pulegij. baccarum lauri ⁊ origani calefactis par̄ sine aliq̄ li quore: aut ēt cū oleo muscellino. camomillino. vel cōi cō mistis addito oleo olibani ⁊ storacis calamite ⁊ bacca lau ri supra sūmitatē capitis abrasi prius tepida emplastrata mirabilr̄ pserūt. Idē opat̃ esdra mithridatū: theriaca: dia olibanū ⁊ silia: ⁊ data ēt in potu cū vino decoctiōis oliba ni salute rute p̄ interualla dierum trium. ¶ Stuelli facti ex laudano nostrano storace ⁊ nigella puluerizatis ⁊ insil' cō mistis si naribus imittant̃: ⁊ q̄tidie ibi teneant̃: ipm rheu ma miro mō pstringūt: ⁊ hū dolorem mitigāt. ¶ Fiat aer artificialr̄ calidus cū igne ex lignis sine fumo. ¶ Dieta corporis sit calida ⁊ calidis spēb⁹ pdiant̃ p̄dicta cibaria: q̄ si tussis cū ipo rheumate fuerit: fiāt remedia q̄ in cap. de tus si dicto pcedente dicā vinū odoriferum ⁊ suaue bibāt ⁊ lym phēt cū aq̄ decoctiōis pulegij thimi passularum ⁊ fol. lauri.

¶ De dolore capitis ex calidi aeris distemperantia fa cto. Cap. III.

Doloris capitis ex calidi aeris di stēperantia facti: signa sunt hec. Pa. fatet̃ se in sole vel iuxta ignē: vel in alio loco calido nimis stetisse ad est dolor in toto capite cū caliditate ⁊ siccita te maxime in fronte: adest nariū pstrictio cū siccitate ⁊ ar dore ⁊ modica purgatiōe p̄ ipas nares. ¶ Curet̃ hū dolor hoc mō. accipiat̃ lib. i. ptisane ordei optie: ⁊ cū ea misceā tur tria vitella ouorum cruda ⁊ insil' tepefiāt: ⁊ cū tali mistu ra lauet̃ caput: ⁊ statī cū gausape bn̄ liget̃: post. ℞. paruz olei ro. vel vio. ⁊ par̄ lactis mulieris: ⁊ par̄ aceti ⁊ oia sil' misce: ⁊ petiā lini in hoc liquore intingas ⁊ supra frontē ⁊ tympora apponat̃ p̄cedēte p̄us fricatōe frōtis ⁊ tymporum ita fortiter: q̄ locus icipiat rubescere. ¶ Ungm̄ optimum ad idē. ℞. malue althee brance vrsine: volubil'. an̄. lib. i. ⁊ se. lini fenugre. an̄. ℥. ij. hec oia trita in aq̄ ⁊ oleo bulliant: quousq̄ tota aq̄ psumet̃: deide p̄ pānū colet̃: ⁊ addita lib. i. ⁊ semis assungie liquefacte: ⁊ cere. ℥. iij. iterum coquant̃ pfe cte: ⁊ vsui hū vnguētū reseruet̃: qm̄ frōtis capitis ceruicis tymporum colli dorsi ⁊ genitaliū p̄ certo hū dolores mira biliter tollit. ¶ Experimentū bonū ad idem. suffumiget̃ facies cū aqua in qua rose olibanū ⁊ laudanū cocta fuerit capite coopto: post pedes ⁊ crura abluant̃ ⁊ cū aqua deco ctionis myr. rosarum: vel simplicē aquā frigidā naribus at trahāt rosas odorēt cāphorā ⁊ silia. ¶ Si fuerit dolor ca pitis ex calidi aeris distēperātia vel p̄p solē vel alio mō: ⁊ hoc si fuerit in vere vel in p̄n° estatis: ⁊ appuerint signa aliqua pleuretudinis: ⁊ pectoris fuerit grauitas: ⁊ tussicu le: ⁊ si virtus pmiserit fiat minutio de vena cephalica: po stea det̃ syrupus rosatus cū aq̄ frigida si dolor hū fuerit si ne rheumate frons ⁊ tympora cū aqua ca. in qua rose mi ste ⁊ vio. cocta fuerint: vel vnguento supradicto vngatur. ¶ Qr si dolor adhuc pseuerauerit: pul. san. al. ⁊ ru. gūmi arabici spodij cū aqua ro. distēpera. ⁊ pānum ibi infusum fronti ⁊ tymporibus applica: qd̄ sepe in die fiat si necesse fuerit. ¶ Aliud ad idem. ℞. rasure cucurbite succi cima rū rubi. vmbilici ve. semp̄uiue cimarū brance vr. an̄. ⁊ cuz oleo vio. distempera. ⁊ pānum ibi infusū fronti ⁊ tympo ribus applicabis. ¶ Aliud ad idē lac mulieris cū agresta ⁊ oleo valet. Inunctio ex vnguēto populeon ⁊ frōti ⁊ tym poribus facta mirabilr̄ valet. ¶ Si nō febricitauerit pul los, p̄dices, phaseanos, hedos, aues preterq̄ in paludibus degentes ⁊ silia comedāt. Uinū lymphatū bn̄ bibant. Si v̄o febricitāt comedāt lactucas scariolā boraginē portu lacā cicera fracta cū lacte amygdalarū coquinata: fiat or dei ptisana cum lacte amygdalarum: granata ⁊ hmōi co medant aquā prius coctam ⁊ infrigidatā postmodum bi bant ⁊ syrupū ro. vel vio. sumant cum aqua predicta.

¶ De dolore capitis ex sanguine facto. Cap. IIII.

Dicto de dolore capitis p̄p caliditatē vel frigiditatem ⁊ sine hu. vi tio facto. Nunc videndū est de ipso dolore ca pitis ex aliquo humore ibi exn̄te. ¶ Si igit̃ dolor capitis fuerit p̄p aliquē humorē in cēn tia cerebri ibidē abundātē ⁊ ibi existentē: est pinuus sine interpollatione. Si v̄o fuerit p̄p hu. in stōacho existentē: vel alibi dolorē capitis inducentē est cū interpollatione ⁊ nō pinuus vt inferius enarrabo. ¶ Si ergo dolor capi tis fuerit ex sanguine ibi existente hec sunt signa: dolor est cum calore ⁊ frōtis grauedine: rubescūt oculi: ⁊ vene tym porū plene esse videntur: pulsus plenus: vrina subruffa ⁊ spissa: ⁊ mēbra omnia grauescūt: q̄ quādoq̄ sunt signa fu ture sinoche. ¶ Primo igit̃ in via curationis huius capi tis doloris ex sanguine facti minuatur pa. tempore etate ⁊ virtute pmittētibus de vena cephalica dextri brachij: de tur sibi syrupus acetosus vel oxizaccara cū tepida omni mane. Hyeme v̄o ⁊ tēpore frigido minuat̃ de cephalica sinistri brachij: post det̃ syrupus ro. vel viol'. vel solus seu cū tepida. sequenti die: si dolor nō cessauerit: ponant̃ ven tose post collū cū scarificatione: ⁊ attrahat̃ sanguis inde sm̄ vires pa. ¶ Si iterū p̄pter hoc dolor nō cessauerit in vj. vel. vij. vel. x. die detur hec decoctio sanguinē mundi ficās. ℞. pruna damascena. xxv. iuiub. xv. violarum. ℥. ß. flo rū boraginis. ℥. quartis. in aqua bulliāt vsq̄ ad psumptio nē medietatis ⁊ colature adde. ℥. ij. cassiefi. māne. ℥. i. ⁊ cuz syrupo viola. exhibeas in potu. ¶ Alia decoctio mundifi cans sanguinem optima ⁊ experta col'. reprimēs. ℞. cap. ven̄. epatice violarum. seminum cōium. an̄. ℥. ß. pruna dama sce. xxv. iuiub. sebesten. an̄. xv. liquiritie. ℥. i. hec omnia in sufficienti quātitate aque bullita colentur ⁊ colature ad dant̃ cassiefistule. ℥. ij. māne. ℥. i. tamarindorū. ℥. ß. diabora ginati ℥. i. ⁊ ß. pulueris mirabolanorum citrinorū ⁊ emblico rū an̄. ℥. i. trifere saracenice. ℥. ß. in mane colentur hec om nia: ⁊ colatura tepida exhibeatur in potu. ¶ Item si pa. nimis fuerit cōstipatus ante assumptionem decoc. fiat cly stere. ℞. viola. mal'. brāce vrsine. an̄. M. i. seminis lini. fe nugreci. furfuris tritici. an̄. p. i. in aqua marina vel samari na bulliant̃ quousq̄ solū quarta pars ipsius aque rema neat colet̃: ⁊ colature addas olei viol'. vel cōmunis. ℥. i. suc ci mercurialis. ℥. ij. succi vio. mellis. an̄. ℥. ß. trifere saraceni ce. ℥. i. ⁊ ß. pulpe cassie. ℥. ij. Inijciat̃ per clystere ad minus tribus vicibus hoc apozima. ¶ Fomentet̃ frons ⁊ tym pora cū aqua in qua cocte sunt rose mellilotū ⁊ flores ca momille: vel cū aqua mal. foliorū myrti salicis ⁊ ros. vel cū simplici aqua calida: ⁊ abstergatur: ⁊ post inungat̃ cū oleo ros. vel vio. vel cū lacte mulieris puellaz nutrientis. ¶ Item. ℞. vitellum oui ⁊ cū lacte mulieris ⁊ oleo viol'. distēpera: ⁊ fronti ⁊ tymporibus applicet̃. ¶ Aliud, cam phora cum psilio teratur: ⁊ cum aqua ros. distemperet̃: ⁊ parti dolenti applicet̃. ¶ Qr si dormire nō possit: inūgan tur frons ⁊ tympora ex vnguēto qd̄ in cura phrenesis po nā: vel aliquid de emplastris ⁊ epithimatibus ad p̄uocan dū somnū in p̄dicto caplo scriptis tymporibus applicen tur. ¶ Itē vnctiones ⁊ epithimata que diximus in dolo re capitis ex ca. aeris distemperantia si fuerit necesse. fiāt etiam in hac causa. ¶ Item trocisci de eupatorio multū valent in hac causa: ⁊ spālīter quādo fuerit sanguis aquo sus in causa faciens dolorem capitis. ¶ Qr si facies pro pter dictū dolorem capitis intumuerit: lauetur cum aqua in qua cocte fuerint lenticule: terra etiam figuli cum aqua pluuiali vel ros. distēperetur: ⁊ ad modū emplastri in fa

Signa. Cura. Si tumet facies.

Si fuerit febrile.

cie ponat̃. ⁋ Si fe. patit̃ comedat scariolā boraginē ble tas lactucas cū lacte amygdalaꝝ cognata. pruna damas. iniube ꝛ silia. Si ꝟo nō febricitauerit pullos hedos turd. phaseanos/ꝑdices/sturnos/merulas/ꝛ alias aues ꝑterꝙ̃ i paludibus degētes comedat: pisces assatos spartiles trif. cithi. ꝛ silia. vinū odoriferꝝ ꝛ lymphatū cum aq̃ fe. feni. bibat. ⁋ Et nota ꝙ in hac passiōe ꝛ ceteris egritudib⁹: in q̃bus cōpetit flōmia sp̄ dʒ fieri in die nō cretica: ꝛ. iij. ꝛ. vj. ꝛ viij. ꝛ sic deīde ꝛ non in. ij. vel. iiij. ꝛ idē dico de medicina laxatiua: qꝛ in febrib⁹ vel in alijs egritudibus peryodicis nūꝙ̃ dʒ exhiberi medicīa in die cretica. Et rō talis est: qꝛ nā pugnat ꝯ morbū. vʒ. in die cretico: queādmodū pugnarēt duo pugiles: ꝛ ꝑꝑea si tūc tp̄is flōmiā seu pharmaciā exhibemus: eēt nā tūc attēta circa morbū vel circa flōmiā vel circa pharmaciā: vel circa vtrūqʒ. Si circa morbū medicina nō posset ꝯseq tunc suos effectus nisi iuuaret a nā. Si circa medicinā tūc morbus suū ꝯsequeret̃ effectū non resistēte nā. Si circa vtrūqʒ ad vtrāqʒ debilior repiret̃. ⁋ Itē nota ꝙ qñ flōmamus optimū est p̄us iducere assellā cū suppositorio aliq̊ ex lardo vel medulla caulis ꝛ oleo itincta ꝛ desupaspersa sale trito: vel cū suppositorio ex sale ꝛ melle fcō sil' coctis in sartagine intm̄ ꝙ idurescāt. ⁋ Itē nota ꝙ eadē die q̃ flōmamus nō vti debemus clysteri: qꝛ vt ait Hipp. i fi. acutoꝝ: cū flōmaueris nō idigebis clysteri.

Florīa et medicīa in die nō cretica.

Eadē die nō est flōmādum et clysterizandum.

⁋ De dolore capitis facto ex cholera. Cap. V.

Accidit qñqʒ dolorē capis fieri ꝑꝑ. cholerā i capite imoderate supabūdantē. Cuius signa sūt hec: dolor est maxim⁹ acutus pungitiuus: ꝛ maior est in dextera ꝑte capitis: ꝛ adest sitis ꝛ vigilia cū istātia ꝑꝑ excessuʒ siccitatis chole: lingue asꝑitas cū oris amaritudie. Et qñqʒ cū q̃dā circūuolutione q̃ vertigo dr̄: vrina citrina adest vel subcitrina ꝛ tenuis ꝛ pulsus velox ꝛ acutus: color faciei ꝛ oculoꝝ est rubeus clarus cū q̃dam citrinitate.

Signa.

Cura.

⁋ Curet̃ itaqʒ hic dolor in hūc moduʒ. Prio facies tympora pedes crura ꝛ brachia abluant̃ cū aq̃ in q̃ ro. mellilotū flores camomille decocte fuerint: vt poris aꝑtis ꝑꝑ hōs lotionē feruor cholere euaporare possit: ꝛ post cū oleo ro. vel vio. vngat̃. Deide ad digōnē accedamus māe dādo oi mane. ʒ. i. ß. oxiça. cū aq̃ pruñ. ꝛ vio. det̃ ipa oxiça. vel det̃ syrupus vio. In. vj. vel. viij. die det̃ talis colatura. ℞. ca. ve. endī. borag. scolopēd. epatice. añ. M. ß. pruñ. xxv. ordei. ꝑ. i. vio. ʒ. ß. radicū feniculi. ʒ. i. seminū cōium ꝯtusorū. ʒ. ij. Iniube. xv. in hac decoctiōe distēperet̃ cassiefi. tamarind. añ. ʒ. i. çuccari ros. noui ꝑꝑ ꝯfortationē stōachi. ʒ. ß. reubarbari pulueriçati. ʒ. q̃rtis. pulpe mirabolanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. ß. q̃ oīa iaceāt in ꝑdicta decoctione ꝑ totā nocteʒ: ꝛ stet ad serenum aerem. In aurora ꝟo colentur: ꝛ colatura tepida exhibeatur pa. ⁋ Vel purget̃ cū oximelle sqllitico: vel cū electuario de succo ros. vel psilitico: vel cuʒ diaprunis: vel cū aq̃ reubarbari: vel cū. ʒ. ij. mirabolanoꝝ citrinoruʒ pulueriçatoꝝ q ꝑ noctē iaceāt in aq̃ ca. mane ꝟo dicta colatura cū addito pauco çuccaro det̃ in aurora. ⁋ Vel purget̃ cū istis pillulis ex eis dādo pōdus. ʒ. i. ꝛ. ß. ℞. corticuʒ mirabolanoꝝ citrinoꝝ indoꝝ semis fumiterre. se. scariole. añ. ß. reubar. ʒ. ß. scamonee in pomo cocte. ʒ. i. ß. ꝯfice cū succo scariole ꝛ pillulas informa ꝛ dabis ex eis. ʒ. i. ß. vt dictū est. ⁋ Unctiōibus ꝛ epithimatib⁹ fridis: vt dictū est foueant̃. ⁋ Si dormire nō possint ꝑuocet̃ sōnus cū vnctiōibus emplastris vel epithimatibus q̃ in cap° de frenesi dicturi sumus. Ung^m q̃ si vngant̃ frons ꝛ tympora: ꝛ vene pulsatiles brachioꝝ ꝛ pedū somnū iducit: ꝛ dolorē capitis intēsissimū mitigat: ꝛ in fe. ēt acuta ꝛ peracuta valet. Et nō nocet ēt si ifirmus sit rheumaticus: imo etiā ꝑdest. ℞. olei vio. ros. camo. añ. ʒ. ij. succi mandra. iusqami. lactuce. añ. ʒ. i. opij. cere albe. añ. ʒ. i. ꝛ succi herbaruʒ. coquant̃ ꝛ colent̃: ꝛ sic cera supmittat̃: post opiū in vino infusum adiunge: ꝛ modicum bulire desine: ꝛ ab igne eleua ꝛ infrigidari permitte: deinde reserua vsui: ꝛ vtere vt dictū est ꝺm doctrinam in precedenti capl'o datam.

Unguētū somnifex.

⁋ De dolore capitis ex flegmate facto. Cap. VI.

Quod si dolor capitis fuerit ex flegmate supexcedēte in cerebro signa sūt hec: dolor est cū nimia friditate ꝛ grauedine ꝛ maxime in occipitio: supfluitas q̃ plurima ꝑ os ꝛ nares emittit̃ adest oris isipiditas. Urina alba ꝛ spissa appet: color faciei albus ꝛ pallidus ꝛ grauedo cū somnolētia.

Signa.

Cura.

Quandoqꝫ accidit oculos fistulari iuxta nasum in aliquo loco lachryme: que fistula in hunc modũ curari põt. ¶ Et primo opꝫ ꝙ oculi suauiter ⁊ leuiter ad aliã partẽ cõpellanř parũ cũ aliquo instr̃o chirurgico ad hoc idoneo: postea foramẽ illud dupliceř cũ radice maliterre vel brionie vel cum medulla sambuci: vel petia al. vi. infusa intromittař vsqꝫ ad loci ꝓfunditatẽ. postmodũ extrahatur: ⁊ per illud foramẽ mittas canelluꝫ eneũ vel ferreũ vel argenteũ subtile: ⁊ per foramen canelli mittas ferrum vel argentũ ignitum sic ꝙ vsqꝫ ad radicẽ fistule attingat: ita ꝙ radix illius fistule: quocũqꝫ sit: coquatur. ¶ Qꝛ si pa. vltra modũ cocturã timuerit sic ꝙ nullo mõ possit ignẽ pati: fiat tũc stuellus de vnguẽto ruptorio ⁊ in ipso foramine sic ꝙ tangat radices ipsius fistule: apponatur: ⁊ dimittatur ibi esse a tertijs vel nonis vsqꝫ ad vesperas: post extrahatur ⁊ ponatur ibi petia lini subtilis in al. oui itincta: donec ignis cadit ⁊ euaporet. post cureř vt cetera vulnera. ¶ Unguenta autẽ ruptoria sic facies. Accipe duas partes cineris lentisci vel fabaꝝ vel nitri vel myrti. ⁊ tertiã partẽ calcis viue pulueriçate ⁊ desuꝑ aquã infũde: ⁊ ista aqua capitellũ diciř. Et si vis ꝓbare an dictũ capitellũ sit forte. ponař in eo vnũ ouum: ⁊ si suꝑnatat forte est: si nõ: nõ est forte. ⁊ tunc iterato: ⁊ ipsaꝫ aquã que descẽdit iterũ cola: ⁊ sic fac donec fiat forte: deinde ipso capitello iam facto resolue calcẽ viuaꝫ pulueriçatã: auripigmẽtũ. saponẽ saracenicũ: ⁊ misce oĩa in modum vnguẽti: ⁊ fac vt dictum est: q̄m ita decoquit ⁊ rumpit vlcera sicut ignis. Istud eniꝫ vnguentũ positũ in cõcula glandiũ vel capsula erea ⁊ positũ supra scrophulas mortificat eas: sic ꝙ sine lesione extrahi possunt. Mortificat etiaꝫ radicẽ cuiuslibet fistule si vna pillula ex eo facta ponař supra radicẽ fistule: vel stuellus ex eo factus: qđ meliꝰ est: qui stuellus cũ in ore fistule imittitur totus debet iuolui petia lini subtilis sic ꝙ de ipo stuello nil discoopertũ remaneat nisi sola pũcta: que supra radiceꝫ ipsius fistule dꝫ iacere. Et potes cuꝫ dicto vnguẽto ruptorio quãlibet carnẽ sanã rũpere: ⁊ in quacũqꝫ corporis parte volueris. vñ vidi quẽdam qui cuꝫ hoc vnguẽto posito in capsula erea rũpebat locuꝫ. siue crepaturã in vna hora. deinde ponebat intus intestina. ⁊ postmodũ suebat crepaturã. deinde pul. consolidatiuũ ⁊ carnis generatiuũ desuper aspergebat: ⁊ curabat omnes crepatos indifferẽter tam senes q̃ꝫ iuuenes. ¶ Puluis auteꝫ consolidatiuus fit ex sanguine draconis: mastice: colophonia: bolo ar. mummia: rasina. radice consolide maioris siccate ⁊ cinamomo ana. de oibus equale pondus ⁊ insimul pulueriça subtiliter ⁊ vtere quãdo fuerit opus. ¶ Quidã faciunt hoc mõ vnguentũ ruptoriuꝫ ex calce viua: que adhuc in opere posita nõ fuerit nec infusa: sapone nigro: auripigmẽto: ⁊ fuligine. ana. terebat ⁊ miscebat oĩa cum forti capitello vel forti aceto ⁊ superponebat loco vbi rũpere volebat: ⁊ cuꝫ hoc etiã oĩa apostemata sine ferro rũpebat. ¶ Qꝛ si mala caro cernitur in fistula vel alibi: remouebat statim eaꝫ cũ hoc puluere. ℞. calcis viue auripigmenti viridis eris hermodactylis. ana. tere omnia ⁊ cribra subtiliter: ⁊ mitte in plagam: quia vbicũqꝫ fuerit caro mala ⁊ superflua eaꝫ in breui corrodit ⁊ est expertum. ¶ Aliud ad idem. ℞. marmoris triti ⁊ pulueriçati subtiliter. ℥. j. realgar. ʒ. iiij. tere ⁊ misce insimul et mitte in plagam. ¶ Aliud ad idem. ℞. parum calcis viue et tere eam et fac pul. ⁊ mitte vbicunqꝫ volueris: quia bene corrodit superfluam carnẽ. ¶ Idem facit pul. hermodact. ⁊ viridis eris.

Ruptoriũ

Ruptoriis

Additiones. ℞. agrimonie fuliginis pilosclle cũ coto distilla ⁊ appone in fistula lachrymali. ¶ Unguentũ expertuꝫ qđ in quacũqꝫ parte corporis vngiř pustulas ⁊ vesicas frãgit. ℞. cantariđ. sinapis pulueriçati: ⁊ cum pice alba ⁊ succo chelidonie: ⁊ modico aceti distempereř ⁊ fiat liquiđ. ad modũ salse: ⁊ inungař locus. s. per noctem. Item cinis salicis cum assungia permistus rumpit carneꝫ ⁊ apostemata vbicunqꝫ vis. ¶ Itẽ viscus quercinus cum vitriolo ⁊ capitello fortiter immistus rumpit carnem vbicũqꝫ volueris. Item sapo cũ quarta parte pul. ru. idem facit.

¶ De pilis in oculis vel alibi preter naturam natis in perpetuum tollendis. Cap. XX.

Accidit aliquando ꝙ oculi lachrymanř ⁊ rubent: quia pili preter naturaꝫ in palpebris oriunř qui mordicatiões in ipsis oculis facientes ipsos oculos ad lachrymandum compellunt. Quandoqꝫ etiã nascunř pili

pleter naturam in locis diuersis corporis:quos remouere
est conueniens. ¶ Si itaqȝ fuerint in palpebris pili p̄ter
naturaȝ:⁊ fuerit ibi carnositas multa:ita ꝙ pili superflui
bene discernantur:tunc primo fricentur palpebre interius
cum folijs paritarie:⁊ cuȝ sanguis inde exierit:⁊ cum caro
diminuta fuerit:pili cū instrumētis chirurgicis:⁊ hꝫ radi/
citus extirpent̄:postea supponat̄ al.oui:⁊ hoc in estate:in
hyeme x̄o in ipso al.oui misceas parū raphani ⁊ quoties
ibi pili renati fuerint:hoc fiat:⁊ palpebris superligetur sic
ꝙ superius comprimat̄. Si x̄o nō fuerit ibi multa car/
nositas:euellant̄ pili vt dictū est:vel cū rasorio abradant̄:
deinde accipias succū cimarū rubi ⁊ absinthij ⁊ ambo cū
al.oui.cōmisceas ⁊ desup̄ ponant̄. ¶ Expimētū ꝓbatum
ad remouendū pilos supciliorꝫ vel de quolȝ loco corporis
vbi volueris in ꝑpetuū. Primo balneet̄ loc⁹:vbi fuerint
ipsi pili:quos remouere volueris cū lixiuio tepido ter vel
quater:deinde inuoluant̄ digiti in gūmi pinee pilis prius
discoopertis idest desiccatis:⁊ digitis positis sup̄ pilos euel/
lant̄ radicitus:vel cuȝ instr̄is ferreis extrahant̄ vt supra
dictuȝ est. Et loca sic depilata ex hoc vnguēto infrascripto
vngant̄:qm̄ nō ꝑmittit eos vlteri⁹ nasci. ℞.gūmi hedere
ouorꝫ formicarꝫ.auripigmēti.colophonie.añ.ʒ.j. sanguisu/
garū cōbustarꝫ pulueriçatarū.ʒ.j.ß.oia sil' pulueriçata cō/
misce:⁊ cōfice cū sanguine rane:⁊ ex hoc vnguēto parū te/
pido locus inungat̄:q2 est expṫū. ¶ Iteȝ si ex succo cicute
cū pauca aqua mista ipsa loca depilata:aut rasa vngantur
ꝑ triduū:nō permittit in loco pilos vlteri⁹ renasci. ¶ Iteȝ
si loca p̄us depilata vngant̄ ex sanguine vesptilionis ⁊ suc
co hedere ⁊ raphani ⁊ felle hircino nō sinit ibi pilos rena
sci vlterius. ¶ Unguentū magistri mei:de quo si vnxeris
loca quecūqȝ volueris:p̄us depilata vel rasa:nō permittit
ibi amplius pilos renasci. Accipe pinguedinē siue assun/
giā:que melior est rane talpe ⁊ vespertilionis:⁊ cum gūmi
hedere misce:⁊ vnguētū ex his oib⁹ fac:de quo vnge loca
p̄us depilata pluries:⁊ in ꝑpetuū nō permittit renasci ibi
pilos. ¶ Aliud ab eodē magistro meo expṫū ad idem. ℞.
carnes vaccinas ⁊ dimitte eas putrefieri ita ꝙ vermibus
ipleant̄:deinde accipe vermes illos ⁊ pone eos in agre/
sta:postea pone eos ad desiccandū ad solē:⁊ desiccati iterꝫ
imbibant̄ in agresta:⁊ iterū exiccent̄:⁊ hoc fiat ad minus
septies:⁊ postea pulueriça eos ⁊ de illo pul.sup̄ locū prius
depilatū vel abrasuȝ pluries pone:⁊ i ꝑpetuū nō renascēt̄
ibi pili:ꝓbatū est. ¶ Itē si loco vbi pili vl' capilli p̄us sint
abrasi vel depilati fuerint:deinde cum viscositate psilij ⁊
aceto mista inūgat̄:aut opio iusqamo ⁊ aceto mistis sil':aut
cū castoreo ⁊ melle qd̄ est ad hoc ꝓbatū:aut cuȝ sanguine
rane vel testudinis:si cū aliqua istarꝫ rerꝫ vel cuȝ oibus sil'
mistis vngat̄ locus p̄dictus remouet pilos:nec ꝑmittit am
plius renasci:vt dicit qdā in libro suo q diuus nūcupatur.
¶ Itē. ℞.oua formicarꝫ ⁊ pista ea bñ ⁊ cōficiant̄ cū oleo
in quo coct⁹ sit erici⁹:⁊ vngat̄ locus. ¶ Itē aliud ad ideȝ.
℞.sanguinē vesptilionis mistū cū semine cicute trito ⁊ su
per loca in qbus volueris nō amplius pilos renasci inun/
gat̄:q2 ꝓ certo nō orientur pili ibi. Et nota ꝙ anteꝙ̄ hui⁹
vnctiones fiant semper intelligas ꝙ illa loca debent depi/
lari prius vel abradi.

Additiones. Unguentū mee intētio/
nis:vt pili nō renascant̄
in locis in qb⁹ sunt p̄ter nām. ℞.gūmi hede/
re.ʒ.j.auripigmēti.picis grece se.cicute.añ.ʒ.ß.
castor.ʒ.ij.opij.ʒ.j.iusqa.ʒ.j.ß.cōficiant̄ cū san
guine rane ⁊ succo cicute:⁊ fiat sicut vnguētū ⁊ vtere post
pilorꝫ euulsionē:depilent̄ cum psilotro ex calce viua facto
pars vna:auripigmēti ptes.iij.⁊ aloes ps.ß.facta vnctione
ex eo super fumū aque calide:siue in aliqua stupha.

¶ Ad faciendū nasci pilos in locis preter naturā depilatis ⁊ supercilijs barba:⁊ huiusmodi. Cap.XXI.

Causa.

Aliquando accidit supcilia depilari
⁊ alia loca p̄ter nām ꝑꝑ
aliquos humores adustos mordicantes q sub
cute absconditi sunt:q radices capillorꝫ ⁊ pi/
lorꝫ corrodūt sic ꝙ ibi vllos pilos renasci nō
permittūt:⁊ hoc sepe fit in leprosis:⁊ in his q talib⁹ hūori/
bus valde supabūdāt. Aliqñ accidit qbusdā vt fiant calui
p̄ter nām:sicut accidit sepe istis q patiunt̄ in epate egritu
dines ex cho.in estate:quorꝫ capita postꝙ̄ incipiunt ab hꝫ
egritudib⁹ surgere depilant̄:⁊ caluitiē p̄ter nām incurrūt.
qñqȝ ēt depilant̄ circa loca corpis p̄ter naturā:⁊ sicut bar/
ba vel alia loca:vbi nāl'r pili debēt oriri ꝑꝑ dictos hu.adu
stos sub cute exñtes:vel ꝑꝑ aliquaȝ egritudinē in loco illo
aduenientē:vt accidit ꝑꝑ vsturas aut ꝑcussiōes aliquas i lo/
cis illis factas:de qb⁹ oib⁹ multa q̄ vidi ⁊ expiētias habui
recitabo.

Cura.

¶ Ut igit̄ pili renascant̄ i supcilijs.barba:⁊ alijs
locis.vȝ.d̄pilatis p̄ter nāȝ. Terant̄ radices iteriores vlmi:
⁊ in aq̄ diu coquant̄:⁊ qd̄ supnatauerit colligat̄:⁊ denuda/
ta loca pilis p̄us rasis fortiter cū stamina fricatis sic ꝙ hñ
rubescāt ex p̄dicto liquore vngant̄:⁊ ꝓ certo si plurib⁹ vici
bus fiat cito facies eos oriri. Idē opant̄ stercora tirogallo
rū cōbusta. ¶ Aliđ ad idē cōburant̄ apes ⁊ cap̄.ve.⁊ cinis
p̄dictorꝫ cū oło ro.cōmisceat̄:⁊ vngant̄ loca p̄us fricata vt
dixi. ¶ Aliud ad idē expṫū.fiat mortariū vnū ꝑuū cū suo
pistillo ex plūbo:ita ꝙ ambo ex plūbo sint:⁊ in mortario
apponat̄ olȝ roß.vl' myrtinū:⁊ tā diu pistet̄ donec i colorē
plūbi vertat̄:ac si eēt q̄si vngᵐ:⁊ vnge loca depilata:frica/
ta p̄us i sero:⁊ sic ꝑ totā noctē maneat. Mane x̄o cū aqua
ca.abluat̄:⁊ h̄ fac ꝑ multos dies:q2 h̄ ꝓ certo facit oriri pi
los in supcilijs barba:fronte calua:⁊ in alijs locis p̄ter nāȝ
depilatis. ¶ Aliđ ad idē. ℞.ossiuȝ dactylorꝫ adustorꝫ.ʒ.j.
thuris.ʒ.iiij.carpobal.ʒ.iij.spice.ʒ.vj.açuli.ʒ.x.fiat pul.sub
tilissim⁹ ⁊ supra loca depilata ponat̄. ¶ Aliđ facies nasci
pilos in oib⁹ p̄dictis locis:⁊ ēt eos colorās. ℞. papaueris
ru.foliorꝫ myrti.cap̄.ve.spicenardi:cyꝑi.se.apij:embilicorꝫ
nucis cyp̄ssi.añ.ʒ.j.hec oia i trib⁹ libris aq̄ coquāt̄:quousqꝫ
ad vnā redeāt ⁊ colature adde lib.j.olei myrtini ⁊ decoq̄n
tur in caldario pleno aq̄ vsqȝ ad ꝯsūptionē aq̄:deide ēt ac
cipe corticū pini tritarꝫ ⁊ laudani.añ.ꝑtē tertiā vni⁹.ʒ.⁊ mi
sce ea ⁊ i p̄dicto loco vnge calȝ. ¶ Aliđ ad idē. ℞.succi fo/
liorꝫ salicū ⁊ foliorꝫ myrti.añ.ʒ.ß.laudani.ʒ.j.olei myrti.qđ
sufficit.misceant̄ ⁊ icorꝑent̄ oia sil' in modū vnguēti.⁊ inū
ge loca depilata p̄cedēte fricatione:q2 pilos facit nasci:⁊ si
sint scissi facit eos ꝯtinuari:⁊ ē ꝓbatū. ¶ Aliđ leue ad idē
hoᵐ.accipe ossa dactylorꝫ ⁊ laudanū.añ.ꝯfice cū oło myr/
tino ⁊ loca vnge:q2 facit pilos in breui renasci. ¶ Aliđ ad
idē.accipe panē ordeaceū ⁊ sal.añ.⁊ in charta pecorina vl'
hedina inuolue:deide oia sil' in vase figuli in forti igne cō
hurāt̄ ⁊ pul.ex eis factū cū adipe vrsi ꝯfice ⁊ vtere. ¶ Aliđ
ad idē. ℞.lacertas virides:talpas:ericios cū spinis eorum
diuȝ cōbustorꝫ.añ.ptes eq̄les:deinde accipe apes:vespas:
muscas quot hr̄e poteris ⁊ pista oia optime:⁊ puluerē p̄di
ctū cū eis ꝯfice:addito tñ eis succo serpentarie ⁊ inunge lo
ca d̄pilata p̄us cū stamina fricata:q2 ꝓbatū est.

Ad caluiciē p̄ter naturā experimentum.

¶ Quidā
erat caluus p̄ter nām quē curaui h̄ mō.dedi sibi p̄us oxy/
mel cōpo.cū tepida aq̄.x.dies.post cū pillulis aureis.v.co
chijs.x.ipȝ purgaui:post purgationē feci fortiter abradi lo
cū caluitij cū psilotro:deide feci intm̄ fricari ipȝ locū cum
stamina ꝙ sanguis ide egrediebat̄:post i loco illo feci sup̄
aspgi pul.ex tartaro vini al.facto h̄ plurib⁹ vicib⁹ in breui
calu⁹ capillos pulchros:⁊ i mlt̄a q̄ntitate i loco vbi erat cal
uities emisit:⁊ ego habui florenos auri.xxx.ab eo. ¶ Aliđ
faciens nasci pilos vbicunqȝ volueris locuste virides ⁊

apes cōburant̄:⁊ cū oleo myrtino vel ros̄.vel assungia misce ⁊ vsui reserua. ¶ Aliud ad idē qđ ēt valꝫ ad caniciem in senib⁹. ℞.gallaꝝ in oleo vstarū:eris vsti.aā.ʒ.ß.dragaganti.ʒ.ij.tēperent̄ cū aqua pluuiali in qua bullierint cortices nucū ⁊ loca ṗus abrasa ⁊ cū stamina aspera ṗus fricata vngant̄. ¶ Aliud ad idē.⁊ valꝫ ēt ad scissuras capillorum. ℞.succi folioꝝ salicis succi mentbe.aā.ʒ.iij.ponant̄ in olla super ignē leuē:⁊ bulliāt tm̄ ꝙ sola tertia ꝑs remaneat: deinde adde laudani.ʒ.j.olei myrtini.ʒ.vj.cōficiant̄ simul ⁊ vtere. ¶ Expimētū bibernici ad faciendū nasci pilos in quacūqꝫ ꝑte corpis ṗter nām denudata. Primo abradat̄ locus optime:deide abluat̄ cū aqua in q̄ bullierint capillorū veñ.corticis vlmi ⁊ vngule caballine aq̄tice.aā.M.j. post fricet̄ locus fortiter cū staminea aspa sic ꝙ fortiter rubeat:post ex melle dispumato tepefacto vngat̄:deinde super ipsuꝫ mel supaspge istū pul. ℞.corticū castaneaꝝ testarū auellanaꝝ:⁊ vngule caprine.aā.terant̄ pulue.⁊ commisceant̄ cum pul.facto de stercore caprino:⁊ de stercore catti.aā.istis oib⁹ sil̄r mistis pulueriçatis bꝯ pul.sup ipsum mel aspergat̄:⁊ desup petia liget̄:⁊ oī die semel remoueat̄: q⁊ ꝓcerto ī breui faciet nasci pilos vbicūqꝫ volueris:⁊ est ꝓbatū. ¶ Itē mel anacardinū valet inunctū. ¶ Itē vnguentū factū de cera:pice:⁊ elleboro nigro ⁊ al.⁊ oleo myrtino ⁊ nucū optimū est in bac cā. ¶ Aliud ad idē expertū ad faciendū pilos nasci in supcilijs vel barba:vel alijs q̄buscūqꝫ locis ṗter nām depilatis:vt caluitie alopitia ⁊ tinea. ℞.cantarides siccatas in vmbra ablatis pedib⁹ ⁊ capite:⁊ line cū eis quecūqꝫ loca volueris. Primo.n.vesicabit̄ ille locus post nascent̄ pili. ¶ Itē pul.cōdisi mistus cū oleo de vitellis ouoꝝ artificiose extracto:sicut faciunt alchimiste miro modo facit nasci pilos vbicunqꝫ volueris. ¶ Aliud ad idē.cōburat̄ lacerta que stat in domibus.⁊ cū oleo myrtino misce ⁊ vtere. ¶ Ad idē aliud.medulla auellanaꝝ super tegulā ca.asset̄:⁊ in oleo raphani misceatur ⁊ vtere:q⁊ mirabile est ad boc. ¶ Aliud ad idē.⁊ etiā ad barbaꝫ tarde nascentē:cinis abrotani cōbusti cū oleo oliuarū antiquo misceat̄ ⁊ vtere. ¶ Idē operat̄ cinis lilij cōbusti cum aqua mistus ⁊ linitus. ¶ Ad idē.accipe duas nuces ⁊ cōburant̄ quousqꝫ teri possint:deinde terant̄ ⁊ subtiliter pulueriçētur cū aureo.i.nucleoꝝ dactyloꝝ.⁊ gra.xv.piperis.cinamo.abrotani cōbusti auellanaꝝ ꝯbustaꝝ laudant cantaridū cōdisi.aā.aureū.j.bulliant̄ bec oia pulueriçata subtil̄r in oleo ro.⁊ vsui reserua:q⁊ facit nasci pilos in supcilijs ⁊ barba ⁊ sil̄ibus. ¶ Aliud ad idē. ℞.tburis aur̄.iij.cocodrilli stercoris eritij marini rute montane.aā.aur̄.j.terant̄ cuꝫ vino stiptico:⁊ administrent̄ cū adipe vrsi ⁊ vsui reserua. ¶ Et nota ꝙ anteq̄ꝫ ṗdictis locis denudatis q̄cq̄ꝫ apponat̄ semp oꝫ ṗcedere abrasio ṗdictoꝝ locoꝝ ⁊ fricatio fortis cū aspera staminea:⁊ boc seruato vbicūqꝫ fuerit denudatio piloꝝ preter nām:siue ꝑꝑ ictū:siue ꝓpter vsturam ignis:siue ꝓpter adustos bumores sub cute existētes faciet in breui capillos regenerari.

Experimentum.

Additio Unguentū Gal̄.in casu capilloruꝫ optimū facta ṗus fricatione loci cū panno aspero ⁊ pul.tartari donec rubeat:post vngat̄ vnguēto ex oleo masticino ⁊ laudani in modum vnguenti.

¶ De epilepsia. Cap.XXII.

Positis signis causis ⁊ curis doloris capitis ex quacūqꝫ causa facti:⁊ ēt de passione oculoꝝ tractaui ꝓut deus mibi per suā misericordiā ꝯcessit. Nunc ad pas.cerebri reuertar ab epilepsia incipiēs tractare. ¶ Dico igit̄ ꝙ epilepsia est opilatio ṗncipaliū ventriculoꝝ cerebri cuꝫ priuatione sensus ⁊ motus:vel epilepsia est spasmus totius corporis nō ꝯtinuus.

Diffinitio

¶ Et babꝫ fieri bec pas. a diuersis causis:vt ex superfluis cibis ⁊ potibus siue venenosis ⁊ morsibus canis rabidi vel reptiliū:⁊ ex aere venenoso corrupto ⁊ pestifero. Sꝫ poris cōstrictis ⁊ supfluitatibus retentis ⁊ calore nāli debilitato.sequit̄ repletio ventriculoꝝ cerebri. Et ille sunt tres cause potissime ad inducendū epilepsiaꝫ.

Cause.

¶ Epilepsia alia vera. Uera fit ex flegmate. Nō vā fit ex melācbolia mista cū flegmate.

Duplex vera.s.⁊ non vera.

¶ Itē epilepsie tres sunt species:ſm triplicē locoꝝ diuersitatem in q̄bus causa ipsius epilepsie cōtinet̄.

Tres spēs Epilepsia

¶ Prima species ꝓprie dicitur epilepsia que fit ꝓprie vitio cerebri:siue ex mā in ipso cerebro existente:⁊ nō aliunde ꝓueniente. Et buius signū infallibile est ꝙ isti tales subito cadunt:⁊ spumaꝫ maximā emittunt:⁊ nō presentiunt:capitis bn̄t etiam grauedinē:nec adsunt signa vt in ceteris spēb⁹.

ꝓprie dcā.

¶ Est ⁊ 2a spēs que analepsia dr̄. Et bec fit ex mā in stōcbo existente nō in cōcauitate ipsius stōcbi:vt q̄dā dicunt:⁊ male:sed in venis arterijs ⁊ neruis ipsius stōcbi:per quoꝝ medietatē mā ebulliens ad cerebꝝ rapit̄. Et in ista specie q̄ncūq̄ꝫ pa. cadit sentit in ṗn° sui casus quādā morsurā ⁊ incisioneꝫ in stōcbo:⁊ tinnitū auriū qđ est:q⁊ fumi qui tunc ascendūt a stōcbo ad cerebrū opilant ventriculos ipsius cerebri:⁊ est aliq̄n cuꝫ vomitu in ṗn° sui casus.

Scđa analepsia.

¶ Est ⁊ tertia spēs que catalepsia dr̄ que fit ex mā in extremitatibus contēta:vt in manibus pedibus ⁊ bꝯ. Et isti in ṗncipio sui casus sentiūt in extremitatibus raptū:sicut formicaruꝫ ex mā superius ascendente. Et isti preseruant̄ per extremitatū cōstrictioneꝫ:vt Gal̄.narrat de quodā scriptore suo qui in pede māꝫ ipsius egritudinis supius ad cerebrū ascendere sentiebat. Gal̄.aūt faciebat ei ligari tibiaꝫ cuꝫ faciolo:⁊ sic mā nō poterat amplius ascendere.

Tertia catalepsia.

¶ Si ꝟo mā buius egritudinis cōtineat̄ in intestinis in casu eoꝝ emittunt stercus. ¶ Si vitio matricis vel ex mā spermatica nimis retenta:⁊ in venenositatē cōuersa emittunt in casu menstrua vel sperma vel vrinaꝫ.

¶ Quicūqꝫ aūt bumor in cā fuerit per bec signa cognoscit̄. Si san.fuerit in cā erit dispositio sanguinea corporis:⁊ adest rubor faciei:venarum repletio:etas dieta precedēs calida ⁊ bumida regio ipsius tēpus anni.bec oia in caliditate etiaꝫ bumiditate ꝯueniētia magis designant.

Signa sanguinis.

¶ Flegma in cā esse cognoscit̄ ꝑ corpis babitudinē flegmaticā:per superfluitates abundātes ꝑ os ⁊ nares cū insipiditate oris ⁊ capitis grauedine:supficie corpis subalbida:dieta/regione/etate/tempore eidē ꝯuenientib⁹ certiores nos reddunt.

Sig^a^ flegmatis.

¶ Melancbolia ꝟo esse in cā cognoscit̄ per melicā corpis dispositionē rotunditatē ⁊ supficiem corpis que est quasi subcineritij coloris:sil̄r etas regio tēpus anni ⁊ sil̄ia eidē ꝯueniētia bec declarant.ex cbolera aūt non fit bec egritudo.

Sig^a^ melācbolie.

¶ Et nota ꝙ cū fit a sanguine vel flegmate magis manifestat̄ ⁊ cadit patiens in plenilunio. Cum ꝟo fit ex melīa magis in defectu lune infestat̄. ¶ Itē nota ꝙ bec pas:ab infantia vsqꝫ ad ṗmā iuuentutē in viris curari poterit:in mulieribus ꝟo vsqꝫ ad tempus mēstruoꝝ:post aūt raro ⁊ cū maxima difficultate curabit̄.

Pronostica.

¶ Cura buius passi.talis erit. Si in ṗmo casu quis ceciderit flebotomet̄ de vena capitis:si vitio cerebri fuerit. Si ꝟo vitio stōcbi de vena stomacbi. Et si vitio extremitatū de sapbena:liberabit̄ enim ab bꝯ egritudie.

Cura.

¶ Experimētū magistri mei ad releuandū epilepticū expertū. ℞.pulegij origani.aris.ro.saluie domestice ⁊ agrestis:peonie.aā.terantur oia ⁊ in subtilissimū puluerē reducant̄:cribellent̄:⁊ cū pauco melle misceant̄:⁊ de tali mistura suffumigetur pa.per corpus totū suuꝫ:⁊ ēt vngantur ex mistura illa nares eius virga ⁊ peritoneon:vel vulua si mulier fuerit ⁊ paꝝ detur per os: ⁊ statim releuabitur epilepticus. ¶ Item succus rute vel peonie narib⁹ iniectus vel semina eoꝝ trita ⁊ pulueriçata

*In paroxi^o^*

Extra paroxismum. infecta in naribus statim faciūt epilepticū surgere. ℂ Cū itaqꝫ epilepticus releuatus fuerit: pͥmo intendendū est cir

Dieta. ca dietā ipsiꝰ.cū dieta sit pars potissima curationis. Comedat igit̄ pullos/gallinas/hedos/ perdices/phasianos/sturnos/ꝛ aues/preterq̄ꝫ in paludibꝰ degētes:carnes arietinas: castratinas:annualis agni ꝛ porci:ꝛ capreoli:ꝛ hꝫ carnes elixas vel assatas:vel in vino odorifero vel spēbꝰ cōditas. Comedat capita porcoꝝ elixa:farinā ordei/spelte/ius cicerū ru.sed paꝝ de granis ipsius:pira:coctana cocta comedere pōt post prandiū. In mane ad libitum comedat:in sero ꝟo parum ꝛ leuiter comedat. ℂ Squāmosos pisces ꝛ in aqꝫ salsis degentes ꝛ in ꝓfundissimis fluminibꝰ comedere pōt sup carbones assatos:vt eoꝝ humiditates reprimātur. ℂ Spinachias/boraginē/petro.feniculū/asparagos/bruscos/panē triticeū ꝛ bn̄ fermentatū comedat.vinū citri

Apiū pessimum. num al.vel subcitrinū ꝛ odoriferū bibat. ℂ Fugiat apiū: qꝛ inducit epilepsiā de sui ꝓprietate:ꝛ causa huius est:qꝛ humores dissoluit ꝛ cōmouet ad supiora. Itē si mulier pregnans vtat̄ frequēter apio fetus quem pariet epilepticus erit:ꝛ hoc est spāle qḋ ꝯurgit creature. ℂ Abstineat autē generalr̄ a caulibus lentibꝰ ꝛ fabis:ꝛ a carnibus bouinis pecorinis:ꝛ ab oībꝰ melāꝫ ꝛ cho.adustā ꝛ flegma nimis gn̄antibꝰ a medullis aīaliū ꝛ cerebris a frixis ac salsis acetosis cucumeribus fumo ꝛ a puluere ꝛ a coitu imoderato abstineat.Caueat ab imoderato vsu balnei ꝛ cōuentu hominū.qꝛ in talibꝰ locis cōsueuit eis accessio preoccupare.

Medicinalia. ℂ Cura magistri mei ad epilepsiā experta. Primo fiat syrupus. ℞.iue.betonice/herbe paralysis/saluie domestice: ꝛ agrestis/pentaphilon/graminis/ hyssopi/buglosse / rute/ caprarie/ valeriane/cap. ve.scolopē.aneti.endiuie.aā. M. ß.florū rorismarini:floꝝ boraginis:semis anisi.feni.passulaꝝ sine nucleis corticis radicū cōiuꝫ.aā.ʒ.j.ß.cānelle pōtice.ʒ.j.radicis peonie ꝛ polypodij quercini ꝯtritoꝝ.aā.ʒ. quartis.ꝣucchari lib.ij.fiat syrupus ꝛ det̄ oī mane iste syrupus cū tepida aq̄ quousqꝫ mā sit digesta. Uel det̄ oī mane.ʒ.j.ß.oxymellis squillitici:ꝛ oxymellis iuliani cuꝫ aqua decoctionis.se.feniculi anisi ꝛ rute. ℂ Digesta mā purget̄ cū pillulis.v.hierepi.vij.cochijs Almansoris:vel cum potione sancti Pauli bn̄dicta ꝛ silibꝰ. Uel cuꝫ istis pillulis. ℞.pulpe collogntide.sticad.castorei.aā.ʒ.j.hierepig.Gal. ʒ.iiij.agarici.ʒ.ij.turbith.ʒ.j.cōficiant̄ cuꝫ succo absinthij.ꝛ dentur ex eis.ʒ.ij.vel.ʒ.j.ß. In matutinis ꝟo exhibeat talis lotura. ℞.collogn.ʒ.vij.vue passe sine nucleis.ʒ.iij.bulliant in lib.iij.aque donec ad vnā deueniant:ꝛ addito pau

Balnea. co ꝣucchari colent̄ ꝛ detur. ℂ Item vtant̄ balneis ferreis gibboroso ꝛ circuli:que balnea sunt apud puteoluꝫ prope Neapolim:ꝛ in ipsis balneent̄ in media nocte ꝛ in matutinis:post exitū ꝟo balnei sumat de isto electuario ad modū castanee grosse. ℞. piretri:siseleos:sticad.aā.ʒ.ij. agarici.ʒ.v.cardamomi recētis:acori:asse.arist.longe ꝛ rotū.aā. ʒ.j.ꝛ.ß.oīa terant̄ ꝛ pulueriꝣent̄:deinde extrahatur succus ex squilla ꝛ mistus cū cōuenienti quātitate mellis coquantur ꝛ cōficiat̄ electuariū cum predictis spēbꝰ ꝛ vtat̄:vt dictū est. ℂ Uel fiat bal.ex decoc.folioꝝ lauri/pulegij/betonice/origani/menthe/rorismarini/herbe palysis/hiue/ salmo.ꝛ aliaꝝ herbaꝝ aromaticaꝝ in vino ꝛ aqua decoctaꝝ addita spicanardi:ꝛ in hoc balneo ter vel quater intrent inter diē ꝛ noctē.ꝛ parū stent ibi:ꝛ in exitu balnei sumat de pͥdicto electuario:qꝛ hoc multū cōfert ad stuporē mēbroruꝫ:ꝛ ēt ad preseruationē paralysis postmodū abstergatur corpus.ꝛ ex oleo nardino vngatur.ꝛ fiat ēt clystere acerrimuꝫ cū stupor ꝛ alienatio diu perseuerauerint. ℂ Itē abluat̄ caput pa.semel in hebdomada de lixiuio facto de cinere.vitis.ꝛ aqua decoctiōis saluie/lauri/cyperi/betonice/

rorismarini/sauine/ꝛ spicenardi. ℂ Itē precipuū qḋ cōseruat eos est:ꝙ ꝓuocet̄ vomitus ante paroxismū cum decoctione raphani.ꝛ syrupo acetoso post comestionē salsoruꝫ ꝛ potationē vini multi dulcis. Uel in ipso pxismo imittatur penna in gula intincta in hierapigra ꝛ aceto squillitico. ℂ In ipsa itaqꝫ accessione hꝰ passionis in pͥnͦ facies est cooperienda:qꝛ terribilis apparet in aspectu ꝛ spuma que exterius ori adheret extergat̄. Et si collū versuꝫ fuerit ex-

Cura analepsie et catalep. terius:ad ꝓpriū reducat̄ statū:vt fiat liberior inspiratio ꝛ respiratio. ℂ In analepsia ꝛ catalepsia ab ipso pͥnͦ sternutatio ꝓuocet̄ cum castoreo pipere euforbio ꝛ silibus. In epilepsia ꝟo qn̄ fit vitio cerebri nō ꝓuocet̄ sternutatio ab ipso pͥncipio:qꝛ pa.posset suffocari. Sed post longū tēpus cū eger stupidus remāserit ꝛ aliena loqt̄:sternutatio ꝓuocet̄:ꝛ fiat fricatio manuū ꝛ pedū pectoris ꝛ narium. ℂ Si fuerit vitio stōchi detur syrupus de absinthio cū hyssopo: post digōnē māe purget̄.vt supra cū pillulis supradictis. ℂ Et si mā huius egritudinis fuerit in extremitatibus.vt in pedibus manibꝰ ꝛ hꝰ:purget̄ cū medicina sine pillulis que humores attrahūt a solidis ꝛ longinqꝫ partibꝰ:vt sūt pillule arthetice.pillule de hermodactyl.ꝛ hꝰ que in caplͦo de arthetica diligēter cōscribā:post purgationē fiat minutio de saphena:ꝛ ab interiori pte tali scarificent̄ tibie:vngant̄ extremitates vnguento ruptorio in cura de fistula in angulo lachrymali nata posito:ꝛ hoc fiat ꝓpterea vt mā educat̄ exterius:fiat ēt tale vnguentū. Fructus cucumeris agrestis:qn̄ sunt maturi colligant̄ ꝛ in vino ꝛ oleo.xv.diebus putrescant:deinde coquant̄ ꝛ colent̄ ꝛ colature addātur hec. ℞.castorei ellebo.nigri adarce euforbij.roß.aā.ꝛ addita cera fiat vnguentū de quo extremitates in catalepsia vngant̄ solū:ꝛ in analepticis ꝛ spina dorsi in epilepti

In epilepsia vitio cerebri. cis. ℂ Itē castoreū aristo.rotun.costum euforbiū.sulphur vi.in oleo muscellino vel cōi decoctū:si vngat̄ ex hoc vnguento spina dorsi multū valꝫ. ℂ Iteꝫ cū sit vitio cerebri fiat cauteriū retro in pte posteriori capitis ꝛ nō in puppi: sed in ceruice:ꝛ portet ipsaꝫ pa.quousqꝫ liberatus est:quia est expertū. ℂ Et fiat abrasio a medietate anteriori capitis vsqꝫ ad frōtē ꝛ loco abraso supponat̄ hoc cathaplasma. ℞.nucis saracenice.brionie:pireti.croci.aā.ʒ.ß. semen.nasturtij.succi abrota.aā.ʒ.iij.hoc cathaplasma a sero vsqꝫ ad mane teneat. ℂ Itē tres gutte san.a spatulis pa.per scoriationē extracte cū ouo corui patiente adhuc exn̄te stupido in potu dare multū ꝓsunt. ℂ Itē electuariū de puluere gētiane ꝛ peonie datū ad q̄titatē.ʒ.j.ante solis occasuꝫ multū cōfert. ℂ Item ēt peonia vel radix vel se.portata supra se vel includat̄ semen in annulo argēteo.ꝛ pa.ipsuꝫ annulū portet in digito:vinū ēt radicis decoctionis ipsius in potu pa.sepe ꝛ sepius tribuat̄. ℂ Itē diacastoreū datū post purgationē ad minꝰ ter in hebdomada multū valet. ℂ Theriaca ēt data ad modū fabe cū aqua sticad.valꝫ. ℂ Itē hierapigra Gal.cū vino decoctionis saluie ꝛ rute in sero sepiꝰ tribuat̄. ℂ Itē antimoniū politricū coagulū leporis ꝛ fel

Experimenta. vrsi qōlꝫ ipsoꝝ per se vel oīa sil̄ cū vino vel aliter sumpta curant epilepsiā. ℂ Quidā curatus est ab hac pas. B mō. Accipiebat de mithridato ꝛ potione sancti Pauli semel in septimana de pliri arcoticon tribꝰ vicibꝰ in die:ꝛ ifra paucos dies cōualuit ab epilepsia. ℂ Quidā aliꝰ in tribꝰ septimanis curatꝰ est solūmō purgādo se bis in septimana cuꝫ succo brionie depurato addito pauco ꝣucch. ℂ Uidi quē-

In melica. dā qui hoc experimēto curatus est. ℞.san.dra.oppop.castorei antimonij.aā.terantur ꝛ in pillulis vel alio quocūqꝫ mō quo meliꝰ fieri pōt pa.exhibeat:qm̄ est exptū. ℂ Cuꝫ epilepsia fit ex melīa accipe stercus columbinum ꝛ pista ipsum:ꝛ cum ouis coruorum misce ꝛ cathaplasma super splenem apponatur:prius appositis sanguisugis:hoc enim

In Roma-tica.

cathaplasma maz trahit a capite ad splenẽ ꝛ gñat febrẽ:ꝛ
sic epilepticũ liberat:ꝛ maxie si fiat in autũno. ¶ Qꝛ si fue
rit vitio stõchi ꝓuocet̃ vomitus ꝭm supradictã doctrinam
vel cuz vomitiuo. Nicolai patriarche vel scarpelle diacy/
minũ det̃ pa. vẽtose cũ scarificatione vel sine stõcho appli
cent̃:vngat̃ stõchus ex calidis vnguẽtis vt dialthea mar/
ciaton agrippe oleo laurino mustellino ꝛ silibus. Sale ẽt
sacerdotali sepe ꝛ sepius vtat̃ in cibis:qꝛ multuz extenuat

Ad omnẽ spẽm.

ventositatẽ:ꝛ ad hanc satis valz cãm. ¶ Electuariũ opti/
mũ ꝛ sũmũ ad oẽz spẽz epilepsie. ℞.amyg.sticad.siseleos:
piretri.añ.ʒ.j.agarici.ʒ.vj.cardamomi recẽtis asse bone:ari
stol.rotun.affodilloꝝ.rad.card.asinini:ligritie:carpo. rad.
peonie.añ.ʒ.ij.accipe squillã:ꝛ in aqua infunde:ꝛ aqua ex/
pressa fundat̃ sup tantũdẽ mellis quãtũ ipsa est:ꝛ coquat̃
cũ ipsa ꝛ cõfice electuariũ. ¶ Aliud electuariũ ad idẽ. ℞.
piperis papaueris al.iusqami.añ.℈.x.croci:opij.añ.℈.v.
cinamomi cimini:spice/piretri/cassieligńee/euforbij/costi/
piperis al.ꝛ lõgi.ȥiȥ.añ.℈.j. sulphuris viui.se.cicu.añ.℈.
vj.semẽ.lapatij acuti aneti.añ.℈.j.mellis q̃ntũ sufficit.det̃
in modũ auellane ieiuno stõcho taz in estate q̃ in hyeme.
¶ Itẽ succus gentiane cũ succo pigami:rute ꝛ arthemisie

An sit curatus.

añ.ʒ.ij.peonie puluerisate.ʒ.ß.cũ pauco melle in potu da:
qm̃ mirabil'r cõferũt. ¶ Itẽ si vis scire an curatus sit epi/
lepticus:an nõ. Accipe cornu caprinũ vel lapidẽ achate:ꝛ
puluerisa alterũ eoꝝ:ꝛ pul.huius super carbones ardẽtes
pone:ꝛ pa.fumũ recipiat per os ex eis:ꝛ si nõ est ꝑfecte cu
ratus statiz cadit:ꝛ tũc subleua ipsuz cũ his que in p̃nᵒ hui⁹
capituli diximᵒ ꝛ curas predictas adhibe:si ꝟo ꝑfecte cura

Simplr cõferentia huic egritudini.

tus est nõ cadit. ¶ Itẽ fac in hac pas.caputpurgia ꝛ garga
rismata q̃ in sequẽti dicã cap̃lo. ¶ Medicine conferentes
epilepsie sunt hec.piretrũ/sticad.san.testudinis/coagulum
leporis/ossa hoiuz cõbusta.cinis vngule asinine:digiti citri
ni.se.agnicasti.gentiana/galbanũ/ serapinũ/caro mustelle/
fumigiũ ex blacta bisantia:aristo.lon.ꝛ rotun.aqua tepida
balsamus.ꝛ oẽ coagulũ:maxime camelinũ ꝛ leporinũ cum
aceto bibitũ:coriãdrũ in cibis datũ analepticis valet. Epar
asini assatũ cõfectũ ꝛ comestũ ieiuno stõcho. vngule asini
cõbuste pulueris.ʒ.ij.data folia pentaphylon lota cũ vino
in potu data.xxx.dieb⁹ miro mõ valent:sordicies aurium
bibita. Fel testudinis aurib⁹ instillatus:peonia collo suspẽ
sa ꝛ comesta.assa efficit oꝑationes peonie:lignũ crucis su/
spensuz.oppo.agaricus:epithimus.elleborus niger:carda/
momus.san.cameli:oua testudinis syluestris:oua coruoꝝ:
vapor aque marine:olfatus huius pomi facti ex cera:ruta
gũmi arabico ꝛ pul.visci cũ farina ordei:ꝛ aceto cõfice po/
mũ ꝛ odoret̃:sanguis testudinis cũ vino bibitus:additio/
nes que fiunt in genu equi trite ꝛ bibite cũ aceto valẽt:suf
fumigiũ sang.agni cũ se.peonie trito misto valz. Unge tim
pora ꝛ cõmissuras cũ medulla crurium cameli ꝛ oleo roꝭ.
Caro porci syluestris comesta:anetũ.assa ꝛ castoreũ cũ oxy
melle. Insufflatio pul.cucu.asinini ꝛ succi eius ꝛ nigelle:sa
lis armonia.ellebori al.cõdisi piperis.ȥiȥ.myr.euforbij:ca
storei:sticad.sgnãti:asse:alchitran:picis sicce multũ valz.

Additiones.

Signa incurabilis.

Additiones. epilepsia in prima q̃dra
lune est de mã flegmati
ca:ꝛ in duabus medijs san.ꝛ in vltima de me/
lãcholia:nunq̃ fit de cholera:qꝛ est epilepsie
ꝯtraria. ¶ Itẽ si spuma semel absterso ab ore
epileptici reuertat̃ est incurabilis. ¶ Itez epilepticus qñ
cadit ꝛ eius mouet̃ pollex est incurabilis:qꝛ ꝯ̃rit a paren/
tibus. ¶ Itẽ qñ est tremor extremitatũ:est ẽt signũ malũ.
¶ Est herba dicta iperatoris faciẽs florẽ paruũ citrinum
in modũ floris cardi bñdicti silis cicoree q̃si pilosa interi⁹
ꝛ exterius amari saporis que data per.ix.dies in modũ pa/
stelle cũ ouo ꝛ farina cocta modicum liberat epilepticuz.

Simil'r succus eius:sil'r pul. Et ista herba cũ rumpit̃ emit
tit lac:ꝛ frondes hz sicut cicorea:sed latiores ꝛ pinguiores.
¶ Os de corde cerui ad collũ suspẽsuz curat epilepticos.
¶ Ad idez. ℞.pigami se.rute agrestis:peonie:vngule pe/
dũ anterioꝝ asini.añ.puluerisent̃ ꝛ det̃ ex puluere.ʒ.j.q̃lz
mane:qm̃ in breui sanat epilepticũ. ¶ Itẽ ad idẽ fellis lu/
pi.ʒ.ß.cũ grañ.j.musci in nares epileptici pone in p̃nᵒ ꝛ me
dio mẽsis multũ valet. ¶ Itẽ si vis scire ꝰ̃ epilepticus pos
sit curari vel nõ:cũ ceciderit punge eũ cuz puncta acus ꝑ
foramẽ nariũ:suaꝝ teneritatẽ que est in naribus:ꝛ si sentit
põt curari:si nõ:nõ. ¶ Electuariũ mirabile ꝯ epilepsiam.

Electuarium mirabile.

℞.folioꝝ rute:se.cicute:stercoris colũbini:polipo.querci.
castorei:ellebori nigri:aloes:epithimi:asse feti.añ.ʒ.ij. tur/
bith.lapis lasuli:pulpe colloquintide:masticis:spice. radi.
peonie.agar.añ.ʒ.j.subtil'r puluerisata cũ oleo amygd.dul.
fricent̃:postmodũ in modũ electuarij ꝯficiant̃ cũ syrupo
facto de succha.ꝛ succo rute:ꝛ det̃ oi mane.ʒ.j.vel.ij.ex co
pa.qñ est mirabile ꝛ ꝓbatũ. ¶ Itẽ fiat puluinar plenum
folijs rute sup qd teneat oi nocte caput epilepticus cũ dor/
mit:qm̃ cõfortant multũ. ¶ Ad epilepsiaz fiat pul.iste ex/
pertus. ℞.ossiuz capitis humani:ꝛ p̃cipue de ꝑte añriori
combustoꝝ.se.peonie mũdi.añ.ʒ.ß.radicis tormentil.visci
quercini.añ.ʒ.ij.dent̃ in potu. ¶ Ad idez valz rute succus
clarificatus cũ modico asse fe.si bibat̃:ꝛ istud remediũ va
let in doloribus capitis antiq̃s vt emigranea ꝛc̃. ¶ Item
pro epilepsia debiliũ ꝛ pueroꝝ. ℞.succi sq̃lle penidioruz.
añ.coque ꝛ appone piperis.ʒ.ij.ȥiȥ.croci.añ.q̃ntum medie
tas penidioꝝ. ¶ Alius puluis expertus. ℞.pul.cranei ho
minis ꝛ costaꝝ partẽ vnã:lumbricoꝝ terrestriũ ꝛ lapidis
hirundinis.se.peonie.añ.partẽ vnã fiat dragea:ꝛ det̃ pa.
in sero frequẽter. ¶ Electuariũ. ℞.agarici absinthij:collo
quintide.añ.ʒ.j.ß.cõfice cũ aqua decoctionis anisi.aristol.
lõge ꝛ melle ꝛ sumat̃ ex eo quãtũ est auellana. ¶ Itẽ aliđ.
℞.agar.ʒ.iiij.turbith.ʒ.j.anisi.ʒ.ij.cucum.ʒ.ij.rad.apij.ʒ.ij.
peonie.ʒ.v.in lib.iij.aque quousq̃z remaneat medietas:ꝛ
dentur.ʒ.iiij.oi die. ¶ Ad epilepsiã electuariũ. ℞.siseleos:
baccaꝝ lauri.añ.ʒ.iij. aristo.ro.radi. peonie.añ.aurei.ij.ca/
storei.croci.sq̃lle.añ.aur.j.cõfice cũ melle dispumato ꝛ det̃
cũ oxymelle sq̃llitico ad q̃ntitatẽ aurei i sero in septimana
ter corpore p̃us mundificato. ¶ Itẽ scias q̃ opopira ꝛ po
tio sancti Pauli multũ valẽt. ¶ Potio experta ꝯtra epile

Potio experta.

psiaz. ℞.betonice. feniculi.añ.M.j.peonie.semis nastur/
tij.gũmi arabici.añ.ʒ.j.fac bullire.hec oia trita in certa q̃nti
tate boni vini donec tertia ꝑs remaneat:ꝛ de hoc vino q̃lz
mane da vnũ ciatuz epileptico vsq̃z ad.xxx.dies:qꝛ curat.
¶ Itẽ si sumat̃ ꝑ.xxx.dies quolz mane.ʒ.j.ꝛ.ß.succi herbe
paralysis cũ modico zuccari curat:ꝛ est ꝓbatũ. ¶ Item
si pul.facto ex radicib⁹ cucu.agrestis siccatis sumat quoti/
die epilepticus q̃ntũ põt capere cũ trib⁹ digitis cũ oxymel
le cõposito multũ valz epilepticis:ꝛ ẽt laborãtib⁹ de frigi/
ditate stõchi. ¶ Aliđ ad idẽ ꝓbatũ. ℞.millefolij v̾micula.
qd idẽ est lib.ß.ꝯcoquat̃ in lib.iij.aq̃ donec redeat ad lib.ß.
cola ꝛ adde lib.ß.mell' succi rute.ʒ.j.ꝛ fac bullire paꝝ.ꝛ da
oi mane pa. ¶ Si cor lupi det̃ ad comedendũ epilepticis
q̊cũq̃z mõ eos liberat:vt dicit Rogeri⁹. ¶ Itẽ coagulũ le/
poris ad q̃ntitatẽ.v.denarioꝝ cũ vino decoctiõis rute cu/
rat epilepticũ. ¶ Itẽ suffumigatio facta cũ ruta bis vl' ter
in die ꝛ i sero cũ vadit dormitũ ꝯfert. ¶ Pille ꝯ epilepsiã
℞.coaguli leporis siccati:tere ipsuz fortiter:deinde cõmi/
sce cũ eo succũ enule:ꝛ fac pillas.ꝛ si vis adde modicũ cin/
namomi:vt meli⁹ cõmisceat̃:ꝛ sint grosse sic̃ cicer:de q̃bus
des oi die vsq̃z ad.xxx.dies ieiuno stõcho epileptico:qꝛ vi
debis mirabilẽ efficaciã:curat.n.vt ꝓbatũ est. ¶ Itẽ nõ q̃
factis remedijs sup̃dictis si nõ curet̃:sũmũ remediũ ẽ fac̃
cauteriũ i loco vbi sentit̃ mã p̃us moueri. Itẽ coclear me=

olei de terbẽtina datũ epileptico curat eũ. ¶ Itẽ. ℞. cinamomi electi. spicenardi. galange. aã. ℥. j. teste capitis hoīs mortui antiquati in sepulchro ad pondus oīum: fiat pul. subtilissimus: ⁊ detˀ pa. ℥. j. in mane ieiuno stõcho: ꝓbatum est. ¶ Item. ℞. aristo. ro. ℥. iij. se. peonie. ℥. j. pulueriçentˀ. ⁊ detˀ oī die mane per. ix. dies. ℥. iiij. pul. ꝓdicti. ⁊ curat ẽt antiquã epilepsiã: ⁊ si nõ curatˀ infra. ix. dies reiteret alios. ix.

¶ De apoplexia. Cap. XXIII.

Quid sit apoplexia.

Sequitur de apoplexia videre. Primo igitˀ videndũ est qd sit apoplexia: ⁊ qbꝰ magis accidit: ⁊ quot sunt eius gñã: postea de cura. ¶ Apoplexia est opilõ oīum vẽtriculoꝝ cerebri ab humiditate flegmatica vtplĩm nõ ꝑmittẽs spũm aīalẽ diffundi ꝑ neruos: vñ corpus ꝓuatˀ sensu ⁊ motu. Et cõsueuit accidere ista egritudo istis potatoribus ⁊ comestoribꝰ q quotidie stant ⁊ inebriãtur ꝑ tabernas vel alibi: ⁊ his q frequẽter lauãt ⁊ colũt caput suũ: ⁊ qui frequẽter sudant.

Duo gñã apoplexie.

¶ Cuius sũt duo gñã: maior ⁊ minor: maior est opilatio oīuz vẽtriculoꝝ cerebri ex toto cũ ꝓuatione sensus ⁊ motꝰ. Et in hac specie nec loquũtur: nec sentiunt: nec anhelitꝰ ꝑ inspirationẽ ⁊ respirationẽ trahitˀ. Et hec subito interficit ⁊ curari nõ põt. Et ego vidi quẽdã militẽ Neapoli qui cũ surgeret de lecto: ⁊ voluit se calciare statiz inuasus est ab hac specie apoplexie: ⁊ statiz mortuus est. Est ⁊ scđa spẽs apoplexie que minor dr̃: ⁊ in hac non ex toto opilantˀ ventriculi cerebri: imo sentiunt ⁊ mouetˀ anhelitus: lʒ cũ maxima angustia: ⁊ hec ẽt qñqʒ interficit vsqʒ ad. vij. diẽ: ⁊ spãlr qñ nõ curatˀ. Et qñqʒ trãsit in paralysim: que ẽt raro ex toto curatˀ: vñ Hippo. soluere apoplexiã fortẽ ⁊c. Antecedit aũt apoplexiaʒ fortis ⁊ frequens solõ sine manifesta cã. iuxta illud Hippo. in aphor. Qui exoluũtur fortiter ⁊ frequenter sine manifesta cã ⁊c. Antecedit ẽt dolor ⁊ grauitas capitis. pigrities. vertigo. ⁊ visus obscuritas.

Causa.

¶ Et accidit pas. hec qñqʒ ex san. grossissimo: ⁊ tũc facies rubea est: repletio venaꝝ ⁊ pulsus plenꝰ. Et qñqʒ ex flegmate: ⁊ tunc facies nigredini vel cineritio colori attestatˀ: ⁊ alia signa mala in hoc cõueniẽtia magis ꝺclarãt. Et nota ꝙ cã gñalis ⁊ imediata apoplexie est ꝓuatio descensionis virtutis aīate: siue spũs aīalis ad mẽbra inferiora. Et cã particularis illius ꝓhibitionis est aut apã cerebri: siue calidũ: siue frigidũ: aut repletio vẽtriculoruʒ cerebri ex mã flegmatica vtplĩm. Qñqʒ. n. vẽtriculi cerebri repleti sũt: ⁊ tũc oīno nõ põt spũs vitalis siue aīalis: a quo ꝓcedit sensus ⁊ motus in toto corꝑe descẽdere ad mẽbra. Si aũt ipsi vẽtriculi nõ sunt oīno repleti: tũc ſʒ ꝙ magis vel minus spũs aīalis ad mẽbra inferiora põt descendere ad mẽbra supposita sibi ⁊ facere motũ pectoris ſʒ magis vel minus: sicut fit in minori apoplexia in qua anhelitus est inordinatus ⁊ ꝯtinue: ⁊ nõ cũ tanta angustia: vt in scđa specie. Et hec est illa de qua dicit Gal. ꝙ est passio debilis in qua si prudens est medicus põe est vt curetˀ. Alie autẽ spẽs vix aut nunq̃ʒ curantˀ.

Nõ sepeliant nisi post horas sexaginta.

Et nota ꝙ isti apopletici ſʒ rõnẽ nõ debent subterrari vel sepeliri: nisi post spatiũ. lx. horarũ: qr aliquãdo vt dictũ est infra illud spatiũ hec egritudo in paralysim transit: ⁊ sic ꝯualet pa. ab illa egritudine. Vñ multi sunt idiote ⁊ ignorantes medici q cũ statiʒ inueniunt hꝯ apopleticos talr̃ ꝓuatos sensu ⁊ motu iubent eos statim subterrari ⁊ male faciunt. Vidi. n. ⁊ audiui hoc de multis q talr̃ subterrati fuerunt ⁊ postmodũ auditi sunt in sepulchro clamãtes: vt iuuarentˀ infra spatiũ. lx. horaruʒ. Et alij qui mortui sunt in sepulchris ⁊ postmodũ in ꝓcessu tꝑis cuʒ aperta sunt sepulchra eoꝝ inuenta sunt cilitia eoꝝ dilaniata ꝑ ipsos: ⁊ ipsi cũ brachijs ⁊ pedibꝰ dissolutis mortui sunt inuenti.

Cura.

¶ Curentur apopletici itaqʒ in hunc modũ. de maiori ⁊ de mediocri apoplexia nõ intromittamus nos. Sed ipsos patientes faciamus custodire per. lx. horas ne subterrentˀ. Minorẽ aũt curemus vt fecit magister meus quẽdã amicũ meũ qui iam erat traditus in manibꝰ sacerdotũ vt subterrarent euʒ. Iuit magister meus ad sepulchrũ anteq̃ʒ in eo poneretˀ: ⁊ iniunxit silentiũ sacerdotibus: statim añ os ipsius pa. posuit paꝝ de bombace carpinata ⁊ supra pectus ipsius discoopertũ ꝓus pãnis apposuit ciatũ vnũ plenũ aqua: ⁊ ꝓspiciens os vidit pilos moueri ⁊ lacertos pectoris ciatũ discutere parũ: sic ꝙ parum aque effundebatˀ. Statim iussit magister meus cõspiciens ꝙ viuebat ꝙ caput ipsius pa. totũ abraderetˀ: ⁊ capiti toto cathaplasma apponeretˀ factũ ex se. sinapis trito ⁊ castoreo pulueriçato: ⁊ cuʒ forti aceto mistis: ⁊ fecit statim stringi brachia in iuncturis spatularũ ⁊ coxas: vbi glandule sunt cũ fascia fortiter: ⁊ castoreũ sub lingua pa. posuit: ⁊ fecit fricari extremitates ipsius pedũ ⁊ manuũ cũ nitro ⁊ sale. fecit ⁊ interim fieri flõam de saphenis amboꝝ pedũ: postea de. vena que est in iunctura nasi: deinde de basilica ⁊ saluatella sinistra: ⁊ ꝓuocauit post ꝑ horã sternutationes cũ iaʒ pa. stupidus surgere icipiebat: ⁊ sic liberatus est. Sequẽti die iussit clystere sibi fieri acerrimũ de folijs malue: blete raď. cucu. agrestis succo panis porcini: bñdicta laxatiua trifera: saracenica: sale: oleo: ⁊ melle: ⁊ liberatꝰ est pa. ab egritudine illa: ⁊ ex hoc magnã laudẽ ⁊ honoreʒ ⁊ amicoꝝ copiam subsecutus est magister meus: ⁊ dicebatˀ mortuũ suscitasse. Clystere aliď ad idẽ. ℞. camo. aneti. centauree meliloti. aã. M. ß. colloqntiď. salisgẽme. aã. ℥. ß. mell. ⁊ olei papaueris. valʒ. ¶ Clystere ẽt valẽs in apoplexia ⁊ epilepsia mania ⁊ melia. ℞. buglosse cãtabri. aã. ℥. ij. ß. politrici mal. aã. ℥. j. ß. mirabolanoꝝ citrinoꝝ: kebuloꝝ. aã. ℥. j. diagridij: euforbij: colloqnti. aã. ℥. x. agarici epithimi. aã. ℥. xv. olei viol. ℥. j. mell. ℥. j. cõfice sic. mirabo. herbas ⁊ cantabrũ per dieʒ añ in aqua ifusos ⁊ tritos vsqʒ ad tertie partis ꝯsump. decoq facias diligenter ⁊ cola. ⁊ mel ⁊ oleũ adiunge ⁊ iterum fac bullire: deinde adiunge pul. predictaꝝ spẽꝝ: ⁊ iuxta igneʒ inijciatˀ per clystere tribꝰ vel q̃tuor vicibꝰ vna post aliam ſm quãtitatẽ ⁊ debitũ ordinẽ: ⁊ ducatˀ manus alicuiꝰ ꝑ ipsone ca. ⁊ inungatˀ oleo camo. ꝑ ventrẽ pa. ¶ Fiant ẽt suppositoria acuta ad apoplexiam optima vel ex sapone gallico infuso in sale ⁊ felle tauri: vel dentˀ. ℥. ij. ß. scamonee nitri. ℥. j. castorei. ℥. ß. sil. ꝯtritis ⁊ cuʒ melle coctis: vel de sapone nitro ⁊ stercore murũ cũ melle coctis vsqʒ ad duritiẽ. vel de sale gẽma vel silibꝰ: obtarmicũ naribus inijciatˀ de castoreo ⁊ euforbio: succus ẽt centauree iniectus multũ valʒ. ¶ Fomẽtatio facta cũ succo porri sup carbones ardentes proiecto in hac pas. valʒ. ¶ Et si hec pas. fuerit ꝑꝑ superfluos cibos vl̃ venenosas comestiones ꝓuocetˀ vomitꝰ ſm supradictã doctrinã. Si in cã san. fuerit fac flõam. Si flegma vel melia fiat in his oībꝰ vt in ꝓcedenti caplõ dcm̃ est. ¶ Syrupus in epilepsia ⁊ apoplexia in lib. j. succi folioꝝ boraginis ponantˀ. ℥. iiij. sene ⁊ addito pauco çuccharo fiat syrupus: fac silr̃ mõ de succo folioꝝ: pastinace vel buglosse qď melius est. ¶ Pillule optime ad apoplexiã cũ mã fuerit flegmatica vel melica. ℞. aloes: bdellij: serapini. colloqntiď. oppopo. armo. se. cicute. añ. ℥. j. castorei. euforbij. añ. ℥. ij. cõficiantˀ cũ succo porri ⁊ dentˀ. ℥. ij. ¶ Itẽ gargariçet hierã. ⁊ fiat cauteriuʒ in fontanella colli ⁊ cetera remedia que in epilepsia dicta sunt fiant in hac causa. ¶ Trifera optima ad epilepsiaʒ apoplexiã paralysim ⁊ torturã oris ⁊ oīuz mẽbroꝝ. ℞. piperis: macropiperis. çiç. piretri. granoꝝ nigelle. costi. acori. calami aromatici. aã. ℥. ß. myr. foliꝝ rute. asse fe. gẽtiane. arist. lõge. baccaꝝ lauri: castorei: sinapis. aã. ℥. v. mellis anacardi. ℥. vj. terantˀ ⁊ inuoluantur oĩa in oleo de nucibꝰ: ⁊ cõfice cuʒ melle ⁊ detˀ ex hac trifera: qm̃ mirabilr̃ valʒ ad epilepsiaʒ apoplexiã ⁊ ꝑalysim.

¶ De

¶ De paralysi. Cap. XXIIII.

Et quia minor apoplexia vt est dcm̃ superius q̃nq; in palysim trãsit, ꝓpter h̃ de palysi dõm ẽ. ¶ Paralysis h̃z ethymologiã nominis sui: dr̃ lesio ptis, sed non q̃lz lesio ptis palysis dr̃: q2 rõne podagre pes ledi tur: ⁊ rõne chyragre manus: ⁊ tñ nõ dr̃ paralysis: nisi qñ ps priuat̃ a sensu ⁊ motu. Sunt eñi q̃dam nerui q̃bus median tibus habet̃ sensus: ⁊ sunt alij qb⁹ mediantibus habet̃ mo tus. Qñq; igitur nerui sensibiles aliquo humore vel fumo sitate replẽtur: rõne cuius repletionis spiritus aĩalis a quo habetur sensus ⁊ motus non põt ad ipsos neruos libere trã sire. Et tũc ipsi nerui sensibiles priuant̃ sensu: vnde mẽbra efficiuntur paralytica. Nerui eñi motiui priuant̃ a motu: ⁊ sic etiam fit membroꝝ ipsoꝝ palysis. ¶ Et ꝓprie fit hec pal. qñ humor flegmaticus existẽs in cerebro cadit ad aliquem duoꝝ lacertoꝝ: ⁊ mollificant̃ nerui. Et cã huius sepe ⁊ spãlis est sup̃fluus cib⁹ ⁊ potus: maxime q2 ex imoderato potu fit maxĩa humoꝝ dissolutio. ⁊ inde neruoꝝ opilatio. fit q̃nq; ẽt hec passio ex ꝓcessu frigiditatis q̃ opatur ad ꝯstrictionez neruoꝝ: q̃nq; ex minori apoplexia fit vt diximus. ¶ Itẽ palys. alia est vl'is alia est ꝑticularis: vl'is est illa q̃ totum corp⁹ ꝑter caput ĩfestat: ꝑticularis ãt est illa q̃ recte mediã ꝑtem corpis: siue vnũ mẽbꝝ: ⁊ q̃nq; oculũ: q̃nq; linguã. vl' oris distortiõe: q̃nq; manũ: q̃nq; pedẽ ĩfestat ⁊c. ¶ Et nota q᷑ palys. q̃nq; fit ex cã in ipsoꝝ origie neruoꝝ existẽ. ⁊ tũc stupor ⁊ ĩsensibilitas est in supioribus: vt i facie vel circa supiora. Qñq; fit ex cã in ipso mẽbro palytico existẽte: ⁊ tũc tm̃ ipm mẽbꝝ patit̃ ⁊ non supiora: q̃re discerne re debemus: vt ᵹm locoꝝ varietatẽ modũ curatiõis variemus. In q̃busdã. n. paralyticis seq̃tur mẽbroꝝ tremor: ⁊ in q̃busdã nõ: ⁊ in illis mẽbris: vbi fit nulla spirituũ transmissio mortificant̃ mẽbra ⁊ desiccãtur ⁊ arescũt. Unde in illis mẽbris nullus motus fieri põt: q2 ois mot⁹ h̃z fieri spiritu ⁊ calore mediãtib⁹: ⁊ illa mẽbra etiã si cũ acu pungant̃ nõ sentiũt patiẽtes h᷑ puncturã: ⁊ hec difficulter vel nũq; curatur. In illis ṽo mẽbris in q̃bus spũs mediocriter trãsmit tunt̃ fit tremor: q2 spũs conãtur regere mẽbra in suo ꝓprio scemate ⁊ ꝯpositione: ⁊ morbus coꝝ destructionem nititur opari. Unde nascit̃ quidam malus morbus nouus noiatus ꝯpositus ex supiori. i. ex virtute corpis regitiuã ⁊ inferiori. i. ĩpetu morbi q̃ morb⁹ cõpositus ab auctoribus nolatur. Et mẽbra illa si cũ acu pũgant̃ sentiũt. Et hec si fuerit prudẽs medicus bñ curat̃ ⁊ spãliter in iuuene ⁊ adolescẽte: q2 palysis in sene vix vel nũq; curatur. ¶ Item nota q᷑ paralysis ex incisiõe nerui ex trãsuerso facta ĩpossibilis curatiõis est: queadmodũ neruũ punctũ vel incisum ĩpossibile est ꝯsolidare. ¶ Cura magistri mei ad paralysim vtat̃ dieta in capitulo de epilepsia dicta. Et est cauẽdum ne in pñ⁹ demus vehemẽter euacuãtia: q2 humor est indigestus. Sz fiãt supposítoria ⁊ clysteria in ꝓcedẽtib⁹ dicta: postea det̃ quolibz mane. ʒ. ß. istius syrupi cum aq̃ ameos ⁊ aneti. ℞. eufragie: rute caprarie. ⁊ domestice: ⁊ rorismarini: saluie: yue: betonice: capil. veñ. buglose: herbe paralysis: fumiterr̃: añ. M. ß. meu cõium radicũ. añ. ʒ. j. pas. sine nucleis: hysopi: melliloti floꝝ camo. añ. ʒ. j. sebestẽ numero. xl. enule capanẽ: se. cõiuz añ. ʒ. ij. zuccbari lib. ij. vel mellis dispumati q̃tum sufficit: vtat̃ isto syrupo quousq; sit ista mã digesta. ¶ Põt ẽt dĩgeri si vis cũ syrupo de melliloto q. ℞. radicis apij fenicu li. añ. ʒ. j. squinãti. ꝰꝰ. añ. ʒ. ß. cẽtauree minoris: hysopi ⁊ rute: añ. M. ß. mellis q̃tuz sufficit. ¶ Sumat tñ per q̃tuor dies anteq; incipiat sumere syrupuz oi mane. ʒ. ß. de mitridato vel de bona theriaca cũ aq̃ masticis ameos ⁊ aneti: ⁊ h̃ ꝑ q̃tuor vel sex dies faciat. Postmodũ vtat̃ ꝑdictis syrupis quousq; mã sit digesta ᵹm ꝑdictã doctrinã. ¶ Deide cum

Nerui sensitiui. Nerui motiui. — Causa. — Duplex palysis. — Cura.

zinzi.galāge masticis cymini origani:aā.ʒ.vj.nucismuscate cassie lignee calami aro.assari folij ligni aloes macis se.apij ameos:aā.ʒ.ij.thuris masculi gariofilorum carda.zedoar. pi/retri castorei cassie pipis longi:et nigri costi cyperi:aā.ʒ.iij. mēthe sic.ʒ.iiij.terant̄:et pulueriz̄et oīa et admisceant̄ cum amigdaleon:et pone penidiorum.ʒ.xx.et mellis dispumati qđ sufficit. ¶ Itē dicit̄ ɔfectio anacardina q̄ bis pal.spālis est. ad memoriā.n.ɔfert:mentē qđē reuocat:lethargiā curat:ar⟨th⟩reticos:et hemorrhoidas:melācholicos:et flegmaticos curat que sic fit. ℞.mirabolanorum emblicorum:belliricorum:piperis al.et longi:aā.ʒ.xij.zinzi.mellis anacardi:aā.ʒ.viij.castorei storacis gariofi.aā.ʒ.v.florum camo.baccarum lauri cyperi: aā.ʒ.iij.zucchari.ʒ.xx.mellis.q.s.dent̄ he ɔfectiones in sero cū vino calido:decoctiōis se.feni.et anisi ad q̄titatē pue nu/cis:et caueāt a frigiditatibus:et a cibarijs flegmaticis ab ira coitu et ebrietate.hec.n.ɔfectio acuit ingeniū:et sensum:et in/tellectū clarificat:et est ɔfectio p sapientibus:et p illis q desiderāt scire. ¶ Anacardi aūt anteq̄ in medicinis aliquib⁹ ponant̄ debēt in hūc modū p̄parari.accipiant̄ anacardi:et optime terant̄ in mortario:et in aceto fortissimo ponant̄:et ibi stēt dieb⁹ septē:postea lēto igne in p̄dicto aceto coquantur quousq̄ tertia ps aceti remaneat:et cola fecē illā que in fundo vasis remāserit aceto ex colato:et in medicinis pone: nūq̄ eni anacardi debent in medicinis poni nisi prius hoc modo p̄parent̄. Sz si mel anacardinū facere volueris pone cum ipsis anacardis cū p̄dicto aceto coctis tātūdem mellis dispumati:et bulliāt ambo sil' vsq̄ ad spissitudinem:et habebis mel anacardinū qđ in p̄dictis egritudinibus opat̄ mirabiliter. ¶ Puluis quē dñs Federicus iperator fecit componi de ɔsilio multorum pitorum:et pbatorum virorum:et phorum quo vtebat̄ in cibis ɔtinue valet ɔ amissionem memorie ex quocūq̄ humore fuerit:scotomiā:vertiginē:defectū visus: et auditus:oēm guttam:et paralysim repellit:et ɔtra excessum oīum humorum valet:sz p̄sertim ɔ flegmaticū:et melancholicum renū et iferiorum ptium dolorē mitigat:et cerebri humiditates ɔsumit:et igeniū mirabil'r acuit. ℞.carui anisi ameos petro.apij marathri:betonice:cymini:calamēti:pulegij hy/sopi:spice nardi:pipis oīum:aā.ʒ.j.maiorane:folij balsamite ozimi cardamomi:galāge:liqritie:aā.ʒ.j.ß.fiat pul.et vtatur in cibarijs suis eo qcunq̄ vult predicta beneficia sentire.sz tū plus cōpetit in hyeme q̄ in estate pp excessūm flegmatis:et melācholie tūc tpis.s.in hyeme:et in autūno abundātium:ɔ quorum excessum valet miro modo vt dixi.

¶ De catarro coriza:et brāco. Cap. XXIX.

Diffinitio.

Rheuma est nomē ḡnale ad catarrum coryzam:et brācū. Nam rheuma ē fluxus humorum a capite:vel cerebro ad iferiores ptes corporis distillantiū.Cūq̄ iste hūor siue humiditas a cerebro veniens distillat p nares dr̄ coriza.Cū do p palatū:et vadit p canales pulmonis tūc talis distillatio vocat̄ catarrus. Si do ad fauces predicta humiditas descēdat:que q̄nq̄ multū igrossāt fauces tūc dr̄ brācus. ¶ Et nota q iste fluxus humorum a capite fit p̄ncipaliter q̄nq̄ de causis.s.ex abūdātia humorum pp inconuenientiā effluentiū ex calore dissoluente fumū faciēte ex frigiditate cōprimēte et humiditate lubricāte:vel ex liquiditate fluxibilitate ipsorum humorum:et ex debilitate ɔtentiue v̄tutis. hō eni: vt dicit Phs in libro de aīalibus:icurrit plures cās rheumatis q̄ cetera aīalia. Incedit.n.in corpore supino:et ē sicut arbor euersa. Nam arbor hz radices suas sub terra iferius:et ramos supius:homo do p ɔtrium portat caput superius:in quo est radix neruorum:et spūs aīalis:et ramos hz inferius.Et iō de facili icurrit rheuma:et descēdit p mēbra ei⁹. ¶ Itez nota: vt ait Hippo.in apho.brāci:et corize in valde senibus nō maturant̄:et iō non sanant̄:sz multoties cōmo/riunt̄ cum egritudinib⁹ his.Et Gal.in cōmento reddit cām in hunc modū.dicit eni q cū iste egritudines in iuuenibus q sūt fortioris:et potentioris virtutis q̄ senes cū difficultate curant̄:in senib⁹ nō est mirū si cōmoriūt̄ cū eis:sicut etiā in alijs egritudinibus frigidis sicut artetica podagra lapis renū:et vesice sciatica frigiditas intestinorum asma tussis gibbositas epilepsia apoplexia et hō.Ille eni egritudines:et similes eis nō solū cū difficultate sanant̄ in valde senibus.i. decrepitis:vt ait Gal. Sed multoties moriunt̄ cum eis pp cām dictam. ¶ Rheumatis itaq̄ ex abundātia humorum pp incōtinentiā affluentiū signa sunt hec. Adest facies subtumida:oculorum eminentia:supfluitatum p os:et nares: vel per oculos abūdantia:et q̄nq̄ ad fauces distillat et itus fluit vt due amygdale in faucibus ad mēbra. vnde tunc fit q̄nq̄ difficilis aeris attractio:et anxia cum difficultate excreant. Adest etiā capitis grauedo:et habitudo plectorica. ¶ Sz si ipsum rheuma defluat pp calorem dissoluentē adest color ru.in facie:lachryme ad oculos:vel p nares mordicantes:et carnem q̄nq̄ vident̄ mordicare supra quā cadūt.calor sentitur in pfundo.dieta vel potus precessit et aer ca.et complo ca.si hec conueniant magis certificabunt te. ¶ Frigiditas comprimēs:et ɔfrangens his signis notat̄ color in facie pallidus:lachryme frigide ab oculis super faciem descendere sentiūt̄.frigus sentit̄ in profundo pa.etiā fatet̄ se frigidis cibis:et potibus:vel a frigido aere lesum fore. ¶ Fluxibilitas.et liqditas et humor lubricus in cā esse cognoscunt per multitudinem humorum siue supfluitatum per os:et nares:et oculos:vel p palatum:et per liquiditatem eorum:q2 non coherent se narib⁹:sed liqde et citissime affluūt et distillāt. ¶ Si do humorum fluxibilitas a cerebro veniat pp virtutis ɔtentiue debilitatem cognoscit̄ per remotionē p̄dictorum:et precipue p sensuum hebetationem. ¶ Catarrus itaq̄ siue coriza ex abundātia humorum pprie per eductionē superfluitatum nascit̄:et dz in hunc modum curari. Si agnoueris sang.esse in cā corpore plectorico existente viribus:et etate p̄mittentibus fiat minutio de vena cephalica:maxie si humores ad spūalia defluāt:et hoc fiat cum humor calidus fuerit in cā. Et fiat aliq̄ leuis purgatio cholere si fuerit in cā cum decoctiōe aliq̄ sicut est illa decoctio quā posui in caplo de dolore capitis ex san.fcō siue ex cholera. ¶ Dietent̄ isti vt ibi scriptū est:fiat aer artificialiter frigidus cū spongijs in aceto ifusis circūcirca lectū ipsius suspēsis cum aq̄ frigida distillādo de vase in vas cum herbis frigidis p domū aspersis. ¶ Fiat inunctio frontis:et temporum cū oleo viol.ros.nenufa.myrtino:et similib⁹. ¶ Fiat fumigatio sub facie eius de rosis:vel violis in aq̄ rosa.vel pluuiali coctis in vase cooperto optime. Vel fiat fomētatio ex hac aq̄. ℞. rosarum myrti.aā.ʒ.j.laudani:olibani:masticis:aā.ʒ.ß.coquāt̄ in aq̄ ros.vel pluuiali:et facies pa.lauet̄ siue fomētet̄ cū hac aq̄. ¶ Item odoret rosas camphorā:vel aquā rosatā:vel duo pomella ex laudano et se. nigelle puluerizato fcā in manu teneant̄:et sepe:et sepius mutādo de manu in manū odoret ipsos:q2 mirabil'r ɔferunt. Sz si sic nō restringatur ipse fluxus:det̄ rubea:vel reges:vel diaolibanum:et pillule alique rheuma ɔstringētes q̄s inferius dicā. ¶ Sz si fit frigida: et humor frigidus in cā noscit̄ esse corpe existente plectorico purget̄ cū hierapigra Galeni:vel hieralogodion:vel pillis aureis:vel de q̄nq̄ generib⁹:et hō in caplo precedēti dictis: postea det̄ rubea:vel aurea alexandrina cū vino decoc.olibani.dieta cal'a iniungat̄.vinū odoriferum bibāt:fomētetur frons:et nares:et tympora hoc mō. ℞.palearum ordei fasciculum j.cineris apij:lab.aā.ʒ.j.olibani.ʒ.ß.oīa in aq̄ pluuiali bulliāt: vel qđ melius est in vino rubeo in vase optie obturato:et cū patiēs intrat lectū fumum recipiat ex eo in p̄dictis locis vndiq̄ bū cooptus sic q sudet:deinde pedes eius

Cause.

Prognostica.

Signa.

Cura.

Si ab hūe calido.

Si ab hūe frigido.

cius vsq̧ ad genua: ꝛ man⁹ vsq̧ ad humeros ex eodē vino: vel aq̄ lauent̄ calido q̄ntuȝ pati p̄nt: ꝛ bene se teneat coop-tum: ꝛ calidum tota nocte. Et sumat aliq̄s pillulas rheuma restringentes q̄s dicā iferius: vel diaolibanū: vel aureaȝ: ꝛ silia. Iteȝ pulueres facti ex laud. ꝛ spica pulueriçatis naribus ei⁹ imittas: vel pomū ex eis factuȝ in manibus teneat: ꝛ odoret. ℂ Item aliud optimū expimentū valens ad omne rheuma frigidū: accipiant̄ duo vl' tres lateres: ꝛ in igne ponant̄: ꝛ fiāt feruētissimi: deinde supaspgatur eis vinū optimū puꝝ rubeū: vel albuȝ: ꝛ fumū sup caput sumat vndiq̧ pānis coopertum cū lectum intrabit pa. ꝛ teneat se bene calíduȝ. ℂ Lauet̄ caput ex aq̄ decoc. sansuci floꝝ camomil. pulegij: rorismarini: folij lauri: ꝛ saluie. post suffumiget̄ cuȝ storace ligno aloes: thure vel laudano supra prunas ardentes posito. ℂ Itē esdra: vel mithridatū: vel theriaca resoluant̄ cum oleo muscellino: vel camo. vel cōi: ꝛ addito pul. olibani storacis calamite in moduȝ emplastri in sūmitate capitis abrasa apponat̄. deinde saccellet̄ caput ex baccis lauri pulegio: ꝛ origano pulueriçatis: ꝛ in sacculo positis. ℂ Itē si fluxus rheumatis fuerit ex hūore lubricāte p̄dicta remedia valēt p̄dicto mō. Et hoc fomentū hibernici: ad hoc est spāle: ꝛ exptū. ℞. laudani storacis calamite olibani: ꝛ spice aā. pulueriça: ꝛ in aq̄ pluuiali: vel rof. vel in vino optimo de ꝯsilio meo qd̄ meli⁹ est bul. ꝛ fumū pa. in facie vel ore recipiat pānis vndiq̧ cooptus. Ħ eni suffumigiū humores inspissat: ꝛ fluxum rheumatis ꝓhibet: ꝛ est satis expertum. ℂ Item inungat̄ sūmitas capitis ex oleo cōi: in quo sit decoctus mastix: ꝛ hoc dr̄ oleū masticinuȝ: qd̄ in hac cā valet mirabil'r. ℂ Item nota q̄ transglutire grana tria olibani puri al. ꝛ electi in sero cū homo intrat lectū restringit omne rheuma a cerebro distillās: ꝛ cerebꝝ multū ꝯfortat. ℂ Pillule optime ad restringendū oē rheuma a cerebro fluens: ꝛ cerebꝝ multum confortat. ℞. ambre ligni aloes laudani thuris masculi storacis calamite myrrhe: aā. ʒ. j. croci opij thebaici: aā. ℈. j. musci gra. iiij. ꝯficiant̄ cū vino optimo: ꝛ in moduȝ pui ciceris forment̄ pillule: ꝛ dent̄. vij. in sero: q2 mirabiliter rheuma restringūt: ꝛ spāliter magis dant̄ in cā frigida: ꝛ sunt expte a magistro meo. ℂ Pill'e alie similes a meo magistro expte restringentes oē rheuma: siue a causa frigi. siue a cā ca. ꝓcedat ipsa dissolutio. ℞. myrrhe: radicis cynoglosse desiccate: aā. ʒ. vj. olibani. ʒ. v. iusquiami optimi: opij: aā. ʒ. iij. masticis succi ligritie storacis liqde: aā. ʒ. ij. ꝯficiant̄ cum mucilagine gumi dragagāti: ꝛ dent̄. v. vel vij. in sero. ℂ Alie ēt pill'e ad hoc expte. ℞. radicis cynoglosse exiccate myrrhe: aā. ʒ. iij. opij. ʒ. ß. ꝯfice vt p̄dictas: ꝛ dentur. v. vel. vij. pill'e. ℂ Alie optime que oē rheuma restringunt. ℞. myrrhe: croci: thuris: opij: aā. ʒ. j. tpent̄ cuȝ al. oui: ꝛ vna post aliā transglutiat̄: vel vna eaꝝ teneat̄ sub lingua alia deglutiatur. ℂ Pill'e ēt ex gumi arabico amido: ꝛ rubea trociscata facte si teneantur sub lingua: ꝛ ibi dissoluant̄: ꝛ fumus ab eis dissolutus petat cerebruȝ miro modo ispissant humores: ꝛ oē rheuma restringūt. ℂ Emplastruȝ expertū: qd̄ si post mūdificatiōnē cerebri fronti ꝛ tymporibus applicetur: ꝛ ibi p plures dies portet̄: restrigit optime rheuma a cerebro fluēs siue ad oculos. naȝ oculoꝝ lachrymas ēt antiq̄ssimas potenter restringit. ℞. myrrhe thuris cymini aloes epatici: masticis: boli ar. aā. ℥. ß. san. dra. ℥. q̄rtū terant̄ omnia ꝛ tpent̄ cū al. oui ꝛ supra petiā lini extēdat̄: ꝛ fronti: ꝛ tymporib⁹ applicet̄ vt dixi: q2 a magistro meo ꝛ a me pluries hoc emplastrū in oibus p̄dictis causis est expertum. ℂ Aliud emplastꝝ ad oia suprascripta. ℞. olibani: masticis: gumi arabici: boli ar. sang. dra. gūmi dragagāti terebētine: aā. ʒ. q̄rtū. ꝯfice cū al. oui: ꝛ fronti: ꝛ tymporibus applicabis: q2 valet tantū q̄ntum p̄dictuȝ emplastꝝ. ℂ Et nota q̄ si predicta remedia supius dicta semel exhibita effectū optatū nō habuerint debent sepe: ꝛ sepius iterari: q2 non semp feriet quocunq̧ mouebit̄ arcus. ℂ Cura magri mei ad brancos: sumat quolibet mane mellicrati ℥. j. ß. cum aq̄ hysopi: ꝛ paꝝ agarici: ꝛ hoc faciat per dies. viij. dietam competentē tenendo. post in die octauo in sero cum intrat lectum sumat. xvij. pillulas cochias grossās in modum cicerum nigrorum. post vtat̄ aurea alexandrina ꝛ pliris arcoticon sm̄ descriptionem in antidotario pticulari positam. ℂ Item ponant̄ due vel tres gutte olei nucis in narib⁹ pa. cum intrat lectū: ꝛ sit ca. ℂ Item emplastrum fiat ad brancos: ꝛ ad vue relaxationem mirabile: ꝛ in sūmitate capitis abrasa ponat̄: qd̄. ℞. se. sinapis baccaruȝ lauri: myrrhe olibani tartari calamite cinamomi: aā. ʒ. j. terātur omnia ꝛ coquantur cum melle. q. s. ꝛ ca emplastrent̄: vt dixi. probatuȝ est. ℂ Item cauterium in brancis factum est bonū. ℂ Ad idem gargarismata. ℞. gallarum balaustiaruȝ cinamomi: aā. ʒ. ß. piperis: piretri: aā. ʒ. iij. bul. in aqua: vel in vino al. optimo: ꝛ gargariçet. ℂ Aliud ad idem. ℞. vini veteris aceti mellis: aā. cum his bul. piretri: piperis: çinçib. staphisagrie balaustie: aā. ʒ ß. Et si cum his omnibus non curantur branci recurrēdum est ad chirurgiā: ꝛ extrahēde sunt ille amygdale generate in faucib⁹ que noiantur branci. ꝛ de hoc traditur pfecta doctrina in chirurgia Bruni: ꝛ Rogerij pmēsis.

ADditiones d̄ rheumate. nota q̄ si corpus plectoricuȝ sit: aā oia p̄cedat purgatio: nec sit lotio aliquaꝝ partiuȝ: nec prouocetur sternutatio: siue sit cum fe. siue sine fe. nec apponantur dissolutiua. in pricipio nec dent̄ acuta nec vinum forte: pigmentū nec que magis dissoluunt q̄ consumunt vt pipata nec acetosa: q2 tussim ꝓuocant: ꝛ fluxum ad pectus oia que bibunt̄ comeduntur: ꝛ tangunt̄ deberent esse actu ca. p̄cipue aer: dȝ vitari repletio cibi ꝛ potus: nocturna cena: somnus prolixus quo nihil magis rheuma acuit: ꝛ lumen: ꝛ fumus precipue. ℂ Et si est d̄ causa ca. partibus conuenientibus fiat flōmia in apparentibus sanis: ꝛ nō in p̄n⁹. In frigida cā nūq̄: nisi rheuma antiquum sit ꝛ tendens ad digestionem nō fiat minutio: similiter dico de medicina laxatiua. Or si humor melancholic⁹ sua multitudine stet: ꝛ ipediat digestioneȝ nō detur. ℂ Si igit̄ causa fuerit frigida digerat̄ cum suffumigijs ligni aloes thuris calami aromatici: laudani: ꝛ fiat suffumigatio ex ro. gari. decoct. in vino: fiat stupha ex ligno aloes storace: ꝛ laudano: ꝛ post stupham bibat de vino laudani quod valet in vtraq̧ cā. Uel fiat stupha cum folijs lauri: ꝛ gariofiloꝝ: ꝛ rof. vngatur caput oleis ca. vt laurino muscellino ꝛc. possunt aūt fieri stuphe ex herbis odoriferis: vt origano: mentastro: pulegio ꝛc. suffumigent̄ cū seminibus marathri petro. carui anisi: ꝛ cātabri cum aliquo hoꝝ. mā incipiente inspissari post stupham detur aurea alexandrina cum vino decoc. thuris: ꝛ masti. vel diaolibanum cum vino: potest ēt suffumigari de aspalto assa feti. serapino oppoponaco: vel bombice vetustissimo: ꝛ accenso: ꝛ extincto. vel olibano solo: de quo etiam grana tria singulis noctibus data conferūt: q2 ex substantia glutinosa ꝯstringit: ꝛ ex aromaticitate confortat: ꝛ digestionem prouocat: bonū anhelitum reddit: eructationes acetosas amputat. Itē stupha fiat ex vino decoc. rof. gariofi. ꝛ marathri. ℂ Post stupham de vino radi. asfodil. contritarum: ꝛ cum modico oleo: vel vino misto calefacto cathaplasmet̄: q2 coriçam soluunt: rustici allium coctum expertum habent. Nasum balsamo: vel musco inungant, optimus eniȝ est balsamus in hac causa: ꝛ theriaca cū aurea valet. ℂ Pillule de cynoglossa valent ad acre: ꝛ tenue rheuma: ꝛ antiquum. ℞. myrrhe. ʒ. vj. olibani. ʒ. v. opij iusquiami: cynoglosse radicum: aā. ʒ. iiij. tpent̄ rodostomate. i. aqua rosarum: ꝛ formentur pillule in modum cicerum

In hu. lubricante.

Pillule expte.

Empla experta.

Cura sp.i lis ad brancum.

dent̄.v.eunti dormitũ.valent etiã ad rheumatiſmũ dentiũ hemorrhoidaꝝ:⁊ veſice:dent̄ ſemel in ſeptimana vel bis: ⁊ teneant̄ ſub lingua:donec diſſoluant̄.ſpica nardi ꝓhibet rheuma:⁊ ꝯfortat cerebꝝ. ¶ In coriça:⁊ ſtrictura nariuꝫ:⁊ ꝑuatione odoratus fiat ſuffumigiũ qδ ponit̄ in diuiſionib⁹ Raſis.caplõ de coriça.in antidotario. ℞.coſti:olibani:vernicis:aã.admiſce ſtoraci liqde:⁊ fac formas ſil'es auellane: vł miſce cũ laudano.eſt eni nobile medicamẽ cũ ex eis ſuffumigiũ fit cũ traiectorio. ¶ Saccellatio ex pul.mẽthe facta capiti actu ca.frigidũ rheuma cõpeſcit. Sil'r de camedreos fit ⁊ eſt optimũ in catarro frigido. ¶ Ad mollitiẽ reprimendã;flores rozismarini coquant̄ in aceto:vel in vino: cũ quo gargariſma fiat:vel maſticet̄ olibanũ.vinũ ẽt δcoc. olibani ꝯſumit humiditatẽ fauciũ:maiorana capiti ca'a ſuppoſita valꝫ ꝯ frigidũ rheuma. ¶ Saccellatio de hyſopo trito cũ teſta calefacto capiti ſuppoſito valet ꝯ catarrũ frigidũ:⁊ vuule caſuꝫ.Et gargariſmus ex aceto decoc.hyſopi valet ad catarrũ ⁊ vuule caſum ſi de cã frigida ſit. ¶ Hoc medicamẽ Alexãdri valẽtiſſimũ eſt qδ ex.iiij.metallis cõponit̄:ſcꝫ calcanto.i.calcadis qδ eſt de cypro velut ẽ vitriolum ru.calatheos calcecumenõ ⁊ miſceas:aã.qδlibet ſigillatim per ſe terat̄;⁊ cũ aceto miſce ſicca:⁊ tere cũ vino donec glutinoſuꝫ fiat ad mellis ſpiſſitudinẽ;deide mitte in olla noua coopta:⁊ line luto:⁊ pone in furno:vt ardeat:⁊ carbo fiat:tere ⁊ cũ vino miſce:⁊ amygdalas facias:⁊ iteꝝ aſſa tere:⁊ pul.ſerua.ꝭ eni dat̄:⁊ mox ꝯſumit ꝑ cãnulã iſufflat⁹. ¶ Hali in diſpõne regali inquit.ꝯ rheuma poſtq̃ illud qδ exit ꝑ nares ceperit inſpiſſari duc pa.ad balneuꝫ:⁊ nõ ꝑus: ⁊ caueat frigus.Et lapis molaris in igne fortiter calefactus irroret̄ aceto:⁊ pa.fumũ per os:⁊ nares ſi recipiat fluxum oẽm illũ amputat.Item ſulfur aceto irroret̄:⁊ ſupra dictũ lapidẽ:vel tegula ignitam:vel ſuꝑ prunas ꝓyciat̄:⁊ pa.fumum per os:⁊ nares recipiat:q2 hec eſt optima cura ad catarrũ:vel coriçã. ¶ Item cũ qs ſubito ifrigidat̄ frica plantas pedũ ei⁹ fortiter cũ allys tritis:q2 multuꝫ valet:vt dicit macer. ¶ Itẽ cum infrigidatio ſubito inuadit hoieꝫ terat̄. ʒ.ß.piretri:⁊ çinçi.ʒ.q̃rtũ.⁊ cũ vino:⁊ melle:aã.ʒ.v. bulliãt paꝝ;in vaſe mũdiſſimo ⁊ addita marathri.ʒ.j.det̄ illud totum in potu:q2 hoc etiam cor ꝯfortat ⁊ pulmonẽ. ¶ Syrupus ad medendũ rheuma qδ a capite deſcendit ad pectus pulmonẽ:⁊ ſtõchum. ℞.ſucci ſtipitũ caulis ru.vel ſaltẽ alioꝝ depurati ⁊ bene deſiccati cum ouoꝝ albuminie:⁊ purificati lib.iij.çucchari lib.ij.ß.ſi eſt cũ febre:ſi eſt ſine fe.mellis diſpumati.lib.iij.decoquat̄ vſq3 ad ꝑfectam decoctionẽ da ex eo omni die.ʒ.ij.cum aq̃ paſſulaꝝ enucleataꝝ:ficuuꝫ ſiccaꝝ:iuiubaꝝ:⁊ radicũ feni.valet etiã ad raucedineꝫ vocis.Et ſi ipſe catarrus currit ad pulmonẽ:⁊ pectus:⁊ idiges medicinis inſpiſſantib⁹ ipm pone cũ dicto ſucco cauliũ decoctionẽ factã ex gumi arabico:⁊ draganto:⁊ ſe.malue biſmalue cydonioꝝ:aã.ʒ.ß.liquiritie:⁊ ſucci ei⁹:hyſopi:praſſij aã.ʒ.j.ordei mundati fenugreci:aã.p.j.ſucci ſcabioſe depurati lib.ij.ſe.cõium frigidoꝝ:roſaꝝ ꝭm ꝙ videt̄ expedire. ¶ Itẽ potus aque calide in introitu balnei maturat catarrum ſicut dicit Hebeme.Frigidũ catarrum ſiſtit ſuffumigatio narib⁹ attracta ex thure xilobalſamo:⁊ ſandaraca miſtis:vel diuiſis. ¶ Item nigelle:⁊ coſti pul.attractio per nares ipſi⁹:vel cuiuſcũq3 ipſoꝝ:vel amboꝝ:vel ſuffumigatio coꝝ eſt mirabilis:ꝭm Meſue. ¶ Item olibanũ:vel myrrha deglutita in modũ trium granoꝝ cicerũ:vel vinũ decoctionis ipſoꝝ:⁊ ſandarace in potu ſumptũ:vel in ore retentum mirabiles ſunt ad frigidũ catarruꝫ ꝭm eundẽ. ¶ Pillule ad idẽ. ℞.olibani ꝑtem.j.myrrhe croci ſpice ſtoracis: aã.ꝑtem.ß.opij partis vnius tertiã:fiãt pillule ſicut fabe:⁊ vna ex eis teneat̄ in ore per nocteꝫ donec deglutiatur paulatim cũ ſaliua:q̃m mirabiliter ꝓdeſt ad catarrum:ſiſtunt enĩ:⁊ ſunt experte. ¶ Item ſola ſpica retenta in ore per noctem:aut per diem:⁊ noctem catarruꝫ ſiſtit. ¶ Pillule magiſtri mei experte ꝯtra vitium rheumatis ex repletiõe. ℞. aloes epatici.ʒ.j.brionie:aſſari:myrrhe:diagridij boni cocti in pomo:aã.ʒ.ij.confice cuꝫ ſucco feniculi ⁊ da.v.in modum orobi formatas quolibet ſero:⁊ valẽt ad rheuma oculoꝝ:⁊ aquã deſcendẽtem ad oculũ ꝓbatũ. ¶ Pillule q̄bus vtebat̄ papa Alexãder:⁊ rex ante cibum:⁊ poſt cibuꝫ quolibet die que miro mõ valent ad catarrũ:viſum clarificãt: auditũ corroborant:ſuꝑfluitates a corpore expellũt:⁊ ſine imutatione diete accipi pñt. ℞.calami aromatici:cubebe: nuciſmuſcate:ſpice:epithimi:carpobalſami:ſqnanti:maſti. aſſari:gario.aã.ʒ.ij.iterioꝝ colloquintide.ʒ.iij.mirabolanorũ citrinoꝝ:kebuloꝝ:emblicoꝝ indorum:belliricoꝝ:⁊ reubar.aã.ʒ.ij.agarici:turbith:aã.ʒ.ß.aloes epatici ad pondus oium:confice cum ſucco feniculi:⁊ fac pillulas in modum orobi.⁊.v.vel.vij.in ſero da. ¶ Pillule poſt cibum ⁊ ante cibum ad catarrum ⁊ digeſtionẽ confortandã:viſuꝫ acuũt ⁊ ſtomachũ a ſuperfluis purgãt humoribus. ℞. nuciſmuſcate:ſpice:croci : ligni aloes:galange : cardamomi cymini: çinçi.gariofiloꝝ:çedoarie:cubebe:macis:aã.ʒ.j.reubarbari.ʒ.xiij.aloes epatici : ⁊ cicotrini boni.ʒ.xxvj.confice cum vino bono puro:⁊ vnge cum oleo laurino ⁊ amig.⁊ fac pillulas in modum orobi:⁊ da.v.vel.vij.eunti cubitum:⁊ pñt dari ſine imutatione diete. ¶ Pillule mirabilis efficacie ꝯtra rheuma ꝭm magiſtrum Fernellum piſanuꝫ. ℞.myrrhe olibani limature calybis:aã.℈.iij.opij.ʒ.j.ſe. iuſquiami papaueris nigri:aã.℈.iij.pipe.al.℈.v.ſpice radicis cynogloſſe:aã.ʒ.j.ß.macis.℈.ij.gariofilorum anthos folij galbani : aã.ʒ.j.ſtoracis çinçi. cardamomi piperis nigri:aã.ʒ.ij.ß.ſe.portulace papaueris alb.pſillij bdellij maſti. draganti:mandragore:aã.ʒ.j.fiant pillule:⁊ informentur cum ſucco abſinthij:vel cynogloſſe:⁊ dentur in ſero quinq3:vel ſeptem in modum orobi poſt mundificationem cuꝫ hiera pigra:vel ſimilibus.

¶ De paſſione aurium:⁊ primo de ſurditate/tinnitu/⁊ ſonitu. Cap. XXX.

Cum diuerſe in aurib⁹ fiãt paſſiões: ⁊ ex aliqua cã ibi icidẽte:⁊ puſtulis ſiue carbũculis ibi naſcentibus vel ex humoribus frigidis ⁊ viſcoſis: vel ex groſſã ventoſitate:vel ex vermib⁹ ibi cadentibus vel natis quibuſdã cauſis tinnitus:⁊ ſurditas accidat: de his omnib⁹ videamus.ſed ꝑ̊ de ſurditate. ¶ Surditas inueterata cronica raro aut nũq3 curat̄:⁊ ſpãliter in ſenib⁹: ⁊ etate ꝓuectis.Et dico hoc ꝓpterea q2 vidi pueros quoſdam in quibus ſurditas inueterata fuerat;⁊ curati ſunt per magiſtrum meũ cum curis ſubſcribendis. ¶ Si igitur in paſ.ſurditatuꝫ humores ca.noueris abundare:digeras materiam cum oxiçaccbara:vel cuꝫ ſyrupo acetoſo;deide cuacuet̄ cum pillulis de qnq3 generib⁹:vel cũ pillulis reubarbari ꝭm magr̃m meum que. ℞. corticis mirabolanorũ citrinoꝝ kebuloꝝ indoruꝫ ſe.fumiterre ſeminis ſcariole:aã.ʒ.ij.ʒ.ß.tamarindoruꝫ polypodij quercini caſſiefiſtule:aã.ʒ.ij.ʒ.ß.çucchari viol'.ʒ.ß.maſticis.ʒ.j. bdellij ʒ.ß.reubarbari.ʒ.ß.diagridij in pomo cocti.ʒ.ij.fiant pillule in modum ciceris parui:⁊ dentur ex illis.ix.vel.xj.plus vel minus ꝭm vires ſuſcipientis. ¶ Vel cum pillulis ſic factis. ℞. roſa. reubarbari maſticis:aã.ʒ.j.aloes cicotrini:vel epatici.ʒ.iij.diagridij in pomo cocti gra.vj.ꝯficiãtur cũ ſucco abſinthij:⁊ dentur.ix.vel.xiij.ꝭm vires.valent etiam ad dolorem capitis: ⁊ ſtomachi. ¶ Or ſi forte diſpoſitio corporis fuerit ⁊ ſãguinea:⁊ plectorica fiat minutio de vena cephalica ⁊ ſan.ꝭm vires extrahatur. ¶ Poſt mundificationem cerebri inſtilletur in aure ſuccus granatoꝝ acetoſorum tepidus:q̃m nil

Margin notes: Ad ſubitani ifrigidationeꝫ, — Ad rheuma ⁊ raucedinem, — Pillule ꝓ eodem, — Pillule ſolutiue, — De ſurditate, — A caliditate,

actu frigidū dz aurib⁹ applicari. Itē recipiat in aure vaporē aque ca. in qua bul. anetū: camo. sansucus ꝛ mellilotuꝫ: ꝛ ex hac aq̄ lauet caput sibi aliqñ. Itē fel arietis cū tantūdē butyri mistū calidū auri infundat. ¶ Et si surditas ex frigidis fuerit humoribus sumat oī mane. ℥.j.ß. oximellis cōpositi cum aq̄ in qua bulla betonica: ꝛ ruta capraria: ꝛ radix feniculi bulliāt: post .x. dies: vel qñ mā fuerit ad euacuationē pparata: sumat .ix. pillulas cochias vel fm q tibi videbit qñ vadit dormitū: deīde sequēti die fiat fomētatio in aure ex aq̄ ca. decoctio. sticad. absinthy: origani: pulegy: sansuci: mentastri: ꝛ frondium lauri. ꝛ habeat vas in quo ille herbe bulliant̄ os longū ꝛ strictū: deinde in ore vasis ponat̄ cāna pforata ab vno capite: ꝛ ab alio capite ponat̄ in aurē vt vapor ille bene itret aurē. ¶ Post istud collyriū aurib⁹ tepidum inyciatur. ℞. collogntide. ℥.j. baurach. ℈.j. casto. arist. lon. ꝛ ro. succi absinthy. aā. ℥.ß. costi gra .xv. euforby gra .x. fell' vaccini. q.s. ad oia pficiēda: fiāt trocis. ꝛ vnus ex eis dissoluat̄ in oleo amygdala. amarar: ꝛ frequēter aurib⁹ inyciatur. Itē .y. vel .iy. gutte olei camo. vel sambucini in quo bullierit gra .j. euforby instillate aurib⁹ mirabiliter valent. ¶ Collyriū expertuꝫ ꝫ antiquā surditatē. ℞. aloes. ℥.j. masticis se. rute sinapis croci gariofilor: aā. ℥.ß. mellis. q.s. iponat̄ sepe cū petia in aure .j. gutta. ¶ Pillule experte cōtra surditatē: ꝛ tinnitū auriū. ℞. galbāi sapini: oppopona. myrrhe: bdelly: masticis: ol: bani: storacis: calamite: laud. aā. cōfice cum succo cynoglosse cum pistello ca. ꝛ fac pillulas in modū orobi: de qbus des .x. vel .xj. ¶ Potes etiā in hac cā aliqñ abluere caput cum aq̄ sulfurea ca. vel cū aq̄ decoctionis sauine: pulegy: origani: absinthy: ꝛ rute. ¶ Purgent̄ sepe isti surdi: ꝛ post purgationē detur aurea mithridatū: vel diaolibanū cum vino decoctiōis olibani. ¶ Item oleū camo. muscellinū: sambuci: petroleū: laurinū: pulegiū: vel saltem cōe bullitū in malo terre ꝯcauo: vel cū cepe ꝯcauo: vel cū succo rute: vel arthemisie mistū ꝛ tepidū aurib⁹ instillatū miro mō ad surditatē valet. ¶ Itē succus rute: fel hirci: vrina pueri vginis: aā. mista sil: ꝛ in aure sepe. ꝛ sepi⁹ instillata miro mō valent. ¶ Quidam dixit mihi q plures surdos q etiam per .xx. annos non audiuerāt curauit hoc mō. Prio mundificabat corpus cū medicina ꝯuenienti: deinde auream: ꝛ diaolibanū dabat: ꝛ faciebat sup aurem vaporeꝫ aque cum decoc. herbar calidar quas supra scripsi: si mā erat frigida. Et si materia faciens egritudinem erat ca. ponebat herbas frigidas: vel solū cuꝫ aqua ca. simplici fomētabat aurē: post de hoc vino auribus instillabat sic pparato ℞. ellebori al. castorei: piretri: nitri: aā. terant̄ oia. ꝛ in optimo vino bulliāt quousq̄ fere totum vinū ꝯsumat̄: ꝛ tūc colet̄ per pānū: ꝛ parum ex eo auri ca. apponat̄: ꝛ teneat̄ ibi per horā. Postea puocet̄ sternutatio cū puluere ellebo. al. vel cōdisi: vel piperis: ꝛ silibus. Et cū icipit sternutatio pa. teneat se fortiter p nares: vel ab alio teneat̄ sic q p nares spirare nō possit cū sternutat: cum hoc eni plures antiq surdi pro certo curati sunt. ¶ Expimentum aliud bonū: ꝛ laudatum ad surditatē: accipe aquā vel spumā emanantē a capite frustor fraxini in ignē positor. ℥.y. mellis dispumati: ℥.j. succi squille recentis succi cyclaminis: succi rute: aā. ℥.j. bulliāt omnia insimul vsq̄ ad ꝯsumptionē medietatis: ꝛ de hoc tepido parum in aure sana mittat̄. ꝛ pa. iaceat sup aurem surdam: q2 multū valet ꝛ est cōpositum a me hoc collyriū: ꝛ probatū ad tinnitū: ꝛ sonituꝫ auriū: cū quo qñq̄ est dolor capitis: cūq̄ opilatur auris pistent̄ ruta: ꝛ hedera terrestris: ꝛ ligetur circa frontē. ¶ Item cyminū cum butyro mistū: ꝛ aqua cali. aurib⁹ imissum vētositatē: ꝛ tinnitū auriū tollit. ¶ Item vrina pueri virginis cū melle dispumato mista miro mō valet. ¶ Itē fel leporis cū adipe anguille: vel succus hedere cum vino albo bono valet. ¶ Itē succus rute cū butyro vel lardo: tepidus aurib⁹ imissus valet mirabilr̄ ad oia pdicta. ¶ Aliud optimū ad idē expertum summitates lauri: ꝛ spica nardi in vino optimo bulliant: ꝛ pa. surditatē tinnitū: ꝛ sonitū in aurib⁹ p cānulā fumū recipiat: q2 valet ad oia supradicta: ꝛ etiā aque infusio in aure: ꝛ ad mundificationē saniei auris miro mō valet. ¶ Aliud ad grauitatē auditus sonitū ꝛ tinnitū auriū: imittant̄ in aure .y. vel .iy. gutte de hoc medicamine. ℞. cymini. ℥.y. olei amygd. amarar: vel de nucleis persicor. ℥.y. ellebori al. ℥.j.ß. castorei. ℥.iy. aceti q̄ntum sufficit. terēda terant̄ ꝛ omnia bulliāt isimul par: ꝛ colētur: ꝛ de hꝰ collyrio tepido pa. in aurem inyciat bis vel ter in die: q2 mirabiliter valet. ¶ Et nota q semp anteq̄ ad hꝰ collyria: ꝛ medicamina particularia accedamus: prius debem⁹ corpus ab humoribus nociuis mūdificare si virtus etas: ꝛ regio: ꝛ consuetudo pmittant. Et postea predicta collyria i remedio pluries iterare si vna vel duabus vicibus effectus nō sequatur. Nam durum lapidem gutta cadendo cauat.

Additiones contra surditatē. ℞. cepe al. ꝛ cōcaua: ꝛ imple succo semperuiue: ꝛ coque optie: postea expme: ꝛ de illo ca. pone in aure qñ vadit dormitū. ꝛ de cepe fac emplastr p .iiy. vel .v. dies: ꝛ cū necesse fuerit vinū resolutū in oleo amygdalar amarar auri imittat̄: vel cū oleo laurino oleū de spica: addito castoreo valet surditati: ꝛ dolori auris: oleū scorpionis tepidū iniectū sepe. similiter adeps vulpis valet. ¶ In dolore auriū cū pulsatione flōmia cephalice eiusdē lateris. Et ipositio olei ros. cum modico opy ꝯfert ad surditatē. ¶ Aliud exptum. ℞. succi panis porcini partes .y. olei amygd. ptem .j. misce ꝛ istillentur in aure q̄libet nocte .y. vel .iy. gutte oleū bullitū in vase ferri aurib⁹ iniectū tollit dolorē: ꝛ pulsationē. ¶ Ad idem vermes terrestres frixi in oleo si oleū ponat̄ in aure: ꝛ vermes emplastrent̄ valēt. ¶ Item ꝫ tinnitū auriū pbatum est. ℞. aristo. rotunde castorei euforby. aā. ℥.ß. collogntide ℥.j. croci. ℈.j. saxifragie granū .j. oia subtilr̄ puluerisata in oleo amygd. amarar: ꝛ in succo absinthy ponant̄: ꝛ bulliāt donec tertia pars consumet̄: ꝛ in sero cū vadit dormitum ter in septimana due vel tres gutte in aure inyciātur: q2 surdos adiuuat: ꝛ valet ꝫ sonitum: ꝛ tinnitū: ꝛ sibilū auriuꝫ: fm Thadeū. ¶ Medicamen ꝫ surditatem inueteratam: ꝛ pōt seruari in ampulla vitrea per duos annos: ꝛ plus bene obturata: ꝛ valet pcipue ꝯtra surditatē ex frigida cā. Primo mūdifica corpus si fuerit plectoricū: deīde .y. vel .iy. guttas de hac medicina tepida aurib⁹ inycias. ℞. succi centauree maioris: ꝛ minoris succi cepe rubee succi porror senationū aceti fortissimi: ꝛ olei vetustissimi: aā. deīde lumbricos terrestres: ꝛ oua formicar ꝯtrita in eis bullire fac vsq̄ ad consūptionē medietatis liquor: ꝛ tūc colent̄: ꝛ bñ exprimant̄: ꝛ misceat̄ eis tertia ps mellis rub. bene cocti: ꝛ depurati siue dispumati aliq̄ntulū iter bulliti. ꝛ in vase vitreo iponat̄. est eni mirabile medicamen. ¶ Item si surditas fuerit pp opilationē humor coquant̄ fabe cuꝫ vino albo in pignato optime coopto: ꝛ stati dū deponunt̄ ab igne fum⁹ q ab eis resoluit̄ per iniectoriū in aureꝫ recipiat̄: q2 cito liberabit̄. ¶ Dixit mihi qdam pdicator in vrbe q iposuit de aq̄ que dr̄ aqua vite quā ponit Aristo. in lib. .xy. aquar: in aure cuiusdam patientis surditatem infra .iy. vel .iiy. vices curauit eum a surditate. ¶ Item oleū terbentine in aurē imissum mirabiliter valet ad idē. ¶ Item ꝫ surditatē inueteratam balsamus cū succo porri vl̄ cepe misceat̄: ꝛ tepidus aurib⁹ inyciatur: q2 curat p certo pbatuꝫ est. ¶ Pillule magistri Bal. de vallone ꝫ tinnitū auriuꝫ. ℞. camedreos centauree minoris gētiane: aā. ℥.j. collogntide. ℥.y. confice cū succo absinthy: ꝛ fiant pillule in modum orobi: ꝛ dentur .v. vel .vy.

Ad frigida (?)

Ad anti qui surdi (?) expti.

Ad tinni tū expti.

Mirabi le.

¶ Itē lauetur caput ex lixiuio in q̄ ɔcocte sint frōdes lau ri camo. sticad. anetū: ꝛ cū vino decoc. p̄dictoꝝ fiat vapor sub aure. ¶ Itē postea oleū amigd. amaraꝝ: vel de nucleis psicoꝝ cū succo rute: ā̄. mistū in quo modicū castorei ponat̄: ꝛ tepidū auribus īfundat̄. ¶ Natiuaꝫ surditatē q̄n̄qꝫ curaui cū collyrio qd̄ pōit Almāsor in 9°. qd̄ fit cū felle leonis siue bouis. ¶ Antiq̄te surditati multū valet mūdificare aurē valde bn̄: deide vaporiçare cū fumo sulfuris citrini cōbusti: ꝛ h̄ sepe fiat: in qua oleū ɔ costo: ꝛ castoreo si additū fuerit multū valet. ¶ Itē in apostematib⁹ dolorosis: q̄ q̄n̄qꝫ fiūt post aurē: ꝛ q̄ in breui multā mām collegissent: que ēt terribil̄r ingetant: hoc mirabile medicamē est. y. vl' iiij. vitella ouoꝝ integroꝝ coctoꝝ ad duritiē moderataꝫ misce cum tantūdem axūgie porcine recētis. hoc eni mām resoluit: ꝛ dolorē euenire nō sinit; qd̄ q̄tum expediens fuerit iteretur. In apostematib⁹ quoqꝫ ruptis: ꝛ dolorosis nimis: ꝛ ēt in carbūculis: si limaciaꝝ crudaꝝ carnes pistent̄: ꝛ emplastrentur miro modo dolor sedatur.

¶ De dolore auris pp cali. ꝛ frigiditatē vel san. repletioneꝫ vel apostema ibi natum. Cap. XXXI.

Aliquādo accidit dolor aurib⁹ ex caliditate. aliq̄n ex frigiditate. aliq̄n pp apostema. aliq̄n est calidū. aliq̄n est frigidū. ¶ Si igit̄ apostema auris ex mā calida fuerit adest dolor vehemēs ꝛ acutus: rubor loci cū calore: ꝛ febre vehementi. Fe. eni q̄dā acute terminant̄: q̄n̄qꝫ p apostema in aure: q̄n̄qꝫ sub aure: q̄n̄qꝫ per fluxū san. ab auribus. ¶ Si mā apostematis fuerit frida dolor est grauatiuus: ꝛ lētus: ꝛ fe. lenta: ꝛ remissior: extremitates ēt auriū: q̄n̄qꝫ sūt fride. Et nō ꝙ apostema auris semper comitat̄ fe. ¶ Q̄n̄qꝫ fit dolor acut⁹ pp nimiā san. repletionē: qd̄ manifeste p signa san. discernit̄. Et iste dolor curatur p flōmiā: demus ēt. ℥. j. ß. syrupi rosa. cū aq̄ frida: postea empl'm de ruta: ꝛ solatro cū butyro pistatis sup aurē apponam⁹. Succus ēt solatri: vel vermicularis cū oleo rosa. vio. nenufaris: vel mādragore mistus tepidi aurib⁹ imittat̄ ꝛ ēt ptib⁹ auriū adiacētib⁹ iungat̄. Itē fumigiū ex aq̄ decoc. florū camo. ro. ꝛ melliloti in aure factū miro mō valet: deide vitellū oui elixū cū oleo rosa. distēperatū sup aurē pone: q̄ miro mō tollit dolorē auris ex cā ca. factū. Item succus coriandri cū lacte mulieris mistus: ꝛ in aure iniect⁹ miro mō valet dolorib⁹ auriū ex caliditate. Ad idē: ꝛ ad dolorē captis acutissimū: terat̄ myr. cū spuma argēti: ā̄. ꝛ cū aq̄ rosa. distēperent̄: ꝛ in aurib⁹ infundant̄: ꝛ nihil actu frigidū auribus iponat̄. Et si noueris calidū hu. nimiū abundare: purgabis ipm̄ f̄m doctrinam superius traditam.

¶ Et si dolor auriū ex friditate fiat calide vnctiōes ptibus auriū adiacētib⁹ fiāt: ꝛ ēt aurib⁹ instillent̄: vt sūt marciaton. dialthea: oleū laurinū: muscellinū: petroleū: pulegiū: camo. ꝛ silia coquant̄ i malo terre: vel in cepe ɔcauo: ꝛ in stuppa siue bōbace cōmistis ca. aurib⁹ ꝛ ptib⁹ circūstātib⁹ sibi apponant̄. ¶ Aliud. p̄batū ad idē. ruta cyminū: ꝛ bacce lauri in aliq̄ p̄dictoꝝ oleoꝝ bulliant̄ in malo terre: ꝛ colentur: ꝛ aurib⁹: ꝛ ptib⁹ circunstātib⁹ instillent̄. ¶ Itē suffumigium de folijs lauri: ꝛ alijs herbis calidis in p̄cedēti ca. dictis dolorē auriū ex friditate tollit. Et p̄dicte herbe in vino cocte supra aurē cathaplasment̄: ꝛ ex lixiuio fcō ex ɔcoc. p̄dictarū herbaꝝ vel cinere caput lauet̄ q̄n̄qꝫ. Itē spongia in p̄dicto vino ifusa: ꝛ sup aurē posita valet. vel spongia ifusa i vino decoc. paritarie: ꝛ absinthij solū sup aurē posita doloreꝫ tollit: vel solū paritaria: ꝛ absinthiūꝫ sup tegulā calefactā: ꝛ vino supra irrorato ad idē faciūt. ¶ Itē medulla vituli recēs cū vino trita: ꝛ calefcā: ꝛ in aurē missa dolorē auris statī tollit. ¶ Itē succus rute cū sang. anguille ca. aurib⁹ imissus quēlibet dolorē auris statī tollit. ¶ Et si hu. fridū peccāteꝫ noueris eē in cā: purga ipm̄ f̄m doctrinā p̄cedētis capituli.

¶ Et si dolor auris fuerit pp apostema ca. inatum fiāt frigide vnctiōes ac distillatiōes oleoꝝ fridoꝝ supius tradite: ꝛ fiat minutio ɔ̄ij brachij de vena cephalica. Et ad maturādū apostema fiat tale vnguētū. ℞. adipis vituli anseris: ꝛ galline medulle vituli cerui castrati: ꝛ oīum aīaliuꝫ q̄ꝫ medullas h̄re cōpetēter poteris: ā̄. oīa sil' liquefiant: ꝛ addito oleo ros. vel vio. ꝛ cera fiat vnguētūꝫ: qd̄ in aure instillet̄: ꝛ circa ptes adiacētes auri inungat̄: ꝛ mal. cū oleo ros. vl' vio. cathaplasment̄ cocte. ¶ Itē farina ordei cū vitello oui: ꝛ oleo vio. vel ros. ɔficiat̄ ꝛ stuellus ide ifectus aurib⁹ immittatur. ¶ Itē malū terre in aq̄ elixū: ꝛ pistatū cū butyro: ꝛ emplastratū sup aurē apostema illud: ꝛ oē aliud apostema in q̄cūqꝫ pte corpis fuerit cito ad maturationē p̄ducit. ¶ Itē butyꝝ nonies in aq̄ ablutū: deide ad lētū ignē resolutū: ꝛ in aurib⁹ iniectum optime maturat: ꝛ stuppaꝫ desup ponas.

¶ Item si nimia fuerit caliditas: ꝛ adustio caloris pp ipm̄ apostema auris succus sempuiue solatri vermicularis cymbalarie frondiū viola. polytrici citrac. ca. ve. ꝛ similiū herbaꝝ fridaꝝ extract⁹ cū oleo viol'. vel ros. ꝛ aq̄ extracta ab albu. oui elixato p petiā lini expsso cōmisce: ꝛ aurib⁹ istilla: q̄ dolorē quēlibet auriū ex cali. vel ēt pp apostema calidū tollit. ¶ Si vo dolor auris pp apostema fridū ibi existēs fuerit cum his insistamus. fiat liciniū ex galbano: ꝛ cū petia lini inuoluat̄: p̄ucta tn̄ ipsi⁹ licinij discoopta dimittat̄: ꝛ in aurē ponat̄: q̄ maturat ꝛ attrahit miro modo. Itē liciniūꝫ ex lana succida in oleo laurino muscellino: camo. petroleo: sambucino: ꝛ silibus in malo terre: vel in cepe squille bullitum: ꝛ auribus ipositū miro mō ɔfert. ¶ Itē radix lilij in oleo aliq̄ p̄dictoꝝ: vel saltē cōi cocta: ꝛ cathaplasmata maturat miro modo: si sup auriculā in loco vbi est apostema emplastretur. vel radix brāce vrsine. vel malum terre in vino decocta: ꝛ cum axungia pistata miro mō ɔferūt. ¶ Itē absinthium paritaria: ꝛ furfur de grano in vino decocta: ꝛ emplastrata idem faciūt. ¶ Itē cardo benedictus in vino decoctus: ꝛ pistatus addita farina modica emplastrata oīa apostemata miro mō maturat. ¶ Itē ad rumpendū apostema hoc ꝛ qd̄libet aliud cū fuerit matuꝝ. cepula integra in vino decocta: ꝛ oleo addito pul. cymini ꝛ scissa per medium sup apostema ponat̄: ꝛ si pp hoc nō rumpat̄ ponatur sup apostema licinium factuꝫ ex vnguento ruptorio qd̄ in caplo de fistula oculoꝝ lachrymantiū nata dixi f̄m doctrinam traditā ibi: sic ꝙ p̄dictū vnguentū nō tāgat nisi soluꝫ apostema. ¶ Et rupto apostemate qd̄ cognoscit̄ per saniē exeuntē p aurē. p̄mo mūdificādus est locus a sanie: deinde ad ɔsolidādū. Ad mūdificādum itaqꝫ saniem a loco hec fiant: succus porroꝝ aliq̄ntuluꝫ cū melle dispumato coctus: ꝛ ipositus miro mō valet. ¶ Itē nitrū ꝛ castoreū cū melle mistum: ꝛ ipositum idē faciūt. ¶ Item licinium de galbano in aure positum: ꝛ sternutationes p̄uocate tenēdo nares miro mō mundificāt. ¶ Itē salgēma ꝛ euforbiūꝫ cū oleo ro. coquat̄: ꝛ colatura auribus inyciat̄. ¶ Aliud. p̄batū. succus rorisimarini cū oleo ros. ꝛ sapone gallico resolutus vetustissimas sordes aurium expellit: ꝛ ad auditum miro mō confert. ¶ Item lac mulieris cū felle caprino mistū: ꝛ auribus fetentibus ca. iniectū putredinē mirabil̄r mundificat. ¶ Item si nucleos nucū viridiū in suo tpe purgabis: ꝛ in oleo veteri in vase vitreo retētos ɔ̄ solē maneāt per. xv. vel xx. dies: ꝛ de tali oleo aurib⁹ inycies saniē mirabil̄r mundificat: ꝛ abstergit: ꝛ doloreꝫ: ꝛ fetorem ab auribus remouet.

¶ Sanie vo: ꝛ apostemate mundificata vulnus hoc modo ɔsolidet̄: lauetur quolibet mane cum vino tepido ɔcoc. saluie. deinde pul. masti. olibani: thur. boli. ꝛ san. dra. p̄ioyciatur: vel inungatur licinium cū vnguento albo ex mastice thure: cerusa: litargyrio: ꝛ silibus cum cera: ꝛ oleo fcō in

aure mittat: ⁊ nō vtat aliq̄ mō ꝯsolidatiuis nisi prius sanies a loco mūdificata fuerit. ¶ Et si tāta fuerit in apostemate saniei abundātia ꝙ p̄dcā mūdificari nō possit. purgetur cerebꝝ cum hierapigra Gal. vel cū pillis cochys: ⁊ silibus in caplo de defectu memorie dictis. deīde accipiat̄ bōbax: ⁊ inuoluat̄: ⁊ intingatur in terbētina: ⁊ in modū liciny ifor/met̄ ⁊ aurib⁹ imittatur. vel liciniū de galbano: terbentina: ⁊ pice nauali isilr̄ liq̄tos aurib⁹ iponat̄: q̄ mirabilr̄ saniez attrabit mūdificat ⁊ expellit sordes auriū: ⁊ expertum est. vel accipe iuncos siccos: ⁊ pone vnū caput vni⁹ iunci in aure ⁊ ab alio capite icende iuncū: sic ꝙ vadat ardēdo vsq̄ ad aurem. ⁊ cū est ꝓpe aurē extinguat̄: q̄ saniē miro mō mundificat ⁊ attrabit. vel sugat̄ auris cū ore alicuius vilis ꝑsone: q̄ h̄ mō ēt optime mūdificat saniē: q̄ mūdificata ꝯsolidatiuis isistamus. ¶ Aliqñ exit san. ꝑ aurē q̄ si ꝑ viam crisis exierit: vt sepe accidit in q̄busdā egritudinib⁹ acutis: in q̄b⁹ fit crisis qñq̄ ꝑ fluxū san. auriū: tūc talis restringi nō dz: q̄usq̄ nā debilitari icipiat: ⁊ tūc si vis sanguinē restringere si fluit ab aure dextra ponat̄ vētosa sup̄ epar: si a sinistra sup̄ splenē. Item vinū decoc. gallaꝝ spody berberis: sang. dra. boli ar. mast. gumi arabi. dragagāti balausti. q̄nquenerui e: ⁊ saluie ꝯtritis auribus instillet̄.

Ad sāguinez exeuntē ab aure

¶ De vermib⁹ in aure natis: ⁊ de casu lapilli: vel grani: vel pulicis: ⁊ h⁹ in aurē: ⁊ q̄uo dz extrabi. Cap. XXXII.

Accidit qñq̄ vermes in auribus gñari q̄ ex viscosis hūorib⁹ ispissatis ꝑ interceptionē spūs viuificātis ꝓueniūt: quoꝝ h̄ sunt signa: prurit⁹ titillatio in aure ēt soli exposita qñq̄ vident̄ vermes. ¶ Casus xō lapilli al. cui⁹ grani: vel ligni: vel alicui⁹ alteri⁹ corpusculi in aure cognoscitur ꝑ patientis indiciū: ⁊ ēt q̄ aliqñ aliq̄d hoꝝ discernit̄ in aure subtilr̄ ispicienti. ¶ Si itaq̄ vermes in aure fuerint hoc expimēto cadēt: semen iusq̄ami cum pauca cera ꝯfice: ⁊ supra ardētes prunas pone: ⁊ ꝑ embotū fumum patiēs in aure sumat: ⁊ suppone bacille in quo sit aq̄: q̄ ꝑ certo videbis vermes cadere in aq̄: in dēte ēt idē operatur si ibi vermes sint. Idē facit suffumigiū solū ex frondib⁹ iusq̄ami sub aure fcm̄. ¶ Itē si accipias pomū dulce: ⁊ bonū: ⁊ asses ip̄m paꝝ in prunis ardētib⁹: ⁊ post scindas per medium: ⁊ calidū q̄ntū pōt pa. sustinere sup̄ aurē ponas: videbis ꝑ certo ꝙ oēs vermes in aurē existentes currēt ad ip̄z. ¶ Item succus absinthy in auribus iniectus xmes necat. ¶ Itē facit succus ꝑsicarie: ⁊ succus amarusce: folioꝝ ꝑsici rute calamēti: ⁊ oēs succi herbaꝝ amaraꝝ ipsos vermes in aurib⁹ exñtes necāt. Item succus radicis mori: ⁊ succus aristo. lon. ⁊ succ⁹ ligni viridis: oēs isti succi vel q̄dam eoꝝ cū pauco aceto calido misti: ⁊ aurib⁹ imissi vermes necāt. ¶ Aliō ꝓbatū. Accipe amygdalas amaras vl̄ nucleos ꝑsicoꝝ ꝯtritos: ⁊ sub prunis ardentibus in folys caulis vel in alys folys inuoluti ponant̄: ⁊ ꝑ horā ibi stēt: deinde extrahantur: ⁊ oleū ab eis exprimat̄: cū quo misce rute succū: vl̄ absinthy: vel amarusce: vel ꝑsicarie ⁊ h⁹: ⁊ puluis aloes: deinde oia in cortice oui: vel alibi paꝝ bulliāt ⁊ colent̄: ⁊ de hoc liquore ca. paꝝ in aurib⁹ imitte: q̄ statim oēs xmes ibi existentes iterficit. ¶ Or si granū: vel lignū: vel lapis aut aliō tale corpusculū in auribus ceciderit extrahat̄ hoc mō. Inungat̄ auris exterius ex oleis: ⁊ vnguētis calidis vt marciatō agrippa dialthea oleo laurino: camo. sambucino pulegino petroleo: ⁊ silibus: deīde sternutatiōes ꝓuocent̄: ⁊ teneant semꝑ nares: vt ꝑꝑ magnū ipetum spūs pñt extraduci. Or si cū hoc nō curat̄. accipe baculū subtilē: ⁊ leuē: ⁊ bene politū: ⁊ terbētina: vel visco: vel gumi pini: vel pice nauali liq̄da: vl̄ aliquo alio silī in capite itingatur: ⁊ ponas in aurē: ita ꝙ talia gūma viscosa supra ip̄m lignū vel lapill. h⁹ adhereant: ⁊ sic extrahat̄. ¶ Or si cū hoc extrahi nō possit tūc ventosaz sine scarificatiōe supra auriculā in q̄ sunt h⁹ corpuscula sepe: ⁊ sepius appone. ¶ Or si extrahi nō possit adhuc positis prius oleis: ⁊ vnctionibus dictis in aure apponat̄ galbanū supra petiam extendat̄: ⁊ supra foramē auris ponat̄: ⁊ iaceat pa. supra aurem lesam. expertum est.

Cura vermium.

Ad extrahēdū lapillū ⁊ alia.

¶ De fluxu sanguinis a naribus. Cap. XXXIII.

Sanguis fluit a narib⁹ diuersis modis: qñq̄ vi sinthomatum: qñq̄ vi nāe. Ui sinthomatū vt ex mā san. abundāte: ⁊ repletiōe: qō cognoscit̄ ex repletiōe venaꝝ ex dieta p̄cedēte ca. ⁊ hu. ⁊ multi san. generatiua: ⁊ habitudie corpis sanguinea ⁊ plectoria. ¶ Qñq̄ fluit ex fumositate: ⁊ acuitate humoꝝ: qō cognoscit̄ colore ipsi⁹ cū san. crocco. Et ex hoc ꝙ in exitu suo nares mordicat: ⁊ inflāmat: ⁊ ex dicta ca. ⁊ sicca p̄cedente: ⁊ ex habitudine corpis cholerica: ⁊ ēt q̄ in tp̄e estiuo magis ꝯtingit: vel veris ꝑꝑ hu. tūc vltra modum excrescentes. ¶ Qñq̄ ex flegmate fit qō fit ꝑ narium frigiditates pa. indicio scrutari possum⁹. ¶ Qñq̄ fluit san. a naribus vitio splenis: qō cognoscitur ꝑ tumorē: ⁊ grauedinē ipsius splenis: ⁊ ꝑ oppressionez ipsius hypocūdry sinistri: ⁊ ēt q̄ ipse san. magis fluit ꝑ narez sinistram. ¶ Qñq̄ fluit vitio epatis: ⁊ hoc ex grauedine dextri hypocūdry: ⁊ ex coloracitate in vrina: ⁊ q̄ magis fluit per narē dextraz hoc cognoscit̄. ¶ Fluit itaq̄ sanguis ꝑ nares ꝑ viam crisis vi nāe die cretico veniēs: dum mā per nares trāsmissa venas ibi abrūpit: ⁊ exit inde san. ⁊ ex fe. ꝯtinua: ⁊ maxie: ⁊ frequētius accidit hoc in synocha iflatiua: ⁊ in synocho putrido. in phrenesi ⁊ h⁹ silibus egritudinib⁹: vnde qñq̄ ille san. ꝑ. y. vel. iy. dies fluit: ⁊ patiētē ad mortē deducit. vñ semꝑ sis cautus anteq̄ ip̄m patiētem ad totā debilitatē deducas ꝙ restringas ip̄m f̄m ꝙ in sequētibus dicaz.

Cause ⁊ signa.

¶ Si ex nimia humoꝝ abundātia ꝑ incontinentiam fluit san. fiat minutio de vena cephalica dextri brachy si a dextra nare fluat si aūt a sinistra: de sinistra vena: ⁊ ponant̄ vētose post colluz ⁊ spatulas: ⁊ si hec nō ꝓficiāt fiant remedia inferius dicēda. ¶ Si ex fumositate: ⁊ acuitate hūoꝝ fluat san. fiat aer artificialr̄ frigidus cum aq̄s frigidis distillātibus cū herbis frigidis ꝑ pauimentū expressis dieta frigida det̄. Syrupi frigidi violati: ⁊ rosati nenufaris: ⁊ silia que in caplo de dolore capitis ex cholera fcō dicta sunt fiant. Et si cum his nō curentur tūc ad localica remedia subscribēda recurramus. ¶ Si ex aeris frigiditate fiat fluxus san. constituat̄ pa. in loco calido: ⁊ tota facies cum aq̄ ca. fomentetur. ¶ Si vitio splenis fluat sanguis a naribus: fiat minutio de vena splenis: ⁊ ventosa sine scarificatione supra splenem ponat̄: ⁊ cetera remedia ad curationez ipsius splenis f̄m ꝙ iferi⁹ in ꝓprio caplo dicā de pas. splenis fiāt. ¶ Si ab epate ꝓcedat fiat minutio de vena epatis dextri brachy: ⁊ ventosa sup̄ epar apponat̄: ⁊ emplastrū istud super epar apponatur. ℞. ros. ʒ. ß. sandal. al. ⁊ ru. añ. q̄rtꝫ. i. spody. ʒ. iiy. berberis succi absinthy spice: añ. ʒ. j. camphore. ℈. ß. farine ordei. ʒ. j. temperent̄ in aqua rosa. ⁊ aceto omnia predicta prius puluerisata: ⁊ cribrata: ⁊ emplastrū ex eis factum super epar apponat̄. ¶ Itez fiāt trocisci de karabe. ℞. karabe vsti coralli acatie adustoꝝ balaustiaꝝ. añ. ʒ. v. opy. ʒ. j. ß. coralli rub. ʒ. y. terant̄: ⁊ cribellentur omnia: ⁊ conficiantur cum mucilagine cydonioꝝ: ⁊ fiant trocisci: quorum vnusquisq̄ ponderet. ʒ. j. ⁊ detur vn⁹ cū aqua frigida pa. ad quēcunq̄ fluxum san. narium: quia mirabiliter stringit. ¶ Itē emplastrum optimum ꝙ si fronti ⁊ tymporibus applicetur san. nari. fluxum q̄litercūq̄ manantē stringit. ℞. masti. olibani san. dra. piloꝝ leporis combustoꝝ ⁊ filtri combusti. añ. oia puluerisata optime cum albu. oui ꝯficiant̄: ⁊ fronti ⁊c̄. ¶ Aliud emplastꝝ qō fronti ⁊ tymporibus appositū ꝑ noctē. silr̄ fluxū san. na. restringit. stercus caprinum terra

Cure.

Emplastrū fronti.

Additio. electuariū optimū qd̄ auget libidinē ꝛ voluntatē coeūdi. ℞. radicis dauci domestici abiectis interioribus lib. ß. gumi arabici. ℥. ß. terant̄ ambo optime ꝛ ℥. j. olei sisamini ꝛ mell. ℥. iij. ꝛ oia isimul misce ꝛ in stagnato frigant̄ donec simul ꝯdensent̄: deinde adde vitella ouoꝝ. v. ꝛ parū misce sup̄ ignē ꝛ ab igne statiꝫ deponatur: ꝛ pul. istarū rerū admisce. ℞. galāge se. eruce piperis lōgi gariofilorū cinamomi se. herbe fesesis: se. raparum ꝛ ceparū dauci. an̄. ℥. ij. croci. ℥. iij. ꝯseruentur in nitido vase ꝛ dentur coire volentib⁹ de sero in modum. ℥. ij. ¶ Si vis reddere mulierē valde delectabilē in coitu sic q̄ te diligat multū: fac hoc vnguentū. ℞. euforbij: piretri: cubebe: piperis. an̄. tere subtilr̄ ꝛ incorporabis oia cum duplo sui fellis taurini vel bouis: ꝛ cū vis coire inunge virgā ꝛ in vuluam mitte: qꝛ affectuose coiuit mulier ꝛ te diliget.

¶ De extinguenda libidine ꝛ voluntate coeundi remouenda. Cap. XXVII.

Multi in diuersis monasterijs ꝛ religiosis locis reperiunt̄: q vouerūt castitatē deo: q pluribus vicib⁹ diabolo inuestigāte: ꝛ ēt qꝛ cibaria ventositatē generātia comedūt quotidie: que augēt libidinē: miro modo coire appetūt ꝛ virgā tēdunt: vn̄ hec passio dr̄ satyriasis ꝛ fit ex ca. vētositate ꝛ multa. Et in satyriasi est imoderata erectio vge: fit qn̄qꝫ in maiorib⁹ ꝛ etate ꝓuectis cū imaginatiōe ꝛ delectatiōe: qn̄qꝫ fit i pueris absqꝫ delectatiōe seu imaginatiōe coit⁹. ¶ Et qꝛ istū librū in monasterio case noue ordinis cisterciēsis ꝯpilaui ꝑmanēs cū mōachis: amore abbatis ꝛ ꝑoris ꝛ monachoꝝ illi⁹ loci: q̄dā q̄ faciūt ad remouēdū coitū in hoc loco dicā: cū intersit religiosis castitatē ꝑ cunctis alijs hoib⁹ ꝯtinere. ¶ Nō igr̄ q̄ coit⁹ multis modis remouet̄. ¶ Primo ꝑ aliqua que remouēt itensionē vel acumen caloris: ꝛ sic remouet̄ ꝑ res frigidas sicut ꝑ infusionē testiculoꝝ in aceto vel succo herbarū fridaꝝ: ꝛ per assumptionē reꝝ fridarū: ꝛ per odoratū cāphore que est frigida. ¶ 2⁹ remouet̄ ꝑ aliqua que resoluunt ventositatē: ꝛ sic remouet̄ per anisū cyminū carui: ꝛ silia ventositatē resoluētia. ¶ 3⁹ remouet̄ coitus ꝑ ea que resoluūt: ꝛ desiccāt sperma: ꝛ sic remouet̄ ꝑ agnūcastū ꝛ ꝑ silia ipꝫ sperma desiccantia. ¶ 4⁹ remouet̄ coitus ꝑ vehementē imaginationē in cōtēplando ipsaꝫ cām ꝑmā: ꝛ sic remouet̄ in religiosis ꝛ sanctissimis viris q vehemēter cogitāt ꝛ cōtēplant deū. ¶ 5⁹ modo remouet̄ ꝑ ieiunia ꝛ labores ꝛ ꝑ mala cibaria ꝛ ꝑ male iacere. Ista eniꝫ oia corpus affligūt ꝛ spma desiccatur: ꝛ sic appet it⁹ coeūdi amittit̄. ¶ Remouet̄ ēt in ꝑpetuum vltimo mō per abscissionē testiculorū: sed hoc nemini ꝯsulo facere. Et hoc faciūt fieri qdaꝫ reges hodie ꝛ ꝑncipes. faciūt eniꝫ quosdā seruos suos castrari ꝛ amputari eis testiculos vt seruiāt dominab⁹ ꝛ vxorib⁹ suis. ¶ Ad extinguēdā itaqꝫ libidinē ꝛ voluntatē coit⁹ amputandā. ℞. lenticule aquarū se. lactuce ꝛ portulace papaueris. an̄. ℥. j. coquntur in aqua: ꝛ addito zucchаro fiat syrupus: ꝛ in potu det̄. ¶ Itē syrupus roſ. nenufaris ꝛ hō frida in potu data valent. Et oximel factū de semine asparagi brusci ꝛ se. agnicasti coriādri granorū solis rute ꝛ cymini in potu datus miro mō valet. ¶ Syrupus rute agrestis vel ēt ipsa ruta in aq̄ cocta cū cymino ꝛ aniso ꝛ aqua decoc. ipsius in potu data: miro modo valet ad coitū remouendū. Itē odorare cāphoraꝫ multū valet. ¶ Sedere ēt sup̄ lapidē marmoreū multuꝫ valet: vel supra lapidē multū friduꝫ vel supra terrā humidā in illo ipetu duꝫ adest maxima veneris stimulatio: ꝛ ēt infundere testiculos vel pitonçon ꝛ vgaꝫ ꝛ renes in aceto forti vel in succo cymbalarie vel vermicularis vel alicuius herbe fride ꝯsimilis multuꝫ valet. ¶ Itē circuire ꝛ sternere pauimētū domus ex herbis fridis ꝛ facere lectuꝫ supra frondes agnicasti vel ēt manubriuꝫ cultelli ex ligno ipsius agnicasti facere fieri ꝛ secū deferre: miro mō remouet volūtatē libidinis. ¶ Itē cocture facte in tibijs ꝛ portare eas apertas vt semꝑ hūores emittāt multuꝫ ꝯsumunt ipsaꝫ humiditatē spermaticā: ꝛ faciūt hominē coitū nō appetere. Itē flōmia de vena saphena peduꝫ que est ꝑpe cauillā: qn̄qꝫ facta multū valet. ¶ Itē appositio ventosaruꝫ supra pulpas tibiarū cū scarificatione multuꝫ valet. Item castoreū cum syrupo aliquo facto sumptū valet: ꝛ ruta comesta cuꝫ aceto ꝛ etiā mucilagine psilij. Et in succis herbarū frigidarū infundant̄ testiculi peritoneon virga ꝛ renes: vigilie ieiunia dieta frida ꝛ lectus durus iniungant̄ ꝛ non expolient̄: nec nuda carne iaceant in molli culcitra: ꝛ paucis cibis ꝛ potib⁹ vtantur: ꝛ a calidis cibis ꝛ gn̄antib⁹ vētositateꝫ vt sunt fabe cicera: ꝛ a silibus se abstineāt q̄tū pn̄t.

Additio. exiccātia sperma ca. sunt liliuꝫ torrefactū ꝛ non torrefactū se. rute se. agnicasti calamētū euforbiū sandaraca myrrha cyminū: ꝛ de cōpositis diaciminuꝫ est exiccatiuū spermatis valde si sumatur cuꝫ aceto si est calefactū. ¶ Exiccātia sperma fri. lētes ꝛ aqua earū ꝑprie. cocte cū se. canabino lꝫ ēt ca. nenufar. coriādrū se. portulace succus cāne aqua lactis de qua est extractum butyrū vehemētis acetositatis ꝛ farina glandiū acetuꝫ se. canabinū se. lactuce fortissime abscindit sperma qn̄ aliqs multū vtitur eo. Et ex oleis: oleuꝫ enim minorat sperma ꝛ empla cū subtiliatiuis ꝛ herba iusqami albi ꝛ ni. Silr̄ melones cū cerusa abluta ꝛ plūbo adusto ꝛ chimolea ꝛ aceto. ¶ Et iterū infrigidatiuū cōpositū est se. lactuce. se. iusqami al. citrulli se. endiuie psilium fiat ex his infrigidatiuū. ¶ Incessus nudus pedis aufert desideriū coitus.

¶ De inuolūtaria spermatis emissione. Cap. XXVIII.

Sunt aliqui q sperma inuolūtarie emittūt ꝛ absqꝫ tēsione virge ꝛ sine mulieris ꝯcupiscētia. Et hec passio gomorrea est. ꝛ valde turpis passio: ꝛ hꝫ fieri ex defectu vtutis cōtentiue vasorū sperma retinētiū: vel ex nimia spermatis abūdātia: aut ꝑꝑ aliqd ꝯtinēs mēbra aut expellens ꝯtenta: vt in epileptico ꝯtingit: qm̄ epileptici spumaꝫ ꝑ os emittūt cū ceciderint: ꝛ parū de spmate ꝑ vgā: ꝛ ēt de stercore parū emittūt in ipso casu sicut dictuꝫ est in ꝑprio caplo de epilepsia. ¶ Gomorrea aūt facta ꝑꝑ abundantiā spermatis ex multitudine humorū ꝑueniens cognoscitur ex plectorica corporis habitudine ꝛ plenitudine venarū: ex emissione spermatis in multa quātitate: ꝛ cum aliquantula delectatione. Si vero ex debilitate virtutis contentiue vasorum

vasoꝝ spmatis non valentiū sperma retinere fiat hec paſ. nō adsunt pdicta repletiōis signa nec in tāta q̄titate sperma emittit: ꝛ est absq; oi delectatione: ꝛ adest palor ꝛ macies corpis. ¶ Si igit sang. noscat esse in cā fiat minutio de sapbena vel de epatica vena: postea syrupi fridi et aria frida ꝛ dieta frida iniūgant. lactuce cū aceto comeste multū iuuāt. infridāt. n. ꝛ ispissant spma. Itē se. lactu. se. portul. lēticule aquaꝝ in aq̄ decoc. ꝛ bibita miro mō valēt cucurbitas citrāgulos cū citrullis ꝛ portul. scariolā ꝛ hꝰ frigida sumāt cū aceto vel agresta pdita. a cibis nimiū nutriētibꝰ ꝛ vētositatē generātibꝰ abstineāt: ꝛ ēt a cibis nimiū augumentantibꝰ. vtant ēt electuarys frigidis ꝛ cibis vētositatē extenuātibꝰ sicut ēt diacyminū anisuz ruta ꝛ anetū: ꝛ silia. ¶ Et si cū his nō curet renibꝰ virge ꝛ testiculis apponāt hec. ℞. masti. olibani storacis calamite. aā. ʒ. ß. pulueriçentur oia: deide psilliū tritū in aq̄ ro. vel pluuiali. p noctē infunde: ꝛ cuz h̄ pdicta oia incorpa ꝛ pdictis locis applica. Coxe aūt ꝛ pectē coopiant lana succida ifusa in succo semperuiue: solatri: vermicularis: cymbalarie: ꝛ siliuz additis oleo ros. vio. vel mādragore vel nenufaris ꝛ silibꝰ: myrrha ēt vel se. cassielig. trita ꝛ in aceto decocta ꝛ cathaplasmata: ꝛ lamina plūbea renibꝰ apposita que minutissime pforata fuerit: ꝛ ea ēt q̄ diximus in cap. de diabete in hac egritudie facta iuuant ꝛ in hac causa cōpetunt.

¶ De inflatione rubore ardore ꝛ excoriatione testiculorum. Cap. XXIX.

Quandoq; inflant testiculi ꝛ virga: ꝛ hoc fit q̄nq; ex grossa vētositate sine hu. vitio: ꝛ q̄nq; cū hūoris vitio. humor in cā eē cognoscit ex plenitudie venaꝝ ꝛ ex bitudine corpis plectorica. ¶ Inflatio g̃ testiculoꝝ cognoscit q2 visui pȝ ꝛ est cū dolore ardore ꝛ loci extēsione: nec in tussiēdo dolor augumētat: vel maior fit extēsio in testiculis: q2 si h̄ eēt iaȝ esset crepature signū ꝛ nō simplicis iflatiōis. In crepatis. n. q̄n tussiunt magis augumentat eoꝝ iflatio ꝛ dolor in pectine ꝛ i testiculis augumētat. Tūc hec nota nō accidit his q̄ solū patiunt iflationez: ꝛ p h̄ discernit iflatio a crepatura. Inflat. n. q̄nq; vga ꝛ harū iflationū. s. testiculoꝝ ꝛ vge eadē est curatio. ¶ Curent igit pa. hꝰ tumorē in testiculis vl in vga h̄ mō. corpe exn̄te plectorico ꝛ viribꝰ ꝛ etate pmittētibꝰ. fiat minutio d sapbena q̄ est supra cauillā pedis: vel si vis qd meliꝰ est incidat ipsa sapbena sub genu ad mēsurā vniꝰ palmi: q2 ibi inuenit ꝛ extrahat sanguis sm vires: postea empl'm istud locis tumefactis apponat. ℞. fabaꝝ fractarū excorticatarū. ʒ. iy. cymini pul. ʒ. j. ß. coquant hic duo in vino optioꝛ ꝛ terātur ꝛ supra pānū extēdant. pus tn̄ oia isil' pistent ꝛ cū pauco butyro oia icorpent. Et h̄ empl'm plies in die testiculis calȝ applicet: vel vge tumefacte: q2 oēz tumorez remouet ꝓbatū est. ¶ Aliō ꝓbatū ad quēlȝ tumorē remouēdū vge vl alteriꝰ cuiuscūq; ptis corpis. ℞. tribuloꝝ marīoꝝ lib. j. stercoris bouini lib. j. terant ambo ꝛ in aq̄ maria vel salmatina optie coquant ꝛ supra loca tumefacta apponant: q̄m p certo oēz tumorē remouet. ¶ Aliō ad idē fabas fractas miliū vel panicū vnūq̄dq; p se cū oxymelle vel cū vio decoq fac: deide cū butyro ꝛ terbētia icorpent ꝛ cathaplasmetur. ¶ Aliud ad idē. ℞. folioꝝ malue viol. rad. lily celestis rute cymini: ficuūȝ siccaꝝ: vuaꝝ passaꝝ: pitarie: absinthy cātabri: brāce vr. aā. terant oia ꝛ cū vio optio coquant ꝛ cū axūgia vel butyro icorpent: ꝛ pluries h̄ empl'ȝ locis tumefactis appone. i die. ¶ Itē si fuerit dolor ꝛ ardor ꝛ feruor maximꝰ in testiculis vel vga pp tūorē eoꝝ: vngant ex tali vnguēto: accipiat butyrū recēs sine sale: ꝛ ad. x. aq̄s recentes lauet q̄lȝ vice aquā renouādo: deide paꝝ resoluat ad ignē ꝛ postea infrigidari pmittat. ꝛ adde paꝝ lactis mulie

Ad dolo re ardorē ꝛ tumorē.

ris ꝛ inūge loca dicta. ¶ Uel vngant ex oleo ad nouē aq̄s loto: vl ex vnguēto populeō: q̄m optia sūt hec ad ardorē ꝛ ruborē ꝛ dolorē vge ꝛ testiculoꝝ ex cā ca. factū. ¶ Aliō ad supradicta optimū. ℞. succi cymbalarie vmicl'aris solatri sempuiue ꝛ hꝰ aliaꝝ herbaꝝ fridaꝝ ꝛ succū eaꝝ exhe ꝛ cū populeō oleo ros. vl vio. misce et pdicta loca i qbꝰ fuerit ardor dolor et incēdiū inunge. ¶ Aliud optimū ad ruborē ardorē dolorē icēdiū et excoriationē vge seu testiculorum. ℞. chimolee vernicis resine myrrhe colophonie betonice. aā. terant oia et cū oleo ros. vio. vel cōi incorpent: et loca in qbꝰ fuerit ardor/rubor/dolor/et excoriatio inungantur. ¶ Unguētū ēt al. qd fit de cerusa lethargirio oleo ros. vio. vel cōi vnctum valet ad omnia supradicta.

Additio. q̄n testiculi sunt inflati imoderate: et p empl'a vnctiones purgatiōes et alia remedia nō tollit hꝰ iflatio: et appet pell'. testicl'oꝝ lucēs ex: et p tactū ipsoꝝ cū manu sentit aquositas in eis exn̄s: est tunc hernia aquosa. vn̄ timēdū est ne oia putrescāt q̄ sūt in testiculis: et pp hoc apphendant testiculi sub radice ipsoꝝ ad q̄titatē vniꝰ vel duoꝝ digitoꝝ: et pforet pellis cū ferro calido sic scis et ponat ibi laqueꝰ cū penna galline et exibit ide aq̄ clara multa et cessabit tumor. ¶ Ad tumorē seu inflationē vge et testicl'oꝝ scabiosa et fumusterre dcoquāt i aq̄ ꝛ i illa aq̄ ca. testicl'os ꝛ vgā teneat. Et ex pdictis herbis pistatis cū fabis fractis coctis ꝛ cymino puluerizato cum axungia isil' mistis fiat empl'm ꝛ locis tumidis supponat: q2 est mirabile statiȝ tumorē remouēs. ¶ Quidā puer totus iflatꝰ erat ꝛ testiculos iflatos hēbat a medicis despatꝰ: cui q̄dā mulier dedit p plures dies mane ꝛ sero. ʒ. y. succi pitarie depurati: ꝛ fecit ipȝ in die bis balneari i aq̄ decoc. limaciaꝝ ꝛ addidit tribuloꝝ marinoꝝ ireos pitarie rorismarini absinthy ꝛ folioꝝ lauri. aā. ꝛ liberatꝰ est cito. ¶ Experimētū magri mei ꝓbatū ad tumorē testiculoꝝ: accipe ficus siccas al. millefoliū ros. ꝛ stercus caprinū. aā. coquāt in vio al. oia hec: ꝛ post i sacculo lineo ponant ꝛ dictꝰ sacculus cal'us q̄tū pōt pati ponat supra testiculos: ꝛ h̄ fiat sepe ꝛ sepiꝰ exprimēdo ide vinū: q2 cito tollit. ¶ Ad idē. ℞. vnguēti dialthee lib. ß. olei aneti quartā. j. misce ꝛ vngat.

¶ De pustulis carbūculis ꝛ fistula in membro virili ꝛ testiculis. Cap. XXX.

Aliquando nascunt pustule in virga vel in testiculis qbus eruptis fit vlceratio in pdictis locis ꝛ cācer seu fistula. i. pustula q̄nq; excoriat ibi. ¶ Pustule itaq; dicte sic curent. Primo fiat flebotomia de sapbena pedis: ꝛ si supfluus hūor fuerit mūdificet cuȝ aliq̄ meⁿˢ ꝯueniēti: postea inungant loca ex sapone ꝛ cum aqua ca. lauent: deinde maturatiua desup ponant: sicut sūt folia malue in aq̄ cocta ꝛ cuȝ axungia pistata: vel scabiosa pistata ꝛ cū axungia vel butyro mista: ꝛ supra peciā lini: vl folia caulis extendant ꝛ locis pustulosis apponant. h̄. n. tollit dolorē ꝛ iflationē ꝛ maturabit ipsas pustulas optime. hec oia fiant quousq; pustule crepuerint ꝛ sanies ab eis emanauerit. Et tūc lauent optime pustule sic fracte cū vino decoc. saluie calido vel cū aq̄ cal. cuȝ sapone mista: ꝛ sic a sanie mūdificabunt. Et si sub capite virge fuerint inuerset virga ꝛ lauet cum pdicto vino: vel si in pueris fuerint paruis lauent cuȝ lacte mulieris: deinde pul. cōsolidatiuus desup ponat: qui fit d pice greca: thure: mastice: aloe. ros. cassielignea: mumia sarcocolla: sang. drac. bolo ar. rad. tapsie: cōsolide: ꝛ similibus. aā. de qbus in pluribus caplis vt in cap. de fluxu sang. nariū. dictū est pul. factꝰ ex sola cortice testudinis cōbuste virge ꝛ testiculoꝝ vlcera ꝑus lota cū lacte mulieris curat si plures supaspgat. ¶ Et si pdicte

pustule nõ fuerint curate ⁊ ibi cancer vel fistula fuerit generata: apponat̃ pul. tartari subtilissime pl'uerizati vl' pul. ex se. aneti bombacis ⁊ fabaꝝ nigraꝝ i pignato cõbustaꝝ: vel pulegiũ puluerizatũ ⁊ saluia puluerizata. aã. cũ al'e olibano masti. ⁊ ro. d'sup ponat̃: ⁊ ipsa loca cũ vino d'coc. pulegij ⁊ saluie lauent̃: cũ his. n. solis cãcer curabit̃ si leuis pũ vel nouꝰ fuerit. Si v'o cãcer fuerit p̃iculosus ⁊ fortis lauet̃ cũ aceto forti vl' cũ vrĩa pueri v'gis cal'a. ⁊ pul. affodilloꝝ vl' aliqd ꝙ alijs pul. i cap. d' cãcro i gingiuis nato dictis ipsi cãcro seu fistule apponat̃: ⁊ ẽt q̃ i caᵒ. d' fistula dicet̃. ¶ Or si ipse cãcer seu fistula intm̃ fuerit fortissima ꝙ q̃si iã totuz mẽbrũ occupauerint ⁊ bñficio dcãꝝ mediciaꝝ seu pul. curari nõ possint tũc vltia medicia est ip̃z cancrũ cũ rasorio optime incidere vsqz ad viuum: postea cũ ferro candenti argenteo vel aureo coquere ipsam radicem cancri: postea loca illa sicut cetera vulnera curentur sicut in chirurgijs diuersis plenius dogma de hac re traditur.

Additio quidã hẽbat multas pustulas in testicl'is plenas putredie cũ dolore magno cui apponi feci lapaciũ acutũ: scabiosaz maluã. aã. in vino cocta ⁊ cũ axũgia ꝯfecta: ⁊ inũgi loca cũ vio d'coc. saluie ⁊ lauri: ⁊ cito ꝯualuit pa. ¶ Ad ardorẽ ⁊ ruborẽ ⁊ cãcrenã q̃ fiũt in mẽbro virili exp̃tꝰ hul'. ro. ⁊ folia ⁊ semia myrti i vino al. ⁊ ex ipso. ca. lauet̃ mẽbꝝ sepe ⁊ sepiꝰ: ⁊ post pul. alumis ꝯuc supasp̃gat̃. Ultio v'o cũ mortificatũ videbit̃ rasura panni subtilissime cũ cultello abrasi ponat̃ donec liberet̃. ¶ Cõtra indignationẽ neruoꝝ ⁊ duriciẽ eoꝝ exp̃tuz. radices althee i vio al. decoq fac ⁊ cũ axũgia galline tere ⁊ suppone: p̃batũ est.

¶ De crepatura. Cap. XXXI.

Cause.

Plures incurrũt crepaturã que sepe accidit iuuenibꝰ ⁊ robustis viris qui volũt nimis saltare vel currere vel maxia põdera portare: vel petras grossissimas iacere vl' eas viriliter eleuare: vel ex nimio ⁊ alto clamore: ⁊ silibꝰ. Ex his. n. causis qñqz relaxat̃ siphac vel rũpit̃ ⁊ fit crepatura in pectine q̃ qñqz est magna: sic ꝙ itestina descẽdũt p̃ quẽdã neruũ q dr̃ didymus q p̃ mediũ siphac venit ad testiculos. Est. n. siphac pãniculus ille q retinet intestina ne cadant in osseũ. Cũ itaqz relaxat̃ ex p̃dictis causis ⁊ itestina descẽdũt: fit magna crepatura q̃ si diu durauerit fit hernia. Qñ v'o sola vẽtositas est in cã facit p̃uã crepaturã: ⁊ tũc facit solã vẽtositatẽ seu iflationẽ in pectine in modũ nucis vel oui.

Signa.

¶ Signa crepatoꝝ sũt hec: hñt iflationẽ supra pectinẽ in modũ nucis vel oui: sic̃ dixi si crepatura fuerit p̃ua ⁊ dolorẽ ibi sentiũt. Et si itestia ad testiculos descẽdãt: hñt ibi iflationẽ ⁊ dolorẽ: ⁊ si facis eos tussire, statiz rñdet tussis ad loca p̃dicta ⁊ dolor ⁊ iflatio augumẽtatur.

Cura experta.

¶ Cura optia ⁊ exp̃ta ad crepatos: ẽt si qs per. xxx. annos passus fuerit crepaturã maximã: ⁊ cũ descẽsu itestinoꝝ ad bursaz curat̃ multoties cũ hac cura. Sz iuuenes ⁊ pueri ⁊ q de nouo in annũ vl' paꝝ plus: ⁊ ẽt paruã crepaturã passi sũt: cito valde ifallibil'r cũ hac cura curant̃ h' mõ. Collocetur p̃ pa. in lecto vl' supra bancũ sic ꝙ caput hẽat dep̃ssuz ⁊ pedes eleuatos ⁊ altos teneat cuz humeris ⁊ coxis: sic ꝙ si itestina eiꝰ descẽderint ad testiculos v'sus pectẽ reuertant̃ ⁊ testiculi pa. suauiter leuiter ⁊ plane cõprimant̃: ⁊ p̃ talez cõpressionẽ iteriꝰ reducant̃: deide inungant̃ loca in qbꝰ fit crepatura cũ ipsis testiculis ⁊ pectine ex melle ca. ⁊ pl'uis lapidis emathitij boli ⁊ masticis sup ip̃z mel asp̃gat̃: ⁊ istd' statiz supponat̃.

Empl'z de pelle arietina.

℞. lethargirij lapidis emathitis san. draboli masti. armoniaci mumie galbani thuris costi lũbricorũ terrestriũ. aã. ʒ. ß. picis naualis: picis grece: cere al. ⁊ ru. aã. ʒ. j. radicis ꝯsolide ma. medie ⁊ mino. ʒ. iij. ros. myrrhe aloes. aã. ʒ. q̃rtj. palee marine ꝯbuste galle balaustiaꝝ aris. ro. aã. ʒ. vj. visci q̃rcini. ʒ. ij. san. hois ruffi lib. j. minꝰ q̃rtj. cõficiat̃ ip̃z empl'z h' mõ. ℞. vnã pellẽ hedinã vel arietinaz cũ oibꝰ pilis suis: ⁊ decoquat̃ q̃si bulliẽdo p̃ totũ diẽ qusqz q̃si oia liq̃facta sint: ⁊ fiat sicut cola ⁊ parũ vel nihil de aq̃ ibi remaneat: deide ex illa aq̃ accipe lib. j. optie cũ stamia vel pãno colatã: ⁊ adde cũ ea viscũ quercinuz ⁊ in pignato nouo lẽto igne fac liq̃fieri ⁊ bullire: ⁊ cũ baculo sp̃ ⁊ ꝯtinue ducas: aut p̃ aliũ ducere facias: deide lumbricos terrestres post cerã ⁊ picẽ addas: deide adde terbẽtine. ʒ. ij. postea colophoniã masticẽ myrrhã armoniacũ ⁊ galbanũ adde: ⁊ liquefac isti': ⁊ cũ baculo sp̃ ducant̃. Et signũ d'coc. p̃dicti emplastri est. ꝙ ponat̃ vna gutta ex eo supra lapidẽ marmoreũ: seu supra cultellũ oleo vnctũ q̃ cum ifrigidata fuerit si massat̃: ⁊ optime coagulat̃: tũc signũ est p̃fecte d'coc. si naũt intm̃ lẽto igne bulliat ꝙ ad h' deueniat ⁊ extẽdat̃ sup̃ coriũ hedi vl' pecoris parũ pilis tõsis cũ forpicibꝰ: vel ẽt supra petiã lini fortẽ ⁊ supra p̃dicta ponat̃ loca. ⁊ desup̃ cũ fascia liget̃. Et brachale ad h' cõpetẽs supra ip̃z empl'm ponat̃ ⁊ teneat̃: ⁊ iaceat in lecto pedibꝰ ⁊ cruribꝰ eleuatis ⁊ capite dep̃sso p̃. xj. vel. xv. dies vel amplius si fuerit oportunuz.

Electuarium.

¶ Sumat ẽt oi sero d' isto el'ario ad q̃titatẽ castanee. ℞. picis grece: cere ru. aã. ʒ. ß. lethargirij: armoniaci: galbani: masti. terbẽ. ꝯsolide maio. medie ⁊ mi. visci quercini myrrhe olibani gypsi vermiũ terrestriũ bol'. ar. sang. drac. lapi. emathi. cinamo. galãge spice zedoa. gariofi. aã. ʒ. q̃rtj. pilorũ leporis minutissime incisoꝝ q̃tũ de oibꝰ mellis q̃tum sufficit: ⁊ post assũptionẽ p̃dicti el'arij ad h' optimi bibat d' isto clareto cyathũ vnũ paruũ.

Claretum.

℞. rad. ꝯsolide ma. radicis rub. maioris: aã. M. ij. bulliãt optime in lib. v. optimi vini al. ⁊ lib. iiij. mellis dispumati cymini. ʒ. j. nucismus. gariofi. zinz. aã. ʒ. ß. fiat claretũ exp̃tissimũ ad p̃dicta d' q̃ bibat post assũptionẽ dicti el'arij: ⁊ ẽt in alijs horis qñcũqz vult. Abstineat a cibis inflãtibꝰ ⁊ vẽtositatẽ gñantibꝰ ⁊ cibaria leuis ⁊ facilis digõnis comedat: ⁊ hic pul. supra sua cibaria q̃tidie asp̃gat̃. ℞. nucismus. gariofi. cinamo. aã. ʒ. iij. cardamo. dulcis. ʒ. j. rad. ꝯsolide ma. ⁊ mi. aã. ʒ. j. boli ar. lapidis emathitis. aã. ʒ. ij. zinz. ʒ. j. fiat pul. ⁊ vtat̃ in cibis: vt dixi.

Sigꝰ perfecte curationis.

¶ Sigª p̃fecte curatiõis pa. crepaturam sũt hec factis ⁊ obseruatis oibꝰ supradictis: vel saltẽ empl'o p̃dicto facto ⁊ retẽto in loco p̃dicto. Si in pª die vel q̃rta senserit pũctionẽ in loco in modũ morsure vespe: nec ei amplius euenerit secure in. vj. vel. vij. diebꝰ surgere poterit ⁊ ambulare plane ⁊ parũ per domũ ⁊ cauere a saltu motu coitu: ⁊ ira ⁊ ab alijs ꝯrijs. Or si post q̃tuor vel qnqz dies pũctionẽ aliq̃s senserit ibi vsqz ad. xv. diẽ surgere nõ p̃sumat. ¶ Et si p̃p̃ el'ariũ empl'm: ⁊ alia ꝯstrictiua nimis fuerit ꝯstipatꝰ: p̃uocet̃ secessus cum suppositorijs vel cũ clysteribꝰ lenitiuis ⁊ mordicatiuis: de qbꝰ in pluribꝰ locis ⁊ capitulis plenam tradidi doctrinã.

Cura alia experta.

¶ Cura bona ⁊ exp̃ta a mag̃ro meo qua mediãte dictꝰ magister meus oẽs curabat crepatos: qui ẽt p̃. xxx. annos fuerunt crepaturã passi. P̃rio pa. collocet̃ in aliq̃ loco: sicut dictũ est supra: ⁊ intestina suauiter interius mittant̃ cuz manu: deinde brachale de pãno forti stringatur fortiter supra locum: ⁊ patiens in balneo mittat̃ qd' sic fit. ℞. anserine fasciculos. iiij. lupili corigiole al. volubilis ma. planta ma. ⁊ mi. radicis virge pastoris. aã. fasciculũ vnum: bulliant hec oia in aqua: ⁊ pa. p̃ vnã hebdomadã die quolz in illo balneo balneet se semel: ⁊ in exitu balnei dissoluat̃ brachale de pãno a loco suauiter: ⁊ empl'm applicet̃ cũ alio brachali supra locũ: ⁊ stringat̃ fortiter: ⁊ in lecto collocet̃: ⁊ caput depressũz teneat: ⁊ pedes altos: ⁊ h' quolz die fiat per. viij. dies sicut dixi. In octauo v'o die supradictũ empl'm p̃dicto loco apponat̃: vel istud empl'm mag̃ri mei ad idẽ optimum. ℞. picis liquide cere colophonie. aã. ʒ. ß. lethargirij armoniaci oppoponacis galbani sumach mas. bdellij alu-

minis serapini radicis ꝯsolide maio.añ.ʒ.j.visci quercini lapidis emathitis boli san.dra.apostolicon olibani gypsi myrrhe thuris.añ.ʒ.vj.san.bois ruffi recē.lib.j.terbentine aristo.lō.r ro.añ.ʒ.j.ß.vermiū terrenoꝝ minutissime tritorū seu incisoꝝ.ʒ.iiij.aloes.ʒ.v.cōfice cū aqua pellis hedine ſm p̄dictā doctrinā.Et vtat̄ pul.de elaryis supradictis.r iaceat vt dictū est:ꝓbatū est a magr̄o meo:r a Michaele Scoto:r a plurib⁹ alijs magr̄is hoc emplʒ. ¶ Et si sit crepatura pauca facta in breui tēpore:r spālr in puero vel iuuene r parua de facili curari pōt cū p̄dicto emplo r alijs supra scriptis in tēpore breui. ¶ Et qñqʒ locus solū cū brachali r emplo apostolicon curat̄ in puero r crepatura noua.Si vo in sene fuerit crepatura seu antiqua difficili⁹ curat̄:tñ cū p̄dictis remedijs curat̄. ¶ Itē nota q pul.fact⁹ de aspleniridon r de folijs maliterre cū vino datus ieiuno stōcho valʒ ad crepaturā.Crispelle ēt de radicib⁹ cōsolide farina r vitellis ouoꝝ date valent. ¶ Iteʒ nō.q sunt aliq r spālr chirurgici q intromittūt se curare crepatos.p incisionē:qdā per laqueū q ibi apponat̄:qdā per vsturaʒ r qdā p ruptoriū quas curas oino omitto:qm̄ multos perire vidi:r alij q euaserunt:tñ in periculo mortis fuerunt:vñ hō curationes p̄iculosas de qb⁹ medicus nō pōt acqrere famā seu gloriā vel copiaʒ amicoꝝ:sed potius pōt dici reus mortis nō approbo:nec cōsulo ꝓbo viro seu medico famoso q de h aliquo mō se intromittat. Per laqueū vo cōprehēdēdo ambo labia crepature:r cū chorda stringendo r desup emplm ponēdo vidi plures curatos fuisse. Et hic est modus minus p̄iculosus crepature curationis q̄ sit p vsturā vel p incisionē vel p ruptoriū:r sic de alijs de quibus:r silibus nullus ꝓbus se intromittat.

Cura probata.

Additio. Cardinalis albus dicit q quicūqʒ de nouo passus fuerit crepaturā:si oi mane sumpserit de succo scabiose.ʒ.ij.q curat̄ infra.ix.dies ad plus. ¶ Quidaʒ curabat crepaturas hoc mō.raso loco r missis intestinis intus cuʒ manu.Istud emplm supponebat.℞.boli sang.drag.mumie sumach gumi arabici masti.dragaganti gallaꝝ bdellij.añ.ʒ.ß.ꝯfice oia cū albu.ouoꝝ:r in carta de corio ducat̄ r loco supponat̄:r sup emplm pone laminaʒ plumbi subtilem que sit bullita in aceto diu:in quo bolū r gumi arabicū fuerint dissoluta r stringant̄ fortiter:r patiēs iaceat ad minus crurib⁹ eleuatis in otio stans:nec aliqd conet̄ facere fortiter:r ab aceto r oibus tussim generantibus vel inducētibus:caueat sibi:r da sibi quolʒ die de mane q̄tum media testa nucis capere pōt de pul.facto ex pul.cameleonte.i.cardo.cū cuius floribus lac coagulat̄:r herbe que dr̄ pes colūbinus.añ.siccatis supra tegulā calidā donec siccate fuerint intm̄ q pulueriȝari possint.Et caueat sibi ab oib⁹ cibarijs inflatiuis r vētositatē gñatibus:qr p mensēʒ curat̄:ꝓbatū est.Et si nimis cōstipatus fuerit p interualla clysteriȝet̄. ¶ Quidā hispanus oēs crepatos r oēs plagas curabat hoc emplastro.℞.picis naualis colophonie cere rubee.añ.ʒ.iij. visci quercini.ʒ.iiij.attramenti letbargirij galbani masticis.añ.ʒ.ij.boli ar.ʒ.v.gypsi.ʒ.ij.radi.lauri:r ꝯsolide maio.arist.lō.r ro.mēthe dome.herbe ꝓuince sicce.añ.ʒ.vj.myrrhe thuris.añ.ʒ.v.radicis fenicu.anisi.añ.ʒ.ij.terbē.ʒ.ij.ß.vermiū terrestriū.ʒ.v.san.bois ruffi bñ sani lib.j.ꝯfice oia cuʒ pelle hedina bñ cocta:sic dcm̄ est in ca° supra. ¶ Itē da in potu.ʒ.ij.vel.iij.de istis pillulis vel cū cibo quotidie crepato donec sanet̄ que sic fiunt.℞.masti.olibani colophonie boli san.dra.añ.ʒ.j.piloꝝ leporis inci soꝝ minutissime.ʒ.ij.mellis:r farine orobi q̄tū sufficit.fiant pille in modū fabe. ¶ Audiui a quodaʒ religioso q cinis lepreconū lactātiū sumpt⁹.ix.diebus ieiuno stōcho ꝯsolidat firmiter crepaturā ēt antiq̄. ¶ Quidaʒ curabat crepatos hoc mō.Si intestina exierint nec poterāt intromitti supponebat stercus asini calidū:r hoc per tres dies cōtinuabat quarto die dabat de sigillo sancte Marie r ra.ꝯsolide maio.r quolʒ mane vnā platellā cū ouis r farina.Et emplʒ de terbentina masti.r ra.cō solide r bal.superponebat fracture r ligabat optime:r iniungebat egro q eēt in qete iacēdo supine vel saltē sedēdo:r dabat ei de bolo pulueriȝato:r de pilis leporis minutissime incisis cū ȝuccharo ros.bis in die:r sic magister me⁹ plures curauit.

Elariū ꝓbatum.

¶ Elariū magr̄i mei ad crepaturā ꝓbatū.℞.radi.cōsolide maio.r mino.r medie se.nasturtij hortulani masti.olibani san.drac.boli.mumie achatie hypoqstidos pentaphilon gumi ara.cornu cerui vsti carnis leporis asse.r piloꝝ eius minutissime incisoꝝ storacis calamite sigilli Salomonis:sigilli beate Marie.radicis viticelle cypsi cinamomi gariofiloꝝ galange spice nucismus.radicis brusci colophonie oiuʒ.añ.ʒ.iiij.cōfice cuʒ lib.ij.ß.mellis:r lib.j.ß.ȝuc.vtant̄ eo crepati mane r sero ad q̄titatē castanee cū vino optimo vel clareto supius scripto.Et si p vsuʒ istius elarij nimis ꝯstipat⁹ fuerit:fiat sibi aliqd suppositoriū vel clystere vel emplm supradictū:r supra ipʒ dʒ teneri brachale:r in lecto iacere:sicut supradictū est:r abstineāt a causis ponderosis. ¶ Quidā curabat oēs crepaturas ēt si eēt antiq̄ crepatura h mō:accipiebat ꝯsolidā maio.cū suis radicib⁹ r açolā expi eqlr:r bis bñ lotis supaddebat q̄rtā p̄tē se.nasturtij syluestris:r oia silr terebat:r oi mane p dies.ix.dabat.ʒ.j.de dicto succo i potu pa.cuʒ modico vini r ex substā dictaꝝ herbaꝝ trita:r cū faria r ouoꝝ vitello faciebat crispellā:r i oleo frigebat r statiʒ post dcm̄ succū dabat comedere vl pulverē ex p̄dictis herbis factū i ieiuno cū ouo.Itē si itestina dscēderint ad bursaʒ faciebat ipʒ itrare balneuʒ r sedere i aq̄ cal̄a r reducebat ea i locū suū cū manib⁹:deinde dno puluinaria pua de pāno bñtia lōgitudinē r latitudinē q̄tuor digitoꝝ plena coto bñ calcato:vl de lana succida supponebat r foramini ex pte vna vnū crepature r aliū ex pte alia:r ligabat r strigebat bñ puluinaria cuʒ vitta q̄ hēbat q̄tuor brachios i lōgū r iacebat eger resupin⁹ semp p.xiiij.dies:r nō surgebat a lecto nisi ad requestaʒ nāe. Et scias q radix açole est multū efficax in hac cā. ¶ Quidaʒ narrauit Guidoni d cauliaco modū hūc:cū q̄ curabat oēs crepatos i magno secreto.Et est q supposito bono regimine r qescēte pa.p.xxx.dies r reductis itestinis accipiebat qlʒ mane r sero.ʒ.j.limature calybis cū vino dcoc.epatice terrestris r sup locū rupture p.xv.dies de ʒ° in ʒm pmutādo ponebat emplʒ fcm̄ d magnete grosso mō pulueriȝato:r cū apostolicō malaxādo icorpato:post.xv.dies alios ꝯtinuet emplʒ ꝯsolidatiuū supradictū d ruptura.r liget̄ cū brachali r iussū dei erit curat⁹.

Syrupus mirabilis

¶ Syrup⁹ mirabilis r ꝓbat⁹ ꝯ rupturā.℞.triū polypodioꝝ rubee tinctoꝝ f olioꝝ r radicis.añ.M.ij.lauent̄ r terant̄:r i bono vino al.ste nt p duos dies r duas noctes:post coquant̄ vsqʒ ad tertiā ptē cū.ʒ.ij.thur.pulueriȝati in petia ligati in eis exn̄te:de hac decoc.℞.lib.v.d succo scabiose depurato.lib.vj. de melle lib.xj.dispument̄ r coquant̄ in modū syrupi de q̄ da quolʒ mane.ʒ.ij.cū vino calido. ¶ Et emplʒ ex aloe thur.masti.dragagāto gumi arabi.sang.dra.bolo r mumia cum albu.ouoꝝ cōfectū fiat:qr infra mensem curantur.

¶ De arthe^ca:scia^ca:chirag^a:podag^a:r genug^a. Ca.XXXII.

In presenti caplo intendo tractare de passio.iuncturaꝝ:ꝯñter d pas.itestinoꝝ:r d dolore eoꝝ:postea de passionibus epatis r splenis:postea de scabie:lepra:poris:verrucis:tractabo r in hoc finiet̄ scd̄s breuiarij mei. ¶ Dico g q arthetica est dolorosa dispositio artuū ꝑpter exuberātiā flegmatis vel alioꝝ humorꝝ

De dispō. et noīb⁹

currentiū ad iuncturas:⁊ ſm ꝙ ipſi humores ad diuerſas
corpis ptes currūt faciētes dolorē ſm hoc diuerſis noībus
noiaꝰ hec paſ. vñ ſi currunt ad iuncturas digitoꝝ manuuꝫ
faciūt ſpēm arthetice que dĩ chiragra:a chiros grece qḋ la
tine manus dĩ. Si vo currāt ad ſciaꝫ humores ⁊ neruum
ipſius ſcie repleāt:q neruus ſtat inter lacertos ⁊ coxas fa
ciunt ſciaticam lubricare:vñ dolor fit in coxis ⁊ in anchis:
qñqꝫ in vna tm̄:qñqꝫ in vtraqꝫ:⁊ iſte dolor ꝑ crus ad mi
nutū pedis digitū deſcēdit:⁊ hec paſ. ſciatica nuncupatur.
Aliqñ vo hꝰ viſcoſi humores ⁊ groſſi ad genuū iuncturas
currūt ⁊ faciūt ſpēꝫ arthetice que dicit genugra. Qñqꝫ hꝰ
humores vſqꝫ ad nodos iuncturarū pedū currūt ⁊ faciunt
ſpēm arthetice que podagra nūcupat. Huiꝰ itaqꝫ paſ. oēs
ſub arthetice noīe cōprehendunt:⁊ nō differūt niſi in de
noiationibꝰ quas ſibi a locis acquirunt ſm ꝙ dictum eſt.

In qbus plus accidant.

¶ Fiunt itaqꝫ hꝰ paſ. plurimū in hoībus gete ⁊ luxurioſe
viuētibus ⁊ purgationes negligētibꝰ. Fiunt ēt in prelatis
⁊ in his q fuerūt pauperes:⁊ poſtea ad diuitias ⁊ ꝓſperita
tes aſcenderūt qui ſolū tendūt ad coꝝ pinguedineꝫ corpo
ruꝫ:in quoꝝ corporibus multi humores viſcoſi ⁊ groſſi ex
indigeſtione generant:⁊ ſpāl'r qui negligunt medicinas ⁊
vilipendunt medicoꝝ cōſiliū ⁊ iuuamen. Fiūt ēt in his q
nimiū vtunt leguminibus ⁊ dieta groſſā ⁊ viſcoſos humo
res gnātia. vñ Hippo. in epidimia. hellenes. q2 comede
runt legumina pp hoc inuaſit eos debilitas pedū. Mulie
ribus vo raro fit hec paſ. niſi carētibꝰ mēſtruis ⁊ luxurio
ſe viuētibus.

Sigª calidorū hum.

¶ Sanguis itaqꝫ ⁊ cholera ru. infecta qñqꝫ
in his paſ. ſunt in cā:qḋ cognoſcit ex dolore acutiſſimo:⁊
vehemēti ipſaꝝ iuncturaꝝ ⁊ rubore ardore ⁊ tumore eaꝝ
ex dicta ca. ⁊ hu. vel ca. ⁊ ſicca imoderate ſumpta:ex vrina
ru. vel ruffa mediocriter tenui vel ſpiſſa cū qbuſdā reſolo
nibus athomis liuidis rubeis vel citrinis ex etate ca. ⁊ ēt
q2 frigida ꝓſūt:calida obſūt.

Signa frigidoꝝ hu.

¶ Si vo ex flegmaticis ⁊ vi
ſcoſis humoribꝰ hꝰ fuerint paſ. adeſt dolor cū grauedine ⁊
loci frigiditate ⁊ color albus:tumor magnꝰ:dieta frigida ⁊
humida:vel viſcoſoꝝ humoꝝ gñatiua ꝑceſſit:vrina alba
vel pallida vel ſubpallida ⁊ ſpiſſa cū multis liuidis reſolo
nibus in modū atomoꝝ:⁊ ēt frigida nocēt:⁊ ca. ꝓſūt.

Pronoſtica.

¶ Et
nota. ꝙ ſi hꝰ paſ. imoderate ⁊ inueterate fuerint:⁊ ſpāl'r in
ſenibꝰ nunꝗ̄ curari pñt. Flegma eniꝫ cū in iuncturis coa
dunat:⁊ ibi diu remanet coagulat indurat ⁊ petrificat ſic
ꝙ nō defacili pōt diſſolui:⁊ exēplū huiꝰ poſſumus videre
in al. oui qḋ ſi ligat in aliqua petia:⁊ ibi diu remāſerit idu
rat ⁊ fit in modū vitri. Ita fit de hꝰ paſ. vñ dicit Ouidiꝰ.
Soluere nodoſaꝫ neſcit medicia podagrā. Et bñ dicit no
doſaꝫ:q2 qñ fiunt hꝰ paſ. ſ. chiragra ⁊ podagra ⁊c. ⁊ diu iue
teraſcūt:tūc ꝯhunt digiti manuū vel pedū ⁊ inflatio appa
ret in iuncturis ipſaꝝ q̄ſi in modū galle:qḋ accidit:vt dixi
pp errorē in mutatione v̄tutis male imutātis in mēbroꝝ
eſſentiā māꝫ nutrimēti:vñ ſicut dixi hꝰ paſ. ita nodoſe fri
gide ⁊ inueterate:ſpāl'r in ſene curari nō pñt plenarie:ſed
cū ſubſcribēdis remedijs pñt hꝰ paſ. palliari ⁊ ad tp̄s ꝑſer
uari:cū purgationibꝰ. vꝫ. ⁊ alijs infra dicēdis.

Cura calide.

¶ Cū itaqꝫ
fuerit arthetica de cā ca. ⁊ noua q̄ adhuc nō ſit inueterata
vltra. xl. dies cito curabit i hūc modū ſiue fuerit chiragra:
ſiue genugra vel podagra. Si chiragra fiat minutio ḋ epa
tica. Si ſciatica vel genugra fiat minutio de ſaphena pedū
que eſt iter calcaneū ⁊ nodū pedis. Et poſt ad mãe digōnē
det quolꝫ mane. ℥. ß. ſyrupi ro. viol. cū aqua hermodactylo
rū:vel de iſto ſyrupo. ℞. cap. ve. ſcolopen. adianthos endi
uie cycoree epatice ceterach polytrici. añ. M. ß. viol. ℥. j. or
dei. p. j. ſe. cōiuꝫ cōtuſoꝝ. ℥. ij. ro. ℥. ß. ſandal. al. ⁊ ru. añ. ℥. qrtj.
ſe. portu. ⁊ lactu. añ. ℥. ß. hermodactyl. ℥. vj. zucchari lib. j. ß.
dent quolꝫ mane ad mãe ꝑparationē. ℥. ij. iſtius ſyrupi cū
aqua hermodacty. mã digeſta purget cū lotura ſcripta in
caº de dolore capitis ex cho. facto dicta addita. ℥. ß. hermo
dacty. in ꝑdicta decoc. vel purget el'ario frigido colopho
nie vel cū electuarijs de ſucco ro. vel cū pill'is de reubarb.
vel cū pill'is de qnqꝫ gñibꝰ vel cuꝫ his pill'is in hac cauſa
ꝓbatis. ℞. electuarij de ſucco ro. diaprunis. añ. ℥. ß. hermo
dacty. ℥. v. turbith. ℥. iij. cōficiant cum ꝑdictis electuarijs.
Et ſi vis multū purgare acuant cū modico ſcamonee i po
mo cocte ⁊ dentur. xv. vel. xvij. plus vel minus ſm vires.
¶ Poſt purgationē fomentet locꝰ ex aqua decoc. malue:
biſmalue:paritarie:brance vrſine:viol. ⁊ herbe ꝑdicte cuꝫ
aſſungia re. porcinā vel butyro recēti piſtent ⁊ emplaſtrē
tur. ¶ Epithima aliud ad idē. ℞. ſandal. al. ru. ro. achatie:
gumi arabici:portulace. añ. terant oia ⁊ cuꝫ aq̄ ro. ⁊ al. oui
diſtemperent ⁊ pānus in eo infuſus ſupponatur. ¶ Aliḋ
ſuccus ſolatri cymbalarie vermicularis raſura cucur. ſuccꝰ
cimarū rubi ⁊ agreſte:⁊ ſil'ia frigida cū oleo ro. ⁊ farina or
dei diſtēperent ⁊ loco dolenti epithiment. ¶ Empl'm ad
idē optimū. ℞. opij myrti. añ. ℥. ß. olei vio. aque roſ. añ. ℥. j.
lactis mulieris cere al. aceti. añ. ℥. ß. mice panis triti ⁊ fari
ne tritici. añ. ℥. j. fac ex his oibꝰ empl'm ⁊ ſuppone chiragre
vel ſciatice:vel cuilꝫ ſpēi arthetice calide:qm̄ eſt mirabile
purgatione ꝑcedente ꝓus. ¶ Itē oleū roſ. vel viol. cū mi
ca panis trita ⁊ cum vitellis ouoꝝ crudoꝝ miſta omnia ⁊
emplaſtrata miro modo dolorē tollūt. ¶ Comedant iſta
pa. artheticā ex cauſa ca. lac amygdalaꝝ:⁊ ſpecial'r ſi febri
citauerint ⁊ ptiſanā ordei micā panis cum aqua lotā:⁊ zuc
charo addito eā comedant:ſcariolas lactucas boraginem
ſpinachias bletas cicera:⁊ hꝰ cuꝫ lacte amygdalaruꝫ para
tas pruna damaſcena malagra. ⁊ hꝰ comedant. Si vo non
febricitauerint/phaſianos/perdices/pullos/piſces aſprati
los ⁊ ſquamoſos in brodio cum aneto ⁊ petro. coquinatos
oua elixa mollia ⁊ hꝰ comedant:vinuꝫ ſubtile bibāt. Et ſi
aliqñ fuerint cōſtipati fiant eis clyſteria ꝓut ꝯuenit.

Cura frigide.

¶ Cꝫ
ſi arthetica fuerit ex frigidis vel viſcoſis hūoribꝰ ⁊ recens
in hunc moduꝫ curabit. Primo fiat ſyrupus talis magri
mei. ℞. hiue betonice ſaluie dome. ⁊ agreſtis cū radicibus
ſuis radicū cōiuꝫ oiuꝫ. añ. ℥. ij. ca. ve. rute caprarie:⁊ dome
ſtice:herbe palyſis:fu. meu. añ. M. ß. polypodij quercini
recentis cōtriti lib. ß. ſe. fenic. aniſi. añ. ℥. j. cinnamomi pon
tici. ℥. j. ß. zucchari lib. iij. ameos ſquinanti. añ. ℥. ß. agari. ℥. j.
detur ex iſto ſyrupo quolibet mane. ℥. j. ß. cū aq̄ hermodac.
quouſqꝫ mã fuerit digeſta:⁊ tunc purget cum pill. cochijs

Pille de hermodac.

vel cū pill'is de hermodacty. que. ℞. turbith kebuloꝝ her
modacty. collogntí. agar. reubar. añ. ℥. ij. aloes epatici. ℥. iij.
ſcamonee in pomo cocte euforbij ſtoracis ſarcocolle oppo
ponacis ſerapini bdellij armoniaci. añ. ℥. j. croci:ſquinanti:
maſti. caſſie. ſaliſgēme. apij. aniſi. acori. ſe. cicute. añ. ℥. ß. tem
perent cū ſucco marathri:⁊ fiant pill'e in modum orobi ⁊
dentur. xv. vel. xix. ſꝫ vires.

Pille arthetice.

¶ Uel purget cū pill'is arthe
ticis que ſic fiunt. ℞. gariofiloꝝ:carpobalſami:xilobalſa
mi:ſpice:ſaxifragie:granorum ſolis. ſe. aſparagi bruſci roſ.
petro. apij:amomi maſti. ſaliſgēme. ſe. feni. aniſi:macropi
peris. añ. gra. xv. hermodactyloꝝ agari. colloquintide:tur
bith. añ. ℥. ij. aloes epatici ⁊ ſuccocitrini ad pondus omniū
diagridij in pomo cocti. ℥. ß. ꝯficiāt cū ſucco hiue vel feni.
in quo predictū diagridiū diſſolutū fuerit ꝓus:⁊ informen
tur pill'e in modū orobi ⁊ dent. xv. vel. xvij. plus vel minꝰ
ſm vires.

Balnea.

¶ Balnea ēt ſulfurea aluminoſa vel ſalſa ex aq̄
facta his paſ. cōpetunt:vel ducantur ad bal. circuli ſeu ad
fontanā epi que ſūt ꝓpe puteolū ꝑ miliaria. vj. q2 ſibi mul
tuꝫ cōpetunt:vel fiat eis hoc bal. ℞. polycarie ſauine ſal
uie pulegij rute ſerpilli folioꝝ lauri baccarū eius foliorū
ſambuci mēthaſtri roriſmarini paritarie maiorane althee
taſſi bar. radicis filicis oiuꝫ. añ. faſciculū vnū:coquant oia
in aq̄ ſalſa vel ſalmatina ⁊ pa. in tina optime coopta pānis

cum predictis herbis in aqua ipsa supra scānū collocet: vt optime sudet: postea cū istis vnguētis vngat: prius tñ absterso corpe ipsius: siue ab ipso balneo: siue a pdictis attra- bat. ¶ Unguētum ad hoc sic fit. ℞. radicis brionie cucu. agrestis capparis euisci filicis mali terre. añ. ℥. j. terantur oia: ꝛ cū ℥. j. olei muscellini: ꝛ cū lib. v. vini optimi pfecte co quant: deide iterū pistent ꝛ addat storax laudanū ꝛ cera: ꝛ fiat vnguētū de quo vngat cuꝫ a predictis bal. exiucrint. ¶ Unguentū aliud magri mei ad artheticā optimū. ℞. origani calamēti rute saluie pmule veris lauēdule sauine. añ. M. ß. piretri piperis. añ. ℥. j. pulueriçent: ꝛ misceantur cū ℥. ij. arogon. postea accipe vulpem excoriatā ꝛ ab intesti nis bñ mūdatā: ꝛ ex his oibꝰ insil bñ mistis ipleat ꝛ suat: ꝛ in veru cōstituat ꝛ suauiter reuoluat ad ignē. Et qd ide distillauerit colligat: ꝛ postmodū cū cera rubea liquefacta admisceant: ꝛ ex tali vnguēto vngat post vsum alicuiꝰ de bal. dictis. ¶ Unguentū ad artheticā frigidam. ℞. squille rute vrtice viridis saxifragie. añ. ℥. ij. terantur ꝛ coquant in vino ꝛ oleo veteri. añ. lib. j. sic ꝙ solū oleū remaneat: deide ipsuꝫ oleū colet ꝛ ponat in eo cere. ℥. ij. nitri euforby agari ci piperis baccarū lauri oium pulueriçatoꝝ subtilr. añ. ℥. j. ß. galbani terbētine. añ. ℥. ij. oia insil coquant ꝛ spatula diu tant ꝛ vtere. ¶ Emplm optimū ad artheticā seu sciaticā. ℞. succi ebuli ꝛ petro. añ. ℥. ij. farine ordei ꝛ pul. sinapis. añ. ℥. j. ß. olei ꝛ mellis. añ. ℥. ß. oia parū in sartagine frigant ꝛ calida emplastrent: qꝛ valet. ¶ Itē stercus colūbi cū mel le mistū ꝛ suppositū miro mō valꝫ. ¶ Itē faba fracta ꝛ co cta cū farina lupinoꝝ oleo melle pice greca pulueriçata ꝛ cū al. oui ꝯfecta oēꝫ dolorē arthetice frigidū tollūt. ¶ Itē mastix cyminū pulegiū saluia bacce lau. sauina trita ꝛ cuꝫ melle mista si emplastrent: ipsuꝫ dolorē amputant. ¶ Itē vnguētū aureū arogon marciaton agrippa dialthea oleuꝫ decoc. floꝝ genestre in cā hac valet. ¶ Itē si accipiat rasu ra cornu cerui: ꝛ coquat in vino vsqꝫ ad vini cōsūptionē: ꝛ iterū addat vinū: ꝛ hoc fiat. v. vicibus ad minus si ex eo qd remanserit liniant loca dolentia: mirabilr amputat ipꝫ dolorē. ¶ Itē radix lingue bouis ꝛ saponaria ꝛ absinthiū in oleo ꝛ vino cocta ꝛ epithimata valet. ¶ Itē adeps vrsi vel galli vel anse. oleū lau. vel camomille cū far. ordei mi sta ꝛ emplastrata valent. ¶ Abstineāt arthetici a coitu im moderato ꝛ si aliqñ coirent fiat moderate: ꝛ raro: a cibis grossos ꝛ viscosos hu. gñantibus: sicut sunt fabe lac pisces ꝛ aues de paludibꝰ caseus dactyli carnes bouine bubaline ꝛ silia: abstineant a ferculis de pasta factis: vinū sit subtile ꝛ lymphatū: carnes castratinas/capriolinas/pdicū/phasia- noꝝ/gallinaꝝ/colūboꝝ/ꝛ pulloꝝ comedāt: porcinas etiaꝫ carnes parū salitas cū boragine spinachys feniculo petro. ꝛ bletis patas: comedāt asparagos ꝛ bruscos ꝛ panē bñ fer mentatū ꝛ bñ coctū: purgationibus bal. ꝛ emplis sepe vtā- tur: qꝛ si arthetica fuerit recēs cito curabit. Si vo antiqua alleuiabit ꝛ palliabit factis pdictis remedijs mō valēti.

Additio. Emplm pbatū statim mitigās dolorē arthetice. ℞. opij croci. añ. ℥. j. pulueriçent ꝛ cū tribus vitellis ouorum ꝛ cū oleo ro. vel vio. cōficiantur ꝛ loco dolenti emplastrent: qꝛ statim dolorē mitigat: pbatū est. ¶ Itē agresta ꝛ vitel. oui mista: ꝛ cuꝫ farina ord. ibi po sita ꝛ emplastrata loco dolorē tollunt. ¶ Itē ꝯtra frigidā artheticā pbatū. ℞. galba. serapi. armoniaci oppoponaci. añ. ℥. j. masti. ℥. ß. vini decoc. cornu cerui incisi per frusta mi nuta diu bul. ℥. iiij. succi rute succi porri. añ. ℥. iij. mell. ℥. iiij. bul. diu ꝛ addant olei lau. ℥. iij. cere ꝗtū sufficit loco dolēti apponant. ¶ Item si vis pbare vtrū sit ex frigida cā vel ca. farinā siliginis cū aceto distēpera. si ex cā ca. fuerit do lor remittet: ꝛ si ex frigida magis intēdet. ¶ Quidā dixit mihi ꝙ acci piebat noctuā bñ pinguē ꝛ eā a pennis ꝛ inte rioribus bñ mundabat ꝛ faciebat eā decoqui in modū pul li: ꝛ dabat eam ad comedendū ꝛ brodiū ad bibendū: ꝛ hoc solo multos artheticos curabat: ꝛ dixit ꝛ iurauit ꝙ pbauit. ¶ Unguētū pbatū a quodā experimētatore ꝯtra omnes valēs artheticā ꝛ spālr de frigida cā inueteratam. ℞. ossa quorūcūqꝫ aīaliuꝫ que potes habere ꝛ spālr asinoꝝ ꝛ fran gant ꝛ diutissime coquant in aqua ꝛ tota pinguedo super natans colligat ꝛ pul. castorei. ꝛ euforby in ꝗtitate. ℥. ij. p qualꝫ lib. admisceat: ꝛ ex hoc ipleat anser vel canis vl vul pes que magis valꝫ in hoc casu eiectis interioribꝰ bñ suat: deinde ponat in veru ꝛ assēt donec adhereat stipiti ꝛ liqr ꝙ inde exit totus colligat ꝛ recipiat in aliquo vase: deide vngat pa. ex h vnguēto mane ꝛ sero exiēs a balneo decoc. saluie rute absinthij sauine lauri camo. menthastri origani ꝛ siliuꝫ: qm p certo infra. iij. dies sanabit ois artheticus cū hac cūra. ¶ Emplꝫ ad artheticā ca. optimū. ℞. sūmitates vel radices iusquiami ꝛ lapatij acuti in stupa lini seu cana pis madefacta in aq inuoluant: ꝛ sub prunis ardētibꝰ po nant ꝛ decoquant cuꝫ assungia porci vel butyro pistent ꝛ loci doloris epithimenť. ¶ Itē radix cicute eodē mō vel in pasta sub prunis coctā: ꝛ cuꝫ assungia porci recentis vel butyro epithimata miro mō valet ad hoc. ¶ Pille magri Ursonis ad qualꝫ artheticā optime. ℞. hermodactyl. tur bith polypodij quercini agarici. añ. ℥. ß. esule. ℥. iij. radicis ebuli saxifragie ro. lapidis lazuli ꝛ armenici. añ. ℥. j. ß. gario fil. spice macropiperis. ʒ. amomi apij salisgēme galange eufor. macis cardamomi feni. asparagi brusci anisi masti. epithimi. añ. ℥. j. aloes cicotrini p medietatē oium predicto ruꝫ reubar. ꝗtū de oibus fiant pille in modū orobi ꝛ confi ciant cuꝫ succo hiue feni. vel cauliū ꝛ dentur. xv. vel. xvij. ꝓm vires. Ualent enim in oī arthetica epilepticis ꝛ tremu losis: visuꝫ clarificant: ꝛ renes cōfortant. ¶ Quidā poda gricus dixit mihi ꝙ multū alleuiabat a podagra: accipie bat cucu. agrestes vel radices ipsoꝝ ꝛ in forti lixiuio fecit ipsas radices bullire additis cantaridibus ꝛ in aqua depo sita ab igne tenebat diu pedē ꝛ faciebat ibi quasdā vesicas aptas per quas optime mā podagre euacuabat. ¶ Item vstura sub poplite in podagra vel in brachio in chiragra cōfert. ¶ Ad dolorē artheticum mitigandū: sal cōtritum cum melle calido epithimet. ¶ Syrupus factus de cype ro ꝛ succo scabiose ꝛ çuccharo ꝛ melle ꝯfert miro modo ar thetice. ¶ Electuariuꝫ ꝯtra artheticā ꝛ podagram etiaꝫ si fuerit antiqua: ꝛ cōtra quālibet passionē frigidoruꝫ humo ruꝫ ex repletione factā. ℞. turbith asse fetide. ʒ. diagridij in pomo cocti hermodactyl. añ. ℥. ij. cymini optime pulue riçati ꝛ bene cribellati ad pondus oium: ꝯtrita omnia pre dicta inuoluant cum melle ꝗtum sufficit. det de eoꝰ in sero in modū nucis expertū per cardinalē albū. ¶ Electuariū domini pape valens cōtra chiragram podagraꝫ artheticā ꝛ sciaticā iliacā ꝛ colicā. ℞. succi foliorum feni. ad ignē de purati. lib. iiij. mellis dispumati lib. ij. bulliant lento igne vsqꝫ ad ꝯsumptionem succi: ꝛ tunc deponat ab igne ꝛ infri gidari pmittat: ꝛ tunc permisce cū eo pul. hermodactyllo ruꝫ grossoꝝ bonoꝝ. ℥. iij. ꝛ sumat de eo in moduꝫ castanee de mane. ter in hebdomada cum aqua decoc. cymini carui marathri sene agarici. añ. ℥. j. ¶ Itē in cura doloris iunctu raruꝫ si causa sit sang. ꝛ totius corporis plenitudo fiat fle botomia de vena ꝓm duas diametros oppositas loco pa tienti que minutio repletioni correspōdeat: deinde eadeꝫ die vel sequenti fiat minutio de vena opposita ex directo pa. iuncture. Si vo mā sit mista ex san. ꝛ alijs hu. vel vno tm cuꝫ san. silr fac eā si in sanguine nō sit diminutio ꝛ alijs humoribus abūdet. Si nō sit ille humor calidus aut gros sus viscosus abūdās fiat minutio. Si vo mā dolēs sit mā

Unguētū.

Expertū.

Electuariū expertū.

grossa flegmatica cruda vel viscosa a minutione penit⁹ est abstinēdū. Digestiuis ꝟo vtendū est: in mā dicta oxymel multū ꝯfert cū sua incisione ꝛ diuisione: vt Mesue ponit.

Syrupus ¶ Syrupus cōferēs sciatice ꝛ podagre. ℞. flor squināti spice nardi ireos se. melonis. aā. ʒ. j. cōquassent ꝛ infundantur in lib. xx. aq̄ calide: mane bul. vsq₃ ad ꝯsūptionē medietatis: deinde colent ꝛ colature addant lib. v. mellis ꝛ. j. ʒuc. oxymellis lib. j. ꝛ iterū vsq₃ ad spissitudinē bulliāt ꝛ sumat oī mane. ʒ. ij. cū triplo aque tepi. ꝛ vngat locus oleo ro. camo. aneti pinguedine anatū ꝛ oleo eqs ptibus fiat vnguentū: fomētū ex radice valeriane val₃ in vino artheticis podagricis ꝛ chiragricis. ¶ Syrupus digerēs mām grossā ꝛ flegmaticā in arthetica ꝛ alio dolore iuncturaꝝ. ℞. hiue armetice. M. ß. thimi camedreos camepitheos sticados arabici acori filipendule hiringoꝝ terrestriū ꝛ marinoꝝ₃ radicis feniculi aristo. ro. saluie capi. ven. anthos asparagi brusci se. nasturtij sqnāti ameos rad. buglosse capaꝝ ligri. menthe. aā. ʒ. j. mellis ʒuccha. aā. lib. j. fiat syrupus. ¶ Ali⁹ syrupus sedās dolorē si mā pōt ꝓuocari ꝑ sudorē siue per vrinā. ℞. rad. acori ꝛ assari asparagi. aā. ʒ. j. pt addi cyperi. ʒ. j. vel scabiosa ʒucchari q̄ntū sufficit vel mellis: fiat syrup⁹. Det cū calida. ¶ Alius syrupus. ℞. anisi assari anthos acori. aā. ʒ. j. ß. saluie sicce. ʒ. j. mellis ro. ʒ. iiij. fiat syrup⁹. Oleū oliuaꝝ calidū in pāno infusū ꝛ appositū est anodinū bonū: ante ēt digōnē. ¶ Purgatiuū leue. ℞. hermodactyl. albo rū turbith. aā. ʒ. j. anisi. ʒ. ß. ʒiʒ. ℈. j. ʒuccha. al. ʒ. iiij. bibat in matutinis cū decoc. cōuenienti. ¶ Syrupus mirabilis iuuamēti. ℞. hermodac. ʒ. xxx. collogнti. ʒ. j. bulliāt in lib. ij. aque ꝛ cū ʒuc. q̄ntū sufficit: fiat syrupus. Regimē subtiliatiuū ꝛ ꝓuocatiuū vrine. v₃. syrupus hiue val₃ sciatice: vnguentū de hiua ꝛ adipe vulpis ꝛ anatū val₃ in mā cholica vel san. digestiuū bonū est syrupus granatoꝝ. Syrupus de infusione ro. Syrupus de fumoterre ꝛ acori conferunt. Infundat mēbris ca. in aqua frigida oleū roſ. ꝛ de ranis fluuialibus val₃. ¶ Itē si mā sit mista de pauca cho. cum multo flegmate: vide Serapionē q₂ purgat in declinatione: vnguētū ex farina tritici cocta in aceto vel aqua vel vino al. vel oleo camo. vel aneti: vel lilij. ¶ Caseus antiquus tritus cū oleo emplastratus valet in duritie iuncturaꝝ extrahit: sicut gypsū post sufficientē purgationē. ¶ In dolore iuncturarū val₃ vnguētū ex oppoponaco galbano armoniaco terbētina infusa in aceto ꝛ vino vno die: deinde soluant igni ꝛ additis castoreo myrrha olibano bdellio ꝛ dialthea vel oleo laurino fiat vnguētum: val₃ ēt agrippa. Cinis cauliū cū adipe ꝛ ceroto camo. val₃ bdelliū ꝛ opponacū cū adipe iuuant. ¶ Empl'm de furfure vel farina cū aceto cocta valet dolori genuū. Sil'r empl'm de absinthio ꝛ paritaria tritis cū oleo coctis. v₃. Empl'm de radice althee cū adipe anseris. v₃. scie. ꝛ caneparia cū aceto mista val₃. ¶ Cōseruatio sanitat̄ in suetis pati dolorē iūcturaꝝ fit cū assidua vnctione cū ceroto ꝛ sale modico vehementer mistis. ¶ Apostolicon val₃ in dolore colli ꝛ neruoꝝ ꝛ puncture eoꝝ ꝛ incisione ꝛ apatibus maturādis. Emplastrū ceroneū Nicolai artheticis podagricis de frigida cā valet: opiū cū modico cere ꝛ succo lactuce tēperatū sedat dolorē ca. Fenugrecū pistatū coctū in aceto cū melle val₃. Oxymel Iuliani artheticis frigidis est expertū. ¶ Mustella in vino ꝛ oleo cocta vsq₃ ad dissolutionē: deinde pistata ꝛ colata ꝑ pānū addita cera fiat cerotū vtile. Aloes cū succo absinthij. v₃. Succus radicis filicis cū oleo roſ. v₃. Infusio ꝟo succi radicis ebuloꝝ. Sil'r dcoc. rad. eoꝝ ꝛ rad. althee ꝛ sal velociter iuuat. Potus succi eoꝝ. ʒ. iij. ꝓuocat vomitū ꝛ alleuiat ꝛ curat. Oleū laureole val₃: ꝛ vrina virorū ad spissitudinē rob. decocta vncta iuuat. ¶ Linimentū expertū. ℞. vrticarū grecarū saluie. aā. M. j. sal. pugillū. j.

cōtundant: ꝛ in vrina frigant: ꝛ de liquore cū pēna locus liniat: aqua mēthe potata valet. Aqua vel vinū decoctio. rapar ū sedat dolorē. Et in decoc. cymini si petia imersa supponat dolori: ꝛ sil'r de radice ebuli ꝛ cucu. asini. in podagra de mā acuta epithimēt pedes cū camo. roſ. farina ordei tritis ꝛ cribratis ꝛ ꝯfectis cū aq̄ roſ. Et si ex frigiditate fac empl'z ex farina ordei ꝛ cinere cypressi. aā. mistū cū aq̄ tepida. ¶ Aliud qd̄ cōfert tumoribus in qb⁹ digitus ip̄rimitur scil₃ in podagra mel'ica. ℞. vitelloꝝ ouoꝝ coctoꝝ ad duritiē floꝝ camo. farine ordei misce cū tepida: ꝛ fac emplastrū mollificatiuū. ¶ Unguētū in dolore iuncturarū. ℞. fecis olei ireos olei lini ꝛ mucilaginis fenugreci ꝛ pinguedinis anatū ꝛ fiat vnguētū. ¶ Aliud. ℞. bdellij stora. ligde armoniaci solue cū oleo hyrino cū frigida. ¶ Aliud olei veteris lib. ij. olei lilij. lib. ß. stora. ligde. ʒ. iij. cere citrine lib. ß. terbēti. ʒ. ij. eufor. ʒ. ij. medulle ceruī. ʒ. iiij. fiat vnguentum ꝛ est optimum.

¶ De colica ꝛ iliaca passione. Cap. XXXIII.

Signa colice.

radicis querc⁹ prunelorum/granatorum/pirorum/mespilorum/ꝛ cotanorum/ꝛ foliorum pdictarum arborum.añ.fasciculum vnū myrti glandiū rosaꝝ siccaꝝ: radicis filicis tyriones rubi foliorum boraginis corrigiole bala sumach risi milij.añ.lib.ß. oia hec vel q̄daz eorum in aq̄ pluuiali bul. ꝛ in isto bal. stet ꝛ sedeat in mane ꝛ in sero q̄ztū pa.placet:ꝛ ibi sumat athanasiā vel micletā cū succo plantagis vel çucbcaꝝ ros. antiquū saltē vel aliq̄ ꝯstrictiua:ꝛ vtat̄ alijs ꝯstrictiuis dictis superius. ¶ Itez fiat epithima.℞.corticis maligra.balau. laudani galbani ros.masti. mēthe cōis gumi ara. sanda.al. ꝛ ru.añ. terant̄:ꝛ oia cū aq̄ ros.distēperent̄.Et si mā dysenterie fuerit in iferiorib⁹ itestinis epithimet̄ pectē ꝛ renes ꝛ vēter ab vmbilico iferi⁹.Si ꝯo in supiorib⁹ itestinis mā dysenterie fuerit tūc supra vmbilicū.Si ꝯo fuerit in medijs itestinis:qd̄ p dolorē supra vmbilicū cog̊scit̄:tūc dcm̄ epithima supra vmbilicū apponam⁹. ¶ Empl'a ēt ꝛ epithimata in cap'o de diaria de vomitu p̄ter nām ꝯstringendo in his causis competūt. ¶ Itē si mā vt dixi fuerit in medijs itestinis ptiz p medicamē expressiuū:ptiz p syrupos ꝯstrictiuos trociscos balnea clysteria:ꝛ epithimata supius dcā curet̄. ¶ Itē si fuerit dysenteria cū thenasmone fiāt sedatiua thenasmonis:ꝛ oia necia in cap⁹. ꝑprio dicta. ¶ Et si fuerit dysenteria epatica dent̄ syrupi ꝛ electaria ꝛ pul. trocisci ꝯstrictiui dicti. ¶ Electariū qd̄ valet ad oēm dysenterie spēm ꝛ diarie:ꝛ ad quēlz fluxum vētris.℞. sumach gumi arabici boli acatie hypoqistidos myrtillorum.añ.ʒ.iij.lapidis emathitis masti.sang.dra.añ.ʒ.ij.ß.mumie cina.amidi psidie simphiti ros.añ.ʒ.ij.coralli albi ꝛ ru. se.cydoniorum ꝛ papaueris al.añ.ʒ.j.ß.spodij corrigiole:se.acetoselle plantaginis anthere dragagāti camedreos.añ.ʒ.j.maioris ꝯsolide minoris ꝛ medie.añ.ʒ.j.nucis karabe:vel cacabre: se. malue florum oçimi.añ.ʒ.j.succi arnoglosse:succi cimarū rubi:succi cydoniorum ꝛ virge pasto. ꝛ plātagis.añ.ʒ.j.çuccha/ri ros.veteris ꝛ çucchari al.q.s.vtat̄ co pa.quotidie:qm̄ est mirabile. ¶ Trocisci mirabiles ad ꝯstringēduz dysenteriam ꝛ oēm fluxū.℞.ros.spodij berberis acatie balaustie hypoqistidos gumi ara.tur.myrrhe:se.coriandri: semi.nasturtij sticados eupatorij.fructuū myrti costi psidie symphiti karabe vel cacabre sandalorum al.ꝛ ru.se.plantaginis: se.acetose:mirabolanorum kebulorum.añ.ʒ.q̄rt.oia hec terāt̄: ꝛ in aceto fortissimo per diē ꝛ noctē iaceāt seu infundant̄: deinde adde pul.boli lapidis emathitis sang. dra.añ.ʒ.j.ꝛ cū aqua pluuiali vel ro.vel succo plantagis cydoniorum vel myrtillorum trociscos in forma:quorum glibet sit pōderis.ʒ.j. ꝛ dent̄.x.vel pul.eorum per clystere iniJciat̄: qm̄ in oi fluxu seu dysenteria sunt experti:ꝛ sic de alijs.

Elect. summi ad oēs fluxum mirabile.

Troci. ad oēs fluxū mirabiles.

Pul. expt. ad oēs dysenteri.

ADditio. Pul. pbat⁹ ad oēm spēm dysenterie siue sit epatica siue itestinalis.Accipiat̄ turtur cū pēnis suis ꝛ iteriora extrahant̄:ꝛ pul. boli ar.san.dra. mumie cum forti aceto ꝛ vitellis ouorum.q.s.ꝯficiat̄:ꝛ ex hoc turtur ipleat̄ ꝛ in olla noua ponat̄ ꝛ optie sigillet̄ in furno panis cōburat̄:ꝛ de ħ pul.des q̄tidie cum succo plantagis vel aq̄ ro.vl' zucchāro ro.antiq̄ vel aliq̄ syrupo ꝯstrictiuo: pbatū est. ¶ Syrup⁹ ꝯstrictiu⁹ in dysenteria valens:ꝛ in fluxu vētris.℞.ros.siccaꝝ.ʒ.ß.sanda.al.ꝛ ru.añ.ʒ.q̄rt.ord. mūdi ꝛ assi.℔.j.ca.ve.M.j.spodij.ʒ.q̄rt.bul.oia isimul in aq̄ pluuiali:ꝛ adde succi arnoglosse vl' q̄nquenerue succi virge pasto. depurati.añ.lib.ß. çucchari.q.s.fiat syrupus. ¶ Et dēt̄ syru.plantagis pbat⁹ ad oēm spēm dysenterie: ꝛ fluxū vētris.℞.succi plātagis depurati.ʒ.iiij.aq̄ pluuia. vel ros. qd̄ melius est lib.j.spodij nucis cypressi balaustie sumach san.dra.gumi ara.masti.thur.gallarum hypoqisti.lapidis emathitis resine.añ.ʒ.ij.terant̄ oia in p̄dicto succo ꝛ aq̄ ros.vsq3 ad medietatē coquant̄:ꝛ addito çuc. fiat syru.

Syrupus expertus.

de quo det̄ quotidie cū aq̄ plu.decoc.spodij gumi arabici masti.assatorum:qm̄ est mirabile ꝛ pbatū. ¶ Trocisci pbati ad dysenteriā ꝛ ad oēm fluxū vētris.℞.glādiū licij fructuū thamarisci thuris balau.añ.ʒ.j.opij gumi ara.masti. asari.añ.ʒ.ß.fiāt trocisci:quorum glibet sit.ʒ.j.ꝛ cū aq̄ ros.ꝯficiant̄:des vnū cū syrupo plantagis vel myrtino vel saltez cū çuccha.ro.vel aq̄ cisterne:stringit eniz fluxū ventris:ꝛ valet ꝯ dysenteriā. ¶ Experimētuz fratris Alberti ꝯ fluxum vētris:accipe caseū durissimū ꝛ antiquatū ꝛ tridat̄ ꝛ ponat̄ in aq̄ pluuiali in qua decocte fuerint balau.thus sumach ꝛ gumi arabicū ꝛ multū in dcā aq̄ coquant̄:ꝛ postea remoueāt̄ ꝛ desiccent̄ cū p̄dictis reb⁹: deide case⁹ grattet̄ cū modico p̄dictarum rerum pul. sup lagana paste leuata bene cocta ponant̄ ꝛ dent̄ pa.q2 quēlibet fluxum stringunt ꝭm Albertū. ¶ Nota q̄ pul.mirabolanorum vstorum sup lar vel sup tegulaz ignitā donec nigrescāt dat⁹ cū çucchāro ro.veteri vel cū syrupo myrtino:vel syru.ro.vel aliquo alio cōstrictiuo mirabil'r stringit oēm fluxū vētris.Et no.q̄ si fluxus est cholericus debēt esse citrini.si flegmaticus kebuli. si mel'icus indi.Et hēas q̄ in oi fluxu sunt expti. da.ʒ.j.ad plus.Et qdā addunt vt masti.se.plantagis assatorum.añ.ʒ.ij. gumi ara. assi.ʒ.iij.de pul. mirabolanorum.ʒ.j.ꝛ det̄ bis vel ter in die pa. ¶ Dysenteria vtpl'm fit de flegmate grosso viscoso adherēte fortiter itestinis:q2 diu retinet̄ ꝛ calefit: ꝛ ex ħ acuitatē acgrit:ita vt final'r mordeat itestina ꝛ vlceret:ꝛ inducit ani exitū dolorē pressurā vel expressionem ꝛ pōdus:tūc melior cura est si passio est infra vmbilicū:clystere qd̄ fit.℞.aque lib.j.ß.mellis.ʒ.iiij.teneat multū ꝛ iteret̄ sepius ꝛ in declinatiōe ad roborāduz itestina:in dicto clysteri pōt addi rose in decoc.vel aliud stipticū.Et si mā declinet ad cholerā valet vnctio olei ro.ꝛ aspersio pul.ro. Et si mā ē flegmatica fiat cū oleo masti. ꝛ pulueriçet pul. eiusdē:ꝛ apponat̄ fascia:ꝛ supra ventrē fasciet̄. ¶ Sed si mā est cholerica faciens morsurā ꝛ adustionē in aq̄ ordei spissa bul'.plantago vel solatrū ꝛ dissoluant̄ duo alb.oui ꝛ fiat clystere.ꝛ pōt addi.ʒ.iiij.papaueris albi vsti:pōt addi olei ros.ʒ.ij.gumi ara.ʒ.ij.pōt ligari extrema ꝛ fieri vētose circa epar. ¶ Itez bibat de hac aq̄ in qua bul. ro.assate in tegula gumi ara.assatū bolū ar. itegrū assatū bul'. in aqua ad ꝯsumptionē q̄rte ptis bibat qn̄ vult bibē mane ꝛ sero. ¶ Electariū.℞.ꝯserue ro. ru.coral.ʒ.ij.ß.karabe.ʒ.j. hiacintorum granatorum saphyri.añ.℈.ß.margaritarum.ʒ.ß.si ē dysenteria chol'ica adde acatie.ʒ.ß.ꝛ de crystallis.ʒ.ij. ¶ Empl'z ex se.iusqami albi triti cū al.oui ꝛ modico aceti sup pectinez ꝛ renib⁹:si mā ē chol'ica vel ēt herba pista. ¶ Empl'z ex oleo ro.masti.nucib⁹ veterib⁹:ꝛ glandib⁹ recētib⁹simul pistatis si vmbilico supponat̄ valet dysenterie. ¶ Empl'z ex masti.gumi draga. bolo san.dra. granis granatorum acetosorum:ꝛ granis vuarū acerbarum acatie ꝛ cortice granatorum: ꝛ succo polygonie siue lingue passarine valz. ¶ Reubarbarūz assum datū cū succo plantagis ꝛ modico vini valet. ¶ Lana succida oleo ro.infusa calida supponat̄ vētri dolenti. ¶ Empl'm ex gall'.cortice granatorum myrti sumach florib⁹ malue ros.siccis capriolis vitis siccis dactilis in vino stiptico coctis pone loco dolenti. ¶ Pille ad diariaz. ℞.hypoqistidos balau.lapatij acuti.añ.ʒ.ij.mumie.ʒ.j.fac pillas:da.v.añ prādiuim:ꝛ.v.añ cenā:ꝛ post bibat parum de succo myrti vl' vini austeri. ¶ In cholica dysenteria.℞. karabe:se. acetose:plantagis:berberis:gumi assi:crystalli. añ.ʒ.ij.acatie coral.papaueris al.añ.ʒ.iij.cāphore gra.vij. fiat puluis qui sumat̄ cuz syrupo berberis vel plantagis: vel misce pul.cū çucchāro antiquo ꝛ sumat̄.ʒ.ß.añ prādiū ꝛ cenā:ꝛ in matutinis. ¶ Syrup⁹ de myrto.℞. succi myrti lib.j.succi cydoniorum lib.ß.sumach acatie.añ.ʒ.ij.ro.ʒ.ß. spodij hypoqui.añ.ʒ.j.masti.ʒ.ij.gumi ara. dragā.añ.ʒ.j.ß.

Trocis. expti.

aqua plu.q.s.fiat sy.cũ melle vl' çuccharo:⁊ põt addi succi plantagis lib.ß.se.papaueris al.ʒ.j.aque lib.ß.Succi plantaginis ⁊ portulace ⁊ lapatij acuti valent si cuꝫ eo bibatur ℈.j.coaguli lepo.vel hedi.¶ Mumia cũ succo plantaginis clystericata valet in dysenteria:diapapauer nigrũ vꝫ. ¶ Syru.de berbe.valet:q2 vincit choleraꝫ:⁊ sitim remouet:ventrẽ retinet:cõfert rasure:⁊ fluxui vẽtris: se.acetose valet in p̃dictis:⁊ sit finis huius capituli.xxxvij.

¶ De distemperãtia epatis in caliditate seu frigiditate ex opilatione seu duricie ipsius. Cap.XXXVIII.

Epar multoties distẽperat̃ ex caliditate:aliqñ ex friditate:⁊ aliqñ ẽt opilat̃.Distẽperãtia itaqꝫ in cal'itate seu friditate:aliqñ est cũ hu.vitio:aliqñ sine hũo.vitio.

¶ Signa male complexionis calide.

¶ Si fuerit distẽperãtia epatis cal'a sine humoris vitio cognoscit̃ ꝑ dispõnẽ corpis:qm̃ nõ est plectorica.cog̃scit̃ ẽt per vrinã:q2 nõ est vehemẽter tincta: dolor etiã suꝑ epar nõ sentit̃ nimis intẽsus: ⁊ ẽt egõnes nõ sunt multũ tincte.Si ꝟo fuerit ca.epatis distẽperãtia cũ humoris vitio:tunc vrina appet multuꝫ tincta rubea vel subru. vel citrina vel subcitrina cuꝫ aliquali croceitate superius. Qñqꝫ pungitiu⁹ dolor a latere dextro suꝑ epar sentit̃ calorez:patit̃ infirmus sitim ⁊ oris amaritudinẽ:⁊ color faciei citrinus appet.

Cura.

¶ Calida ꝟo epatis distẽperãtia sine humoris vitio curari soluꝫ põt ꝑ localia adiutoria alterãtia: sicut cũ vnctiõe olei ro.vel vio.cũ populeon:⁊ aceto modico inungẽdo supra epar vel cũ epithimate tali.℞.ros.ʒ.ß. farine ordei.ʒ.j.sanda.al.⁊ ru.cora.al.⁊ ru.añ.ʒ.ij.tẽperent̃ cũ succo endiuie ⁊ solatri vel vermicularis aq̃ ro.vel oleo vio.⁊ epithimet̃ suꝑ epar.¶ Aliud ad ideꝫ.℞.sanda.al.⁊ ru.añ.ʒ.ß.gumi ara.se.portu.spodij.añ.ʒ.ij.terant̃ ⁊ distemperent̃ cũ succo cimaꝝ rubi:⁊ aq̃ ros.⁊ pãnus liquori ipso ĩfusus epati supponat̃. Dieta ẽt frida syrupi fridi ⁊ el'aria frida ⁊c.ẜm q̃ dictum est in.c.de dolore capitis:ex calida aeris distẽperãtia fcõ sine hu.vitio.¶ Si cũ hu.vitio fuerit siue fuerit corp⁹ plectoricũ:⁊ virt⁹ ⁊ etas ꝑmiserint fiat minutio de vena epatꝭ brachij dextri:post det̃ de syru.ros. ⁊ oxiçaccara.añ.ʒ.j.cũ frida.Uel des de isto syru.quolibet mane.ʒ.j.ß.cũ aq̃ decoc.endiuie ⁊ scariole.℞.vol.endiuie epatice cycoree ca.ve.scariole radicis apij asparagi ⁊ brusci.añ.M.ß.ordei mũdi.P.ij.se.cõiuꝫ.ʒ.ij.sanda.al.⁊ rub. añ.ʒ.iij.spodij.ʒ.ij.çuccha.lib.j.succi solatri lib.ß. succi granatoꝝ acetosoꝝ.ʒ.iij.sumat de isto syrupo quousqꝫ mã sit digesta:post euet̃ humor nõ cũ medicia scamoneata:quia mirabil'r nocet epati:purget̃ g̊ cũ deco.in ca°.de dolore capitis ex co.fcõ scripta.Uel cuꝫ ista.℞.ca.ve.scolopendrie epatice.añ.M.j.iuiubas.xv.pruna sicca.xxx.h oĩa in sufficiẽti quãtitate aq̃ bul'.⁊ colature addat̃ çucchari vio.thamarindi cassiefi.añ.ʒ.j.reubar.ʒ.iij.çucchari ro.ʒ.j.vel purget̃ cũ triphero oxi psilitico vel diacatholicon ⁊ sil'ib⁹. Et post purgationẽ dent̃ triasandal'.⁊ diarodon iulij. Syru. etiã violat⁹ ro.epithimata dicta supi⁹ supra epar ponant̃. Et si fuerint qñqꝫ ꝯstipati fiat eis clystere lenitiuũ dietentur:vt in capitulo de dolore capitis ex co. facto dictuꝫ est.

Male cõplexionis frigide signa.

¶ Or si sit epatis distẽperãtia frida cũ hũoris vitio vrina erit alba glauca tenuis:color faciei pallidus:⁊ labia alba pallida:dolor supra epar:⁊ dextrũ hipocũdriũ defect⁹ digestiue stõchi:⁊ post comestionẽ magis molestant̃ :⁊ grauedinẽ ⁊ iflationẽ patiunt̃. ¶ Or si sit epatis distẽperãtia frida sine hũoris vitio:tũc adsunt p̃dcã synthomata:sꝫ nõ ita intẽsa corp⁹ nõ ẽ plectoricũ sꝫ extenuatũ:⁊ tũc solũmõ localib⁹ adiutorijs vel remedijs curat̃. Inungat̃ epar ex oleo laurino/muscellino/agrippa/marciatõ/dialthea:⁊ ceroto in cura stõchi fridi dcõ :⁊ ẽt vnctionib⁹ ⁊ empl'is ibi dictis: fomentet̃ epar spõgia marina ĩtincta in vino deco. baccarũ lauri ⁊ cã epati semꝑ applica.¶ Si ꝟo epatis distemperãtia fuerit frida ⁊ fuerit cũ humoris vitio:digerat̃ mã cũ oximelle cõposito vel cũ syr.tali.℞.floꝝ absinthij camo.añ.ʒ.ß. sq̃nãti.ʒ.j.cyperi.ʒ.iij.spice.ʒ.ij.mel. ru. ⁊ dispumati in hyeme lib.j.ß.in estate ꝟo cõfice cũ çuccharo: postea cũ mã fuerit digesta purget̃ cũ hierapi. Gal'.vl' hieralogodion:vel decoc.in.c.de dolore capi.ex fl'ate fcõ dcã. Et fomẽtet̃ epar vnctiõib⁹ ⁊ epithimatib⁹ in codẽ.c.dcis. ¶ Empl'ꝫ qd̃ ꝯfortat stõchũ ⁊ epar qd̃ ponit Ras. in diuisionib⁹ vtile ẽ in hac cã:dent̃ el'aria cal'a sicut diaciminũ: diaspꝛmaton:diariũ gariofilatuꝫ ⁊ hõ.Uel h elec.℞.cina. ameos gariofi.nucis musca.mast.folij galãge.añ.ʒ.ij.spice cardamomi maioris ⁊ mino.carui ⁊ çinçi.añ.ʒ.j.lignial'.piperis lõgi.añ.℈.iiij.ambre.℈.iij.syru.ro. lib.ij.

Opilationũ epatis signa.

¶ Qñqꝫ opilat̃ epar qd̃ a fridis seu ca.accidit hũorib⁹. si ex fridis hu.aut est in gibbo epatis:⁊ tũc vrina erit al.aquosa ⁊ subtilis:aut in cõcauitate epatis:⁊ tũc appet egestio liquida ⁊ alba:⁊ vrina palida ⁊ subpalida:⁊ dolor sub diafragmate dextro ⁊ tumor. Aliqñ ꝟo accidit ex retẽtiõe hemorrhoidarũ vel mẽstruoꝝ: cui⁹ cura est hemorrhoidas vel menstrua ꝓuocare:vt dcm̃ est.

Cura.

¶ Cuꝫ itaqꝫ ĩpa opilatio ex fri gidis hu.in cõcauitate seu gibbo epatis fuerit:digerat̃ mã cũ syrupo nũc ꝓxĩe scripto:⁊ el'aria dcã dent̃ purgato p̃us corpe vt dcm̃ est:vt in distẽperãtia frida cũ hu.vitio. Uel digerat̃ mã cũ isto syru.ad opilationẽ epatis ex frigiditate optio.℞.radicũ cõiuꝫ.ʒ.j.se.anisi ameos apij sq̃nãti spice galãge çinçi.cina.añ.ʒ.ß.vtat̃ quotidie co.purget̃ vt supra dixi.⁊ vtat̃ el'arijs p̃us dcis. ¶ Or si epar ex ca. hu. fuerit opilatum dolor est supra epar:⁊ qñqꝫ tumor vrina ru. vel subru.vl' citrina tenuis ⁊ sitis.Solet.n.hõ opilatio vt pl'm accidere diuturnis febrib⁹ seu egritudinib⁹:syrupatio igit̃ ⁊ purgatio inũctiões:⁊ alia q̃ in epatis ca.distẽperãtia valere diximus:⁊ in hac causa valent.

Syrupus diaglon.

¶ Syrupus diaglon ad opilationes epatis ex caliditate:⁊ opilationes icteritie ⁊ renum valens contra doloreꝫ.℞.succi scariole apij feniculi depurati.añ.lib.ß.coquãt̃ in aqua se.cõium ꝯtusoꝝ. ʒ.ij.ca.ve.epatice scolopẽdrie radicis ⁊ se.fe. ⁊ anisi.añ.ʒ.j. ⁊ cũ cocta fuerit p̃dcã adde colature ipsoꝝ succos p̃dictos ⁊ çucchari.q.s.⁊ reub.pulueri.ʒ.j.inunctiones empl'a ⁊ oĩa supradcã in hac cã fiant.

Duricia epatis Cura.

¶ Or si duricies epatꝭ affuerit ex cã ca.radices vrticaꝝ ⁊ frõdes caꝝ : ⁊ ficus siccas in aqua fac decoq:⁊ addita farina ordei ⁊ paꝝ aceti vl' agreste fac empl'ꝫ.Si ꝟo ex cã frida fuerit in vino coquant̃ p̃dicta ⁊ epati applicent̃.Itẽ se.lini fenugre.⁊ radix maluauisci sil' coquant̃:⁊ addito butyro fac empl'ꝫ ⁊ epati applicet̃.Aliud ad idẽ.butyrũ oleũ ⁊ acetũ sil' diu coquãt̃:⁊ addita cera fiat in modũ vnguẽti ⁊ inungat̃ epar ex h vng'°. ¶ Fructus capparis comedãt epici:asparagos:bruscos:lupulos:ius ciccerũ:pullos:hedos:⁊ hõ:vinũ subtile ⁊ lymphatũ bibãt.

¶ Additiones.syrup⁹ ꝑ me cõposit⁹ ad epatis opilationes fridas ⁊ ẽt splenis.℞.scolopendrie:ca.ve. lapatij acuti lenistici rute.añ.M.ß.radi. cõium radicis acori glandiole. añ.ʒ.i.se.cõium.ʒ.ij.se.sinapis apij feni.petro.macedonici. ana.ʒ.ij.camedreos camipiteos valeriane. añ.M.j.ordei mundati.P.j.radices ⁊ semi.cõia p̃dicta per noctẽ iaceãt in forti aceto : mane ꝟo in vino ⁊ aqua bul'. ⁊ colent̃ addito melle dispumato fiat syrupus: ⁊ dum coquatur irroretur semper cum dicto aceto.

¶ De mala cõplexione calida epatis seu frigida humida vel sicca. Cap.XXXIX.

Signa cõplexionis calide.

Cum de passione epatis ad p̃ns tractem⁹: videamus de mala cõpl'one epatis calida frigida humida ⁊ sicca. ¶ Cõpl'onis igit̃ calide plus q̃ opꝫ signa sunt hec. Facies citrina amplitudo venaꝝ:vrina colorata ⁊ tincta:egõnes etiam

Cura.

etiā tincte: dolor dextri hypocūdrij: ⁊ ēt ex manifesta cā. ¶ Cura hec est sicut dicit Auicē. vt fiat p̄mo subtiliatio in regimine: ⁊ nō dent̄ res aquose vehemētis friditatis: lʒ sit dyscrasia ca. qr opilat̄ epar. Et pp̄ h̄ cū infridantib⁹ docet nos dare aliqđ aperitiuū sicut apiuʒ endiuia vel cycorea q̄ est melior. Fiat itaqʒ syrup⁹ ad hoc exptus. ℞. succi endiuie cycoree apij feniculi coriandri hūidi: de oib⁹ istis succis depuratis. aā. ℥. iij. croci. ʒ. i. ß. succi granatoꝝ acetosoꝝ. ʒ. v. çucchari albi lib. ij. ß. ¶ Aliud ad idē expertuʒ: ⁊ spālr si vis educere cholerā. ℞. aloes epatici. ʒ. ij. succi cycoree depurati. ℥. ij. çuccha. ℥. i. Idē valet si des p̄dcō loco ipsius aloes. ℥. q̄rtā. reubarbari cū succo cycoree vel scariole depurato: ⁊. ℥. i. çucchari: mirabilr enim cholerā educit. Iteʒ dent̄ trocisci ad h̄ expti. ℞. berberis. ʒ. x. endiuie citrulloꝝ excorticatoꝝ: se. portulace. aā. ʒ. iij. ro. ʒ. ij. spice. ℈. j. cōfice cū succo endiuie: ⁊ sit qlibet trociscus. ʒ. i. ⁊ des euʒ cū syru. acetoso de çuccharo. Et si fuerit cōstipat⁹ cū aq̄ prunoꝝ ⁊ thamarindoꝝ det̄: ⁊ aliqđ clystere lenitiuū si fuerit nc̄iuʒ fiat. ¶ Qr si fuerit mala cōplo epatꝭ sicca his signis coḡscit̄: adest corpis extenuatio: vrine tenuitas: vene dure ⁊ vlr corpis hitudo sicca. ¶ Cuius cura gn̄alis est humectare epar cū cibis ⁊ potibus ⁊ emplis humectātib⁹: q̄ oia in cap̄. de ethica deo dāte dicent̄. Itē clariuʒ ad restaurationē humiditatis: syrup⁹ humiditatis restauratiu⁹ bal. aq̄ tepi. vl deco. nenufa. ro. ordei triti ⁊ floꝝ camo. Et empla fiant supra ipm epar humectātia: q̄ oia in ca°. de ethica dicent̄: ⁊ pp̄ h̄ ad p̄ns de ipsis nō facio mētionē. ¶ Qr si fuerit mala cōplo epatis frida adest discoloratio faciei hipocundrij dextri dolor aggrauatiuus: vrine discoloratio: mala digestio: ⁊ corpis hitudo frida: venter ⁊ hipocūdria nuda pilis ⁊ vene anguste: fm q̄ dicit Gal. in techni. ¶ Fiat syru. in hac cā optimus. ℞. se. feni. apij anisi. aā. ℥. ß. masti. ʒ. ij. corticis radicis fenic. ⁊ apij. aā. ℥. j. eupatorij absinthij. aā. M. ß. lacce lote calami aromati. aristolo. ro. costi dul. ⁊ amari. aā. ʒ. iij. squinanti ʒ. iiij. çucchari lib. ij. detur cuʒ ca. ⁊ scias q̄ iste syrup⁹ valet in oi spē hydropisis. ¶ Itē dent̄ syrupatis trocis. mirabiles qui. ℞. spice masti. cyperi squinanti calami aroma. croci. aā. ʒ. i. ß. se. feni. anisi. aā. ʒ. ij. conficiant̄ cū succo absinthij: ⁊ sit qlibet trociscus. ʒ. j. det̄ vn⁹ cū decoc. eupato. Claria ca. ⁊ dieta ca. ⁊ vnctiōes ⁊ emplationes ca. fm q̄ dcm̄ est in caplo de mala cōplone frigida stōchi iungant̄. ¶ Qr si fuerit mala cōplo epatis humida adest inflatio faciei: spissitudo vrine: abūdantia saliue frequēs: inuenit̄ corpus vniuersuʒ molle. ¶ Et cura eius est iniungere abstinētiā cibi ⁊ pot⁹ multi: ⁊ spālr pisciū lactis aque fride potū euitare ⁊ silia. Exercitiū an̄ comestionem iniungat̄: ⁊ cibaria sicut siccus panis biscoct⁹ durus: parū vini odoriferi puri det̄ paꝝ: ⁊ lymphet̄ vinum cum aqua decoc. radicis feni. spice cinamomi ⁊ sqnanti: cibaria sicca ⁊ assata exhibeant̄. ¶ Iteʒ dent̄ isti trocisci. ℞. lacce lote ʒ. iij. spice: se. apij ameos masti. squināti: se. aspagi ⁊ iuniperi costi ama. rub. tinctoꝝ amygd. amaraꝝ: succi eupatorij aristo. asari gentiane. aā. ʒ. iij. ß. informent̄ trocis. cuʒ succo feni. quoꝝ qlibet sit. ʒ. j. det̄ vnus de mane cū decoc. sqnāti ⁊ radicis feni. vel cuʒ syrupo melliloti. ¶ De apostemate xo epatis hic nō loquar: qr de hoc tractabo in tractatu de feb. cum hoc apostemate sine fe. esse nō possit.

Signa male cōplo. sicce. Et cura.

Signa male cōplo. fride.

Cura.

Signa male cōplo. humide Cura.

Additiones. Quidam dixit mihi q̄ passus fuit tantā calefactionē epatis q̄ oculi ei⁹ erāt oēs citrini: ⁊ ipse tot⁹ erat citrinus effect⁹: ⁊ dolorē etiā in latere dextro sentiebat intēsissimū: ⁊ q̄si oia bōa sua cōsumpserat in cōsilijs pboꝝ medicoꝝ nec curari potuit. Cui qdā peregrin⁹ supueniens dixit. Accipe vnū ouū galline ⁊ euacua ipsuʒ fcō foramine in eo ⁊ eijce vitelluʒ: ⁊ cū clara misce tantū aq̄ ro. bone q̄ sit plenum ⁊ misce bn̄: ⁊ bibe oi mane p. ix. dies: q fecit h̄ ⁊ liberat⁹ est: ⁊ oīs illa calefactio recessit. ¶ Dixit mihi magister Ioānes de Peru. q̄ pbauit in se ⁊ etiā in plurib⁹ q habebāt epar calefactū: ⁊ erant citrini sicut icterici: dedit eis de quadam herba q̄ vocat̄ vua canina tres cimas ieiuno stōcho p tres dies ⁊ liberati sunt: vel si ex succo eius ⁊ aceto supra epar inungat̄: valet ēt tantū si hō totus fuerit ictericus.

¶ De ictericia. Cap. XI.

De ictericia p̄mo videamus quid sit icteritia. icteritia est imutatio coloris inati in non natiuū. dr̄ icteria ab ictere q̄ est auis q̄dā: qr in modū auis icteris viridis efficit̄ in hac pas. Consequēter etiā dr̄ alio noie iste morb⁹ arcuatus morb⁹ ad silitudineʒ arcus celestis: vel ēt alio noie morb⁹ regius ad silitudinē regalis auis: qm̄ q patit̄ hūc morbū hʒ colorē ictericū totū viridē quēadmodū regalis auis: fʒ egritudis varietatē ⁊ hūoris variat̄ color cutis in hoc morbo. ¶ Sunt eteniʒ ictericie spēs tres. s. ictericia crocea ex co. nāli: ictericia nigra ex co. nigra: ⁊ ictericia viridis ex co. viridi. ¶ Fit. n. ictericia hoc mō dū cholera exn̄s in epate ificit sanguinē: ⁊ san. trahit̄ ad cutiʒ: cutis tūc intingit̄ ⁊ colorat̄. Et fʒ q̄ varie sūt spēs cholere: vt dcm̄ est: sunt varie spēs ictericie. Qn̄qʒ fit ictericia ex opilatiōe iferioris pori chistis fellis. Qn̄qʒ ex opilatiōe supioris chistis fellis. Qn̄qʒ ex soli⁹ san. feruore. ¶ Si g̊ fiat ab opilatiōe iferioris pori chistis fellis corp⁹ ab vmbilico iferi⁹ est ifectū: ab vmbilico supius nō ē infectū: aut min⁹: oculi crocei sunt: adest oris amaritudo: ⁊ dolor capitis: vētris indigestio: ⁊ egestio est valde cholerica: vomit⁹ xo adest choleric⁹. Si xo porus supius fuerit opilatus: corp⁹ ab vmbilico supius ē valde ifectū: egestio valde cholica: vomit⁹ xo nō est sic ifect⁹: vrina tn̄ est crocea: nec sitis: nec dolor capitis: nec tinitus auriū adsunt. Si xo vterqʒ poroꝝ opilat⁹ fuerit. s. supior ⁊ iferior: adest vrina valde colorata ⁊ crocea: adest ēt fastidiū: nec vomitus: nec egestio sunt valde cholerica. ¶ Qr si ex solo sang. feruēte fiat ictericia adest corpis infectio: corp⁹ tactu calidissimū discernit̄: spālr circa dextrū hipocūdriū: sitis: dolor frontis: auris tinnit⁹: ⁊ toti⁹ corpis ifectio: vrina colorata: cum spuma cōtinua: vomitus ⁊ egestio crocea ⁊ cholera ifecta. ¶ Et nō. q̄ in ictericia crocea ex co. nāli appet spuma crocea sup vrinā. In viridi ictericia appet vrina viridis: ⁊ in nigra ictericia appet in vria spuma nigra. ¶ Qr si apā fuerit in epate p qđ opilatio alicuius pori sit fcā: ⁊ ex h̄ ictericia sit secuta cog̊scit̄ p signa que in trac. de apāte epatis dicent̄ in lib. fe. ¶ Ictericia fit qn̄qʒ in fe. acutis: que si ante diē septimū supueniat maluʒ sign̄at. Sign̄at. n. q̄ mā morbi exteriora petit: vl pp̄ multitudinē ipsi⁹: vl pp̄ sui furiositatē cū augumētatiōe fe. vel synthomatū: h̄ eni ē pessimū. Qr si post diē septimū in acutis fe. supueniat. ⁊ spālr in aliquo die cretico cū diminutiōe fe. ⁊ remissiōe synthomatū: ⁊ alleuiatiōe pa. tūc bonū signū est. ¶ Fit ēt ictericia cuʒ infectiōe melie: vt in splneticis: ⁊ fit cū grauedine q̄dā in sinistro hipocūdrio ipsius pa. ¶ Scđm igit̄ varias spēs ictericie diuersificat̄ ēt vrina. vrina igit̄ rubicūda vl subrubicūda in suba mediocriter tenuis in p̄n°: vel mediocriter spissa in statu vel declinatiōe cū spuma crocea apparē te supius ictericiā croceā sigt̄. Sed talis vrina cuʒ spuma viridi supius appente ictericiā viridē sigt̄ vrina inops: vl chianos in suba p totū spissa cū spuma nigra ictericiaʒ nigrā sigt̄. Synthomata cuiuslibet ictericie sunt dcā supi⁹. Iō ad curā intēdamus. ¶ Si g̊ ex feruore san. vl cholere fuerit ictericia: qr q̄si vno ⁊ codē mō curat̄: si virt⁹ ⁊ etas pmiserit: ⁊ corp⁹ fuerit plectoricum fiat minutio in p̄n° de

Species tres. Cause.

Signa

Prono/stica.

Cura.

vena epatica dextri brachij. Et h dico si nō febricitauerit. Si xo febricitet post q̄rtū diez fiat minutio: vt dictuz est: postea deť oxizacara vel syrup⁹ acetosus cū aq̄ se.cō. ium: vel syrupus diaquilon supra script⁹: vel syru.iste optim⁹ in hac cā. ℞.se.cō. ium.ʒ.ij.radicis apij anisi fenicu.petro. asparagi brusci acori ⁊ cyperi ca.ve.epatice.aā. M.j.hec oīa optime bulliant: ⁊ colatura cū tantūdez succi scariole ⁊ cicoree depuratoꝝ apponat: ⁊ addito zuccharo fiat syru. postea cū mā fuerit digesta purgeť cū decoc. in ca⁹. de dolore capi.ex co.⁊ san. facto dicta: deť triphera saracenica simplex in mane vel oxi.vel psiliticus: vel diaprunis: vel zuccharū ro.vel aqua.ʒ.ß.reubarbari qd in succo scariole per nocte iacuerit: addito syrupo viol. q̄r mirabil'r valet. ℂ Et ea que dicta sunt in opilatiōe epatis ex ca.causa: in hac cā valent. Jnungat epar bis vel ter in die ex oleo vio. ro.populeon ⁊ sil'ibus. Succus pentaphilon in quo distēperatū sit olibanū al.limatū si in potu deť soluit ictericiā. ℂ Pillule optime ad ictericiaz. ℞.aloes scamonee.aā.ʒ. q̄rtj.agarici.ʒ.v.succi eupatorij.ʒ.iij.formenť pillule cum succo endiuie ⁊ denť ꝑm vires. Jtē ius cicerū ru. datū mirabiliter valet: ⁊ spāliter si cū succo endiuie cicoree feni.⁊ apij coquātur. Syrupus ēt diaquilon in ca⁹. de distēperātia ⁊ opilatiōe epatis ex ca. cā facta dictus deť. triasandali diarodon ⁊ hō tribuanť. Si xo febricitauerit lactuce scariola ⁊ hō cocta: ⁊ cū aceto vel succo citrāguloꝝ vel agresta preparata comedant lac amig. farinā ordei ⁊ hō: comedāt lac se.cō. iuz bibāt: candi penidias micā panis lotā cū zuccha. comedāt. Si xo nō febricitauerit pullos: sturnos: ꝑdices: phasianos: pisces petrosos: aspagos: brusculos: lupulos: ⁊ brodiū cicerū ꝑparatū: sic dictū ē supra ⁊ sil'ia comedāt: vinū subtile ⁊ lymphatū bibant cū lacte se.cō. ium. ℂ Si xo ictericia fuerit ꝑꝑ splenis vitiū cureť splen cuz syru.apiētib⁹ opilationē ipsi⁹ splenis cū purgatiōib⁹ ⁊ vnctionib⁹ ⁊ emplr̄is: de qb⁹ deo dāte in ꝑꝑo trac. loquar.

Additio. Cura expta ad ictericiaz iam sparsam per totū corp⁹ valde antiquā: vtať aliquib⁹ dieb⁹ syru. facto ex caprifolio: scolopendria: epatica: ca. ve. adianthos ⁊ seminib⁹ cōibus: post sumat hāc lotiram. ℞.seri lactis caprini lib.i.reubar.boni.ʒ.ij.pulpe coloquintide spicenardi.aā.ʒ.j.zuccari ro.⁊ viol.aā.℈.j.deť in mane. Jtē deť cōis triphera saracenica diaprunis ⁊ triasanda.q̄nq̄z. ℂ Jurauit q̄daz mihi q̄ cū isto syrupo experimentato plures ictericos curauit. Accipiebat sterc⁹ asini recens ⁊ ipsuz ponebat in duob⁹ cyathis vini albi subtilis ⁊ puri: ⁊ ipsuz manib⁹ malaxabat: deinde ꝑmittebat ipm stercus facere residentiā: ⁊ de vino clariori ad mensuram vnius cyathi tribuebat in potu icterico: deide faciebat ipz in lecto bene cooperire ⁊ statim sudabat ⁊ vrinabat; ⁊ sic mā ictericie optime euacuabať: ⁊ hoc experimēto dixit se vltra.xx.ictericos curasse. ℂ Quidā curabat ictericos accipiendo stercus ante dictū ⁊ faciebat exiccari: ⁊ exiccatū ꝑmiscebat cū zuccharo: ⁊ simul mista in potu cū vino al. subtili dabat mane ad bibendū. ℂ Syrup⁹ mirabilis ad ictericiā. ℞.succi absinthij fumiterre ⁊ cicoree depurati: semi.cō. ium ⁊ ordei mūdati quātum ꝑdicti succi ⁊ zuccharī.q.s. Et sumat de eo ictericus quotidie, cū lacte: se.cō. ium: q̄m miro mō valet. ℂ Contra calefactionē epatis ⁊ ictericiam. ℞.scolopēdrie epatice graminis.aā. M.j.vio.ʒ.iij. floꝝ boraginis.ʒ.j.cassiefi. mūdate thamarindi.aā.ʒ.ß.mirabolanꝝ citrinoꝝ ⁊ indoꝝ.aā.ʒ.j.ß.reubar.ʒ.iij.fiat decoctio in aqua temperenť reubarbaꝝ ⁊ mirabolani ⁊ colature addanť cassiefi. ⁊ thamarindi ⁊ denť tepida in aurora: succi vel radicis panis porcini.ʒ.ij.valet ictericis, succi rostri porcini.ʒ.iij.valent si pluries sumať.

ℂ De hydropisi. Cap. XLI.

Hydropisis est error digestiue virtutis epatis tumorē ⁊ inflationē membroꝝ ꝑter nām gn̄ans: duz enim virtus digestiua in epate debilitať humores supflui gn̄anť qui ab actione nāe derelicti a mēbris ad exteriora expellunť: vñ exteriora inflanť. ℂ Ex distēperātia enim caliditatis: friditatis: humiditatis: ⁊ siccitatis: errat virtus epatis digestiua: ⁊ sic ex errore ipsius cōtingit siue cōsurgit hydropisis vt dcm̄ est. ℂ Et ex nimia ēt retētiōe mēstruoꝝ ⁊ hemorrhoidaꝝ: vł fluxus sanguīs fit hydropisis: dū.n. dicta ꝯsueta sūt fluere ꝑ suas regiones: ⁊ retinenť ꝑter nām virtutes opprimunť ⁊ gn̄anť supfluitates in epate: ex qb⁹ mēbroꝝ inflatio ⁊ tumor ꝑter nāz seqť. ℂ Ex supfluo ēt fluxu hemorrhoidaꝝ mēstruoꝝ: ⁊ sil'iuz ꝑter nāz exoluūtur spūs: debilitanť virtutes ⁊ supfluitates ex indigōne ꝯsurgētes corp⁹ dissoluunť: ⁊ inflatio seqť ⁊ tumor ꝑter nām: ⁊ sic fit hydropisis etiā ex supflua retētiōe: ⁊ supfluo fluxu ꝑdictoꝝ. ℂ Hydropisis quatuor sunt spēs. s. leucoflegmatica: hiposarca: vel anasarca: tympanites: ⁊ asclites. ℂ Leucoflegmatica est species hydropisis que fit ex distemperātia friditatis vł humiditatis: ⁊ dī a leuco qd est albū: q̄m ex flegmate albo fit: vrina est, palida subpalida karopos glauca lactea alba mediocriter tenuis ad spissitudinē tn̄ accedēs in ꝑn⁹ vel per totū spissa longo tpe ꝑcedente: in hac specie appet superficies corpis alba ⁊ mollis: vehemēs inflatio toti⁹ corpis: ⁊ digit⁹ carni impressus signū foraminis facit: sed postea caro paulatim insurgit. ℂ Hiposarca vel anasarca est spēs hydropisis que fit ex distēperātia friditatis ⁊ siccitatis. Et dr ab hypo qd est sub: ⁊ arca qd est caro q̄si posita sub carne: vel q̄r fit de mā posita iuxta carnē: sicut ex sanguie aquoso ꝑ oīa corpis sparso ⁊ diffuso: vñ corp⁹ inflať sed nō vehemēter: ⁊ caro coꝝ fetet. Et q̄nq̄z caro putrefacta emittitur: vrina palida vel subpalida karopos lactea vel alba mediocriter tenuis in ꝑn⁹ vel ꝑ mediū totuz spissa longo tpe appet ꝑcedēte. Et iste due spēs. s. leucoflegmatica ⁊ hyposarca curabiles sunt: si bona adhibeať solicitudo ⁊ cura. ℂ Et tertia spēs que dī asclites que fit ex distēperātia calidi ⁊ humidi: dī ab asclis qd est vter: q̄r coꝝ venter si percutiť cū manu resonat in modū vtris semipleni. Adest inflatio vētris ⁊ imoderata corpis ꝯsumptio: extremitatū gracilitas: nariuz acumen: oculoꝝ cōcauitas ⁊ rotūditas: vrina russa: vel subrussa: ⁊ per totū spissa longo tpe ꝑcedēte ⁊ fit ex linens. ℂ Tympanites est quarta spēs hydropisis ⁊ fit ex distēperātia ca. ⁊ siccitať. Et recipit h passio similitudinariaz denoīationez a tympano: q̄m si venter illoꝝ pcutiať resonat in moduz tympani. Adest inflatio vētris ⁊ pedū ⁊ alia synthomata q̄ sunt in asclite sunt in tympanite tn̄ itēsiora. ℂ Et iste due spēs vix aut nunq̄ curanť. Fiunt.n. ex debilitate virtutis digestiue ⁊ expulsiue: ⁊ imoderata vētositatis abūdantia que de facili dissolui nō pōt: ⁊ ideo incurabiles sunt iste due spēs: nō q̄r oīno sint incurabiles: sed grauissime sunt ad curandum. Memini eniz me vidisse Neapoli plures asclitos quos magister meus curabat tēporibus meis: quādo cū eo studebā cū curis infra scribēdis. ℂ Jtē nota q̄ sitis ⁊ tumor peduz sunt signa familiaria in oī specie hydropisis: ⁊ nō egerūt nisi modicū ⁊ cum angustia. ℂ Jtē nota q̄ si tussis supueniat in hydropisi est signū mortale: ⁊ spāl'r q̄n cū tussi rem eijciūt. ℂ Jtē nō q̄ vt dicit Hippo. in ꝑnosticis. Hydropisis cū fe. acuta pessima: ⁊ reddit ibi Hip. rōnē hui⁹ dicēdo: infestať.n. feb. humore ⁊ grauedine mēbroꝝ. Et hec oīa mala sunt in hydropisi. ℂ Cura magrī mei q̄ curauit plures hydropicos: fiat ꝑmo talis syrup⁹ de q̄ sumat quolibet die.ʒ.j.ß.cū aq̄.siler. vel

Causę.

Species quatuor.

Leucoflegmatica.

Hyposarca.

Asclites.

Tympanites.

Pronostica.

Cura.

vel ſignãti quouſqꝫ mã ſit digeſta. ℞. q̃tuor radicis cõiuꝫ calamẽti ca. ve. endiuie ſcolopẽdrie lingue bouis cappa. recẽtiũ q̃rcule ma. ꝛ mi. adianthos mundi radicis ſalicis berber. oium. añ. M. i. aſari ameos ſileris mõtani. añ. ʒ. i. ſquinãti ſpice celtice ꝛ idice añ. ʒ. vj. ſanda. al. ꝛ rub. ſpody añ. ʒ. ß. ſe. cõium cõtuſoꝝ. ʒ. ij. ꝛ bul. oia in aq̃: ꝛ tunc ex decoc. illa accipiant̃ lib. v. ſucci ſcariole lib. iij. ſucci apy ꝛ feni. añ. lib. i. ß. oium depuratoꝝ: ꝛ ꝣucchari: ꝛ mellis diſpumati. q. ſ. ¶ Digeſta mã purget̃ cuꝫ pill'is ad hydropiſim magr̃i mei exꝑtis. Purgatione eni illaꝝ vidi quencã hydropicũ ꝑ eundẽ fuiſſe curatuꝫ. ℞. v. geneꝝ mirabolanorũ. añ. ʒ. i. turbith. ʒ. ß. ſucci eupatorij. ℈. ij. ſpice celtice ſpicenardi marathri floꝝ roꝛiſmarini nucis indice nucis muſc. añ. ℈. i. cuſcute ſene thimi epithimi. añ. ℈. ij. ß. ſe. aniſi feni. cardamomi. añ. ℈. i. reubarb. reupontici. añ. ℈. i. ß. ſal. cõ. ſal. nitri. añ. ℈. ß. quercule maio. ꝛ mi. añ. ℈. ij. eſule. ℈. i. aloes epatici. ʒ. iiij. lapidis laꝣuli loti. ʒ. ij. ß. ꝯficiantur cũ ſucco abſinthij vel ebuli in cãnello in paſta decocti q̃d melius eſt vel ſaltẽ cuꝫ ſucco feniculi: ꝛ dent̃ ex eis. ʒ. ij. ß. pa. qm̃ ſunt exꝑtiſſime in hydropiſi. ¶ Alie pill'e optime ad aſclitẽ. ℞. reubar. corticis mirabo. citri. añ. ʒ. v. agarici. ſe. fumiterre. añ. ʒ. i. epithimi cuſcute. ſe. cõiũ mũda. añ. ʒ. ij ro. ℈. i. ſe. ſcariole. ℈. ij. ꝯfice cũ ſucco radicis ebuli in canello i paſta cocti: ꝛ dent̃ ex eis. ʒ. ij. ß. ¶ Itẽ ſucc⁹ radicis ebuli ad q̃ntitatẽ. ʒ. i. datus pus coct⁹ i cãnelo i paſta miro mõ valꝫ. Itẽ. ʒ. ij. de pul. epatis lupi exiccati date miro mõ valẽt. ¶ Itẽ. ʒ. i. frõdiũ laureole ĩfuſe pus ꝑ triduũ in forti aceto: poſtea ſiccate: ꝛ pulueriꝣate: ꝛ date in ſero cũ ſyrupo ro. vel vio. oibus hydropicis: ꝛ ſpãl'r in frida cã nil exꝑti⁹ hoc iueni. Itẽ empl'm laxatiuũ q̃d in cura q̃rtane ſcribit̃ a magr̃o meo exꝑtũ: qꜫ cũ eo pl'es ictericos: ꝛ hydropicos curauit. ¶ Trociſ. magi. mei i aſclitẽ optimi. ℞. ro. ſiccaꝝ. ʒ. v. berberis. ʒ. vj. ſe. ſcariole portulace citrulli. añ. ʒ. ij. ſe. apij. ʒ. i. ſpice maſticis lacce reubar. añ. ʒ. ij. fiãt trociſci ex q̃bus q̃lꝫ die accipe vnũ cũ aq̃ decoc. endiuie: vel ſcolopẽdrie: ꝛ ſit q̃lꝫ trociſc⁹ põderis. ʒ. i. ¶ Magr̃ me⁹ mittebat hydropicos ad ſudatoriũ ꝓpe Neapolim: ꝛ q̃lꝫ die ac nocte faciebat eos itrare bis vel ter: poſtea faciebat eos ire ad bal. arcus: ꝛ circuli: ꝛ i exitu balnei faciebat eos vti dia lacca ꝛ trociſcis ſupradictis: ꝛ faciebat inũgi vẽtrẽ: ꝛ latus ſplenis: ꝛ epatis ex marciaton agrippa oleo laurino: ꝛ ſi'libus. Et ſi nõ fueris ꝓpe h̃ bal. fac hydropicos vti bal. ſalſo ſulfu. vel aluminoſo nãl'r vel artificial'r fcõ: vel h̃ balneo. ℞. tribuloꝝ marinoꝝ radicis ꝛ temeritatis ebuloꝝ polycarie ma. ꝛ mi. iunipi folioꝝ lauri ſauine rute pulegij ſaluie ſerpilli. añ. hec oia i aq̃ marina vl' ſalmatina: ꝛ modico vino bulliãt: ꝛ iſtuphet̃ ſepe: ꝛ ſepi⁹: ꝛ inũgat̃: vt dictuꝫ eſt. ¶ Itẽ ſi vẽter pedes: ꝛ cetera loca corꝑis ſt̃ iflata ad deponẽdũ tumorẽ ipoꝝ mẽbroꝝ: terant̃ tribuli marini cũ tãtũdẽ ſterco. boũ ſicci ꝛ epithimet̃: vl' ex ſolis limacijs cũ corticibus ſuis: ꝛ pauco ſale tritis: qꜫ multũ valẽt epithimata in hac cã. ¶ Optimũ cataplaſma ad deponẽdũ quẽlꝫ tumorẽ. ℞. floꝝ camo. melliloti coſti ſpicenardi. añ. terant̃ ꝛ cũ tãtũdẽ ſtercoris bouini miſce: ꝛ oia in forti aceto: vel aq̃ ſalſa bul. ꝛ addita faria ordei fiat ex eis cataplaſma ſupra vẽtrẽ. ꝛ pedes: ꝛ cetera loca tumefacta qm̃ eſt mirabile. ¶ Itẽ empl'ationes: ꝛ cataplaſmata dcã i cap̃. de tũore teſticuloꝝ i hac cã valẽt: ꝛ h⁹ tumorẽ deponũt. ¶ Magr̃ me⁹ iſtos hydropicos maxĩe iflatos: ꝛ tũe fcõs in furno ca. cũ ext̃c⁹ fuit panis ſupra aliquã tabulã in eo poſitã eos faciebat intrare pluries ꝛ ſudare: pn̄t ẽt ſubterrari ſub arena ca. vſqꝫ ad gulã: ꝛ põt fieri i tp̃e multũ ca. vt i dieb⁹ canicularib⁹: vel exponant̃ ſoli: vel i furno ca. ſubterrent̃. ¶ Illinitio ad educẽdũ aquã hydropicoꝝ. ℞. ſucci cucu. aſinini farie orobi eris vſti, añ. diſtẽperent̃ cũ aq̃ vel ſucco lilij celeſtis: ꝛ illiniat̃ ex eis vẽter lũbi: ꝛ pectus ſepe: ꝛ purgabit̃ mã ꝑ vrinã. ¶ Alia linitio ad idẽ. ℞. pulpe collogntide cucu. aſinini recẽ. añ. P. i. frõdiũ laureole triduo in aceto ĩfuſoꝝ tãtũdem ex his lineat̃ vẽter: qꜫ mirabil'r educit aquã hydropicis. ¶ Itẽ euãtio aq̃ in hydropicis fit ꝑ iciſionẽ. ſ. vt icidat̃ vẽter trib⁹ digitĳ ſub vmbilico ꝛ ſtuello ĩpoſito aquã q̃ ide exierit paulatĩꝫ: ꝛ ꝑ iterualla exire ꝑmittas. Or ſi exierit ex vẽtre ĩpius hydropici aq̃ q̃daꝫ nigra: ꝛ fetẽs i modũ amurce olei nigri ꝛ ſpiſſi: tũc os iciſiõis claude: ꝛ vlteri⁹ nõ itromittas te de tali hydropiſi: qꜫ incurabilis eſt. Or ſi exierit aq̃ clara ꝛ citria nõ fetẽs: tũc curari poterit i hũc modũ: imittat̃ i ꝑdicto foramie ſtuellus i medio ꝑforatus i modũ ſpinule vegetis fact⁹ ex argẽto auricalco: vel ere: vl' ligno: ꝛ cũ faſcia liget̃ fortiter poſt ſpatulas ĩpe ſtuellus: ꝛ ꝑ ſpinulã ext̃bas de ĩpa aq̃ modicũ: ꝛ poſtea obtura ac ſi ext̃heres vinũ de vegete: ꝛ deide ꝯforta nãm cuꝫ cibis ꝛ potib⁹ ꝯueniẽtib⁹: ꝛ iteꝝ de ĩpa aq̃ ext̃bas ꝛ poſtea cibũ: vel potũ des: ꝛ ſic ꝑ multos dies labores i ext̃hẽdo dictã aquã: ꝛ in ꝯfortãdo virtutẽ: ꝛ nõ ꝑmittas ĩpaꝫ aquã ſubito exire nec in multa q̃ntitate: qꜫ ſtatiꝫ eger poſſet deficere. Cõſideres ẽt apho. Hippo. in 2ª ꝑticula dicẽtẽ. ſm multũ: ꝛ repẽte ꝛc. Si igit̃ hui⁹ apho. ſciaꝫ memorie cõmẽdes in obſeruãdo ei⁹ ꝑcepta: hydropiſim curare ꝑ iciſionẽ poteris curãdos. Si xo ſubito: ꝛ iordinate: ꝛ i multa q̃ntite ſit: ꝛ ſel' ĩpaꝫ aquã hydropicoꝝ exire ꝑmiſeris icides i vituꝑiũ ꝛ dedec⁹. ¶ Uidi chirurgicũ q̃ vidit quẽdã nobilẽ hydropicũ. ꝛ inq̃t: vultis q̃ eũ curẽ: cui parẽtes dixerũt, volum⁹: ꝛ ſtatiꝫ icidit ĩpm ſub vmbilico: ꝛ aq̃ citrina ſtatiꝫ incepit exire: ꝛ ĩpe tãq̃ fatu⁹ vnã lagenã ex ĩpa aq̃ i p̃ᵃ vice extraxit ꝛ euacuatus eſt vẽter: ꝛ ille ait parẽtib⁹: curatus eſt hydropicus ꝛ liberat⁹. In ſequẽti xo nocte ꝓꝑ ſubitã euãtionẽ ꝛ multã mortu⁹ eſt: ꝛ ſic chirurgicus fuit i mortĳ ꝑiculo.

Expertissimum

Mirabile

Modus incidendi.

ADditiones.

Pill'e experte ad hydropiſiꝫ: ꝛ pedũ tumorẽ: ꝛ aquã citrinã mirabil'r euacuãtes. ℞. pulpe collogntide ſerapini. añ. ʒ. viij. diagridij i coctano vel paſta cocti. ʒ. iij. ſaliſgẽme. ʒ. i. ꝯficiant̃ cũ ſucco abſinthij: da. ʒ. i. ß. vel circa. ſunt. n. mirabiles: ꝛ in pl'ibus ꝓbate. ¶ Syrupus ad quãlꝫ ſpẽꝫ hydropiſis. ℞. aq̃ decoc. radicũ cõiũ: ꝛ ordei mũdi lib. i. ꝛ ſucci radicũ cõium lib. i. ſucci radicis ſambuci: ꝛ ebuli: ꝛ teneritatis cimaꝝ coꝝ fumiterre abſinthij. añ. ʒ. iij. mell', q. ſ. ¶ Dixit mihi magr̃ Joães de Florentia q̃ q̃dã theutonicus fidedign⁹ dixit: q̃ curabat oẽs hydropicos h̃ mõ: dãdo eis in potu de tertio in tertiũ: de cẽtaurea maiori pulueriꝣata. ʒ. i. ꝛ ſemis aniſi carui. añ. ʒ. ß. ꝓbauit eni i pluribus. Et magr̃ Joães dama. dicit q̃ qñ dat̃ cũ aq̃ decoc. ameos ꝛ maſti. multũ vigorat̃ eius operatio: ꝛ ꝓfert multũ opilationibus ſplenis. ¶ Pill'e quas cõpoſui ꝓ q̃dã dña pa. hydropiſim. ℞. trociſcos quos ponit Almanſor cap̃. de hydropiſi: pillularũ cochiarũ ꝛ aur. añ. ʒ. iij. diagridij boni. ʒ. i. ß. cõfice cum ſucco ebuli cocto cum cãnello in paſta inoluto. ꝛ in furno poſito dedi. v. vel vj. vicib⁹: ꝛ eſt alleuiata pa. det̃ de tertio in tertiũ. ¶ Electuariũ magr̃i mei optimũ ad hydropiſim. ℞. ariſto. longe: ꝛ ro. centauree minoris q̃rcule maio. ꝛ mino. lacce ſquinãti lignial'. ro. añ. ʒ. iiij. ſpice ſemẽ apij cubebe fiſtici hyſopi gar. marubij ſticados cinamomi. añ. ʒ. viij. ameos mẽthe. añ. ʒ. v. ꝣucchari mell'. añ. q. ſ. ¶ Syrup⁹ ad hydropiſim. ℞. radicis ebuli filipẽdule herbe venti maioris mediie: ꝛ minoris hircos. añ. fiat ſyrup⁹. ¶ Ad hydropiſiꝫ de frida cã euacuãs aquã. ℞. agar. ariſto. lõ. ꝛ ro. añ. ʒ. ij. ß. ſucci cucu. aſinini ſiccati. ʒ. ß. ſerapini. ʒ. ij. q̃ diſſoluant̃ in ſucco radicis hircos gar. vel ſpice maſti. añ. ʒ. ß. fiãt pill'e cuꝫ vino aromatico vel decoc. radicis leuiſtici. ¶ Alie pillule valentes in frigida ꝛ tympanite. ℞. bicre. ʒ. vj. ſerapi

ni agar.salis indi corticis meçereon:florum squinanti suc ci eupatori.añ.ʒ.i.euforbij.ʒ.i.ß. turbith.ʒ.vij.succi absin thij.ʒ.iij.succi radicis hireos.ʒ.ij.fac pillłas:da.ʒ.i.cũ aqua endiuie. ¶ Succi hircos.ʒ.iij.mane sũpte soluũt nãz ven tris.x.vicibꝫ.ꝛ ꝓseruãt lõgo tpe ab ĩflatione pedũ:ꝛ ab hy dropisi:ꝛ bibiť crudus. ¶ Succus radicis sansuci cũ oxi melle datꝫ iuuať ad hydropisiz.Jtẽ granũ euforbij in ouo sorbili datũ.Tria grana alkekengi trita:ꝛ cũ vino al.ꝛ bo no data euãant multũ vrinã ĩ hydropicis:syrupus de radi cibꝫ ꝛ se.cõibꝫ ĩ oĩ hydropisi vꝫ.Jn pñꝰ vꝫ decoc.spice nar di in sero capno:sero ꝛ mane:ꝛ qñcũqꝫ:qꝛ lõgo vsu curat.

¶ De passionibus splenis. Cap.XLII.

Plures in splene gñanť passiões:sič est opilło/duricies/tumor.ꝛ hꝫ.Cuz eni splen bẽat depurare epar a supfluitate me lãcholica:qñqꝫ ĩpediť eiꝰ opatio sic ꝙ opilať ꝛ indurať ꝛ tumescit.Et h accidit qñ qs lõgo tpe vtiť dieta gñante melĩã:sič sũt carnes vaccine porcine bubaline capne dactyli ꝛ leguĩa ꝛ cibaria hu. grossũ gñan tia: ꝛ cũ qs laborat ꝛ fortiter sudat.deĩde subito infridať.ꝛ lõga egritudie cũ qs spãlr in ea nõ est vsus bono regimie in dieta:sič est q̃rtana ꝛ hꝫ:cũ multã aquã fridã in egritu die potauit ĩfirmus.Ex qbꝰ oĩbꝰ melĩa gñata in multa q̃ titate splẽ qđ est suũ receptaculũ replet ꝛ distẽdit:ꝛ ĩpm ꝑ ter nãm ĩflat.Et signũ distinctiuũ huiꝰ est:qꝛ h ĩflatio ꝛ di

Signa.

stẽsio nõ sꝑ eadẽ ꝑmanet:sꝫ nũc aduẽit:mõ recedit. ¶ Si gna spleneticoꝝ ꝛ ꝙ hũor melãcholicus sit in cã:ꝛ spãlr si nõ fuerit calefactio epatis sũt hec:vrina taliũ appet citri na vel subcitrina.discolorata ꝛ limpida ꝛ tenuis:ꝛ ꝑ totũ virgulata adest tumor sub sinistro hypocũdrio:qñqꝫ cum dolore ꝛ grauedie:añ prãdiũ melius se hñt q̃ꝫ post.ꝛ spãlr cũ comederint cibaria ĩdigestibilia melĩam gñantia.de q bus dcm̃ est supra.Sũt eni pigri ad motũ ꝛ graues valde in coxis ꝛ ꝑtibus ĩterioribꝰ:ꝛ spãlr qñ legumina ꝛ cibaria grossa comedũt vt dixi:ꝛ cũ volũt gradus ascẽdere scalaꝝ vł mõtẽ multũ laborãt ꝛ anhelitũ cũ difficultate attrahũt. sic ꝙ si qs obturet os ĩ illo ascẽsu q̃ꝫ stati suffocareť. Adest ẽt pluries vẽtris ꝯstipatio:ꝛ si ꝑ lõgũ tp̃s durauerit adest totius corꝑis discoloratio:extremitatũ gracilitas:dolor si nistre ꝑtis capitis:ꝛ qñqꝫ san.per sinistrã narez emittitur.

Pronostica.

¶ Que pas.si diuturna fuerit.ꝛ ĩ sclirosim cõuersa fuerit: grauiter curať:qđ palã est videre cũ sinistrũ latus diu exti terit duꝝ totꝰ vẽter creuit ꝛ facies pallescit:ꝛ collũ macre scit:ꝛ tibie qñqꝫ rũpunť ꝛ tristať ĩfirmꝰ ꝛ piger existit ꝛ si milia accñtia appent.Aliqñ opilať splẽ ex mã ꝑ calorẽ et ebullitionẽ ibidẽ ĩspissata:qđ cog̃sciť ex tumore ĩpius su pradicto ex fe.lẽta si fuerit ĩpm apa ex hu.frido.Si ꝟo ex ca.fuerit dolor erit acutus ꝛ feb. acuta. Apata.n.in splene epate stõcho costis:ꝛ in hꝫ iterioribꝰ eẽ nõ pñt qn fe. ea sꝑ cõiteť.

Signa cholere.

¶ Aliqñ ꝟo fiunt ꝓdicte egritudies splenis ex co. cũ nimis supabũdat.ita ꝙ nõ solũ ad kistim fellis:sꝫ ẽt ad splenẽ ꝑ incõtinẽtiã mittiť:ꝛ tũc vrina taliũ appet colora ta ꝛ tenuis vẽtris fluxus:dolor in sinistro hypocũdrio pũ

Cura.

gitiuus totũ corpus croceo colore infectũ/sitis/oris amari tudo:vigilie.ꝛ silĩa chołe accñtia. ¶ Syrupus magi. mei ad vitia splenis optimus. ℞.corticis radicis fe. capparis apij.añ.ʒ.i.se.scariole anisi fen.añ.ʒ.iij.spice sgnãti.añ.ʒ.ß. i.cassiefi.cuscute cardamomi.añ.ʒ.q̃rti.scolopẽdrie frõdiũ scariole boraginis anisi frondes.añ.xxv.aq̃ ꝛ aceti lib.iij. cõtusa in ꝓdicto aceto:ꝛ aq̃ ꝑ diẽ ꝛ noctẽ iaceãt:deide vsqꝫ ad medietatis ꝯsumptionẽ buł.ꝛ addito çuccharo fiat sy ru.in quo colato ponať.ʒ.ß.croci optimi puluericati:ꝛ deť mane quolꝫ.ʒ.i.ß.de hoc syrupo cũ aq̃ salicis:ꝛ tamarisci quousqꝫ mã sit digesta. ¶ Deinde purgeť cũ pillłis sine g bus esse nolo:vel cũ aur.ꝛ arthiticis:vel cũ pillłis istis.℞. spice.ʒ.ij.agarici reubar.amomi epithimi masti. croci co sti camedreos.añ.ʒ.i.ß.myrrhe cinnamomi sgnãti gariofi. añ.ʒ.ß.aloes epatici.ʒ.iiij.cõfice cũ vino:ꝛ deť ex his pil lulis.ʒ.ij. ¶ Uel purgeť cũ decoc.tali.℞. scolopẽdrie ca. ve.epatice radicis rubee maioris paritarie.añ.M.i.se.fe. apij sgnãti anisi.añ.ʒ.ß.se.cõium ꝯtusoꝝ.ʒ.ij.hec oĩa in.iij. lib.aque buł.quousqꝫ ad vnã redeant:ꝛ coleť:ꝛ colature addať.ʒ.i.mirabolanoꝝ citri.ꝛ indoꝝ.ʒ.ß.subtilr pul.ma ne ꝟo ꝑ stamineã coleť:ꝛ additis.ʒ.ij.çucchari deť totũ in potu in aurora. ¶ Eodẽ mõ põt dare mirabolanos citri nos:ꝛ indos si iaceãt ꝑ noctẽ ĩ lib.i.seri caprini ꝛ mane cũ çuccharo ꝓpineť valet ꝛ hoc mirabilr ad hydropisim. ¶ Post euacuationẽ deť vnus de trociscis istis cũ decoc. capparoꝝ:ꝛ scolopendrie:ꝛ põderet qlꝫ.ʒ.i.℞.corticis ra dicis capparis in aceto ĩfusi:ꝛ desiccati.ʒ.i.se.agnicasti ari stologie lon.scolopẽdrie. añ.ʒ.iij.oppoponacis.ʒ.iiij.radi. buglose.ʒ.viij.ꝯficianť cũ aceto ꝓdicto. ¶ Alij trocisci ad idẽ exꝑti.℞.ros.x.ʒ.spodij se.cõium portulace.añ.ʒ.iij.ß.ꝛ grana.xv.reubarbari scolopendrie sicce.añ.ʒ.i.ß.croci.ʒ.i. cãphore.ʒ.ß.ꝯficianť cũ succo salicis:ꝛ scariole:ꝛ sit quilꝫ trociscus.ʒ.i.ß.deť in sero cũ aq̃ ꝓdicta:ꝛ ẽt si fuerit epatis calefactio:ꝓbatũ est. ¶ Pul.ad vitia splenis optimꝰ.℞. ro.ʒ.ß.spodij reubarbari corticis radicis capparis in ace to infusi scolopẽdrie sicce.añ.ʒ.i.spice masti.policarie ma io.ꝛ mino.añ.ʒ.ij.croci çucchari.añ.ʒ.i.puluericeť oĩa sub tiliter:ꝛ recipiat pa.ʒ.ij.ß.ex illo pul.mane:ꝛ sero cuꝫ vino ca. ¶ Alius pul.ad vitia splenis exꝑtus.℞. anisi.ʒ.ij.çin çi.liquiri.capparis corticis tamarisci.añ.ʒ.i.piꝑis lon.car damomi siluestris radicis acoli.añ.ʒ.ß.apij carui se. rute centauree cassiel.gentiane.añ.ʒ.ij.oĩa in subtilẽ rediganť pul.qbꝰ addať lapidis laçuli loti pul.℈.i.diasene:ꝛ dian tos.añ.ʒ.iij.feruginis ad põdus medietatis oĩum ꝓdicto rũ.oĩa bñ lota:ꝛ mũda que lauãda sũt in vino optio vsqꝫ ad ipsius ꝯsumptionẽ vini coquanť.deide siccenť teranť: ꝛ cribellenť:ꝛ vsui quotidie reseruenť. ¶ Electuariuꝫ ad vitia splenis optimũ.℞.corticis radicis capparis tamari sci in aceto triduo infusoꝝ.añ.iij.sqlle asse asari piretri cẽ tauree maio.piꝑis nigri thimi nigelle apij radicis acrimo nie.se: feni.anisi.añ.ʒ.i.reubarbari reupontici.añ.ʒ.ß. çuc chari.q.s.sumať de hoc electuario in sero ad quãtitatẽ nu cis cũ vino ca.Electuaria ca.sicut diaciminũ diaspermatõ diaçinçi.diacalamẽtũ pliris arcoticon:ꝛ silĩa deť.Exer citiũ añ comestionẽ iniũgať.bal.in ꝓcedẽti ca.dictũ vł alu minosuꝫ:vel salsum fiat sepius. ¶ Et si hec pas.antiquata fuerit ꝛ cũ in aselitẽ cõuerti videať fiat minutio de vena splenis manus sinistre circa reuolutionẽ lune:vel ventose cũ scarificatione:vel sanguisuge supra splenẽ apponanť. ꝛ ꝫm vires sang.extrahať:deinde sepũ arietinũ:vel capri nũ liquefactũ:ꝛ addita cera:ꝛ modico masti.olibani:ꝛ oli fiat cerotũ:in quo ĩfundať petia lini:ꝛ supra splenẽ appo nať ca. ¶ Unguẽtũ optimũ ad splenis duriciẽ:ꝛ opilatio nez.℞. mucilaginis fenugreci. se.lini.se.althee oĩum.añ. lib.ß.armo.in aceto infusi ꝑ noctez.ʒ.iij.succi cyclaminis lib.ß.olei anetini.ʒ.iiij.olei ros.ʒ.ij.cere citrine.q.s.Euapo reť splẽ sepe ex filtro:vel spõgia in aceto infusa ca.exꝑssa: deide abstergať cuꝫ pãno lineo:ꝛ post ex ꝓdicto vnguẽto inũgať. ¶ Aliud vnguẽtũ ad idẽ a magro meo ꝓbatũ.℞. radicũ mal.bismal.brãce vr.radicis filicis brionie.se. lini fenugreci:ꝛ lilij.añ.teranť:ꝛ in aceto buł.ꝛ mucillago ab his extrahať:ꝛ additis olei camo.ʒ.i.olei amyg.ꝛ mellis:ꝛ succi hireos.añ.ʒ.i.ß.gũmi edere.ʒ.ß.butyri:ꝛ cere.q.s. oĩa in malo terre concauo buł.ꝛ inũgať splẽ ex isto vnguento.

Emplm.

¶ Emplm optimũ ad splenis duriciẽ.Accipe malum ter re mundum ab exteriori cortice herbam cicutam cum ra

dicibꝰ lily:brācā vrsi.folꝭ.sinapis rutā saluiā rorēmarinū. anā.terant̄:⁊ i aceto fortissimo vio: ⁊ oleo.anā.coq̄nt̄ q̊usq3 oēs liq̄res ꝯsumant̄:⁊ addito armoniaco:⁊ cera oia isilꝭ incorpes:⁊ supra splenē emplastrent̄. ¶ Itē sacculus plenꝰ limo mole ferrary:⁊ pul.aristo.i aceto ca.sepe ponat̄:⁊ exprimat̄:⁊ splēi applicet̄. ¶ Aliō ad duriciē splēis emplꝫ ꝓbatū. ℞.armōiaci:⁊ i aceto forti ꝑ noctē iaceat.ʒ.y.māe ꝯo liq̄fac:⁊ in mortario cū pistello ferreo circūducat̄ diu: ꝑmiscēdo sibi pul.spice.ʒ.y.se.lini fenugreci floꝝ camo.farine ordei.anā.ʒ.ß.⁊ supra coriū extēdat̄:⁊ applicet̄ spleni:⁊ h̄ fiat corpe ꝑus purgato cū supradcis medicis:vel cum diasene acuato cū euforbio:⁊ silibꝰ. Empl̄a eni vt ait Rasis:nō debēt apponi nisi ꝑus purgatio p̄cedat. ¶ Aliō emplastrū ad idē. ℞.frōdiū tamarisci: ⁊ salicis.anā.M.i.coquant̄ cū aceto fortissimo vsq3 ad ꝯsumptionē aceti:deinde pistent̄ optime:⁊ addita farina ordei.se.lini fenugreci ⁊ radice bismalue trita cū axungia porci liquefacta omnia conficiant̄:⁊ emplastrentur supra splenē patientis.

Pillꝭe mirabiles.

Additio. pillꝭe mirabiles ꝯ vitia splēis ⁊ epatꝭ:aut ꝯ opilatiōes ⁊ duricies:⁊ sclirosim ipoꝝ mēbroꝝ. ℞.mirabolāoꝝ:kebuloꝝ:ēblicoꝝ:bellericoꝝ:idoꝝ:nardi ellebori nigri armoniaci:costi cymini capparū cētaurce minoris.se.agnicasti:lapidis lazuli abluti:dauci:croci:arist.ro.colo. polypo.agar.sene fu.armo.gariofiloꝝ.anā.ʒ.i.splēis canis desiccati.ʒ.y.reubar.q̄ntū ō oibꝰ: aloes tm̄ ad pōdus reubar.⁊ oia p̄dcā ꝯfice cū succo absinthy:⁊ si vis acuē eas cū dyagri.appōe ō ipo cocto i pasta. vi.ptē:vlꝭ ƀ3 ꝙ videbit̄ expedire ad soluēdū magis vlꝭ minus.

Syrupus ꝓbatus.

¶ Syrupꝰ optimꝰ ad vitia splēis ꝓbatꝰ ꝑ me. ℞.radicis raphāi buglosse corticis radicis fraxini:⁊ tamarisci. anā.M.i.sene marathri feniculi cimaꝝ edē ⁊ ebuloꝝ scolopēdrie.anā M.ß.oia i tribꝰ lib.aq̄ ⁊ tribꝰ vini coq̄nt̄ q̊usq3 ad medietatē deueniāt:⁊ additis zuccari:⁊ mellꝭ li.i.ß.fiat syrupꝰ ⁊ ꝑfcē coquat̄:i q̊ addat̄ reubar.ʒ.iy.⁊ reupōtici.ʒ.y.da.ʒ.y.oi māe cū ōcoc.carui:qm̄ ē mirabilꝭ. ¶ Itē si dentur camomillē armo.⁊ corticis raō.tamarisci.anā.ʒ.y.cū decoc.carui:miro mō valꝫ ad p̄dcā. ¶ Itē splē hirci coctꝰ:⁊ pul.⁊ datꝰ mltū ꝯfert spleneticis.

Oleū mirabile.

¶ Oleū miral'e ad splēis oplꝭonē ꝓbatū ꝑ magr3 meū:accipe floꝝ genestre:⁊ i oleo veteri pōe eos ad medietatē:⁊ sꝰ fimo ca.ꝑ.xv.vel vigiti dies dimitte:⁊ fiat sic vngm:cola ⁊ vsui reſua iungēdo:vel fricādo splenē iux̄ ignē.vlꝭ solē. ¶ Vngm ad splenē. ℞.olꝭi tamarisci:olꝭi fraxini:olꝭi muscellini:olꝭi sq̄nāti.anā.ʒ.iy.opoponacis armo.i aceto ꝑ diē nālē isusi.anā.ʒ.y.succi fumiterre.ʒ.i.misceant̄:⁊ fiat vngm. ¶ Aliō ad idē. ℞.oppoponacis galbāi i aceto ꝑ diē ⁊ noctē tēpati siue laudāi.anā.ʒ.i.serapini.ʒ.ß.coq̄nt̄ i aq̄ decoc.scolopēdrie tamarisci fumiterre cappis vlꝭ olei eiꝰ.anā.q̄ntū vꝫ tibi vsq3 ad ꝯsūptionē ita ꝙ nō restēt nisi gūme:post adde olei fraxini:olei tamarisci:olei sq̄lle:olei muscellini:olei cappis.anā.ʒ.ß.icorpent̄ oia silꝭ:⁊ de vna ꝑte fiat vngm:⁊ de alia ēplꝭm. ¶ Itē cymini pul.ʒ.i.ponat̄ supra testā madefactā ad vaporē aceti supra ca.lapidē ꝓiecti aspgat̄ pul.⁊ ca.splēi dolēti applicet̄. ¶ Aliō dolori splēis valꝫ agaricꝰ māifeste:⁊ syrupꝰ radicis ebuli valꝫ. Et axūgia galꝭ.cū ceroto de lilio ⁊ armoniacum dissolutuz in aceto addita fermēti.ʒ.i.ß.fenugreci.ʒ.i. ¶ Vngm ad splenē durū ⁊ opilatū optm magri mei. ℞.agrippe: dialthee:marciatō:olei laurini:cāomellini.anā.ʒ.ß. cere.ʒ.i.ß.oia i malo terre ꝯcauo bulliāt:⁊ i fi.addat̄ cera.

¶ De scabie seu pruritu. Cap. XLIII.

Cause.

Et diacoro diamargariton ⁊ elaryȝ calidis supradictis. Et si p̃ma vice nō ɔcipit mulier factis oībus supradictis. Alio tp̃e adueniēte menstruoꝝ mundificent̃ iterum mēstrua ⁊ fiant oīa p̃dicta ſm p̃dictū ordinem ⁊ hoc bis vel ter fiat si fuerit oportunū. ¶ Or si in calitate vel siccitate fuerit distēperātia. s. in muliere ĩpediens ɔceptionē: purgetur p̃mo humor si in ea fuerit cū medicina ɔueniēti: deinde mulier intret bal. aque calide simplicis oī nocte in quo balneet se ⁊ ibi parū moret̃: ⁊ in exitu tripherā magnā recipiat cū vino lymphato: ⁊ in oī sero suffumiget̃ matrix de aq̃ decoc. violarū: brance vrsine paritarie roſ. ⁊ pulegij: ⁊ suppositoriū ex ipa magna triphera ⁊ olibano sibi supponat. ¶ Ut suppositoriū istud mirabile ad ĩpedimētū ɔceptionis. ℞. sileris mōtani puluerizati. ʒ. ij. coaguli leporis. ʒ. q̃rtā. ɔfice cū melle dispumato ⁊ oleo muscellino vel laurino ⁊ p diē ⁊ noctem vsqȝ ad matutinū supponat̃ ⁊ extrahat̃ ⁊ coeant tunc. ¶ Itē suppositoriū factū soluȝ ex stercore leporis ⁊ melle simul mistis suppositū miro mō ɔceptionē adiuuat ⁊ a salsis ⁊ acutis oīno abstineat. vinū odoriferū ⁊ lymphatū bibat ⁊ tēperata ⁊ hūida dieta vtat̃. ¶ Itē vinū decoc. visci quercini in potu datū valet ad ɔceptionē ⁊ silr̃ vinuȝ musci. ¶ Iteȝ os de corde cerui: serratura eboris circa finē menstruoꝝ in potu data iuuat ad ɔceptionē. Itē vrina elephātis potata valet. ¶ Itē testiculi gallorum ⁊ porcini arefacti ⁊ comesti iuuāt ad ɔceptionē. ¶ Quidā dāt semē sisceleos pecudibꝰ fridis ⁊ dicūt q̇ facit multiplicare fetum in eis. ¶ Itē radix bistorte trita ⁊ cū coagulo leporis ⁊ vino mista ĩposita data ea nocte qua ad mulierē vir vult accedere iuuat ad ɔcipiendū mirabilr̃. ¶ Crispelle iuuātes ad ɔcipiendū. ℞. radicū brāce vrsine arthemisie enule pigami herbe vēti saluie oīuȝ viridiū. añ. ptē. j. radicis bistorte quantuȝ de oībus farine subtilissime ⁊ vitellorum ouorum quantuȝ sufficit: fac crispellas ⁊ cum adipe vel lardo frige eas ⁊ cum melle comedat ex eis. v. vel. vij. in mane: vel quod melius est fiat ex eis placentula sub prunis ardētibus ⁊ detur. ¶ Suppositoriū mirabile adiuuās ad conceptioneȝ. ℞. spice croci: masticis: myrrhe. gallie castorei: melliloti: cordumeni: ireos: bdellij. añ. ʒ. q̃rtā. conficiantur cū adipe anseris vitellis ouoꝝ ⁊ oleo laurino vel muscellino: vel cum oleo de lilio qđ sufficit ⁊ supponat̃ in lana p̃cedentibꝰ p̃us bal. ⁊ ablutionibꝰ p̃dictis: ⁊ quolibet die renouetur. ¶ Aliđ expertū ad idē. Alliū optime mūdetur ⁊ in oleo ro. vel sisamino bulliat quousqȝ dissoluat̃ ⁊ recedat ab eo humiditas ⁊ aquositas deide terat̃ ⁊ inuoluat̃ in lana ⁊ supponat̃ q̃ miro mō iuuat ad ɔcipiendū. ¶ Liciniū vt mulier nō ɔcipiat nisi masculos. ℞. gallie galbani. añ. ʒ. ij. laudani. ʒ. j. ß. storacis liq̇de. ʒ. ij. spice. ℈. j. succi matricarie fellis gatti quātū sufficit ɔfice: ⁊ in lana succida inuoluat̃ ⁊ p̃cedēte balneo ⁊ vsu p̃dictoꝝ supponat̃ per noctē ⁊ hora matutina extrahat̃ ⁊ cū ea coeat. ¶ Aliud pessariū vt mulier nō ɔcipiat nisi masculos. ℞. cere mellis butyri medulle ceruine olei roſ. añ. ʒ. ij. croci cassiefis. cinamomi hysopi añ. ʒ. j. myrrhe storacis aloes terbētine calamēti adipis pullini ⁊ anserini fenugreci: farine volatilis. añ. ʒ. ij. musci grana. vj. fiat ex oībus pessariū ⁊ in vulua vsqȝ ad horā coitꝰ retineat̃. ¶ Itē nota q̇ dicit Phs in libro de aīalibus. q̇ sperma faciēs ad gn̄ationē masculi descendit p testiculū dextrū. p testiculū xo sinistrū descēdit spma faciēs ad generationē femine. Uñ q̄dā dña apud Neapolim dixit mihi q̇ pp hoc qñ intēdebat ĩpregnari in ipso coitu: quū coibat cū viro suo ligabat cū quadā cordula testiculū sinistrū viri sui ꝓpe locuȝ vbi pendebat: ⁊ ipsa masculos semp ɔcipiebat. ¶ Unguētū optimū ad ɔceptionē ⁊ ad mēstrua ꝓuocanda ⁊ ad oēs matricis occasiones. Et est ꝓbatuȝ a q̄dam regina noīe cleopatra ad oīa supradicta. ℞. mellis dispumati phialam vnā: adipis vituli ⁊ vulpis: olei lētisci ⁊ laurini. añ. ℥. ij. butyri. ℥. iiij. adipis vrsi ⁊ cere. añ. lib. j. succi arthemisie phialā. j. hec oīa p̃dicta insil̃ dissoluant̃ et bulliant: ⁊ adde galbani terbētine. añ. ℥. j. zinzi. al. cozūbri. ʒ. ij. thuris. ʒ. j. ß. myrrhe masti. cassie. añ. ʒ. ij. spice: xilobalsami. añ. ℥. j. ameos radicis ireos. añ. ʒ. ij. iusq̄ami: hysopi: pulegij: epithimi: agarici: stora. calamite se. petro. dauci: carui: marathri: anisi añ. ℥. j oīa ĩ subtilissimū pul. redacta p̃dictis rebus addant̃. ⁊ hoc vngm̄ in vase figuli mūdo ɔseruet̃ ⁊ p̃cedente vsu bal. mittat̃ in vuluā cū lana succida in eo intincta ⁊ supponat̃: q̃ ꝓbatuȝ est ad oīa supradicta. ¶ Itē carnes leporine assate supra carbones ⁊ torrefacte ⁊ coaguluȝ leporis cum vino: miro mō iuuant ad ɔcipiendū. ¶ Or si ꝓpter ɔstrictionē matricis mulier ɔcipere nō pōt: qđ per supradicta signa cognoscit̃ ter in die. s. mane meridie et sero abluat se cū aqua decoc. maluarū paritarie brāce vrsine vio. zinzi. fenugreci et silium oīum ɔtusorū: postea maluā vel radicē brāce vr. cū medulla ceruina vel vitulina tritis supponat cū digito qualitercūqȝ pōt in vuluā. ¶ Aliđ ad idē. sansucū ⁊ radix brāce vrsine terant̃ insimul ⁊ supponant̃. Itē malua ⁊ ruta trita cum sepo vaccino: ⁊ supposita miro mō valet: vel solū sepuȝ vaccinū vel medulla vaccina vel ceruina cū lana succida supponant̃: post hec si fuerit elargatū os vulue fiāt bal. et vtatur suppositorijs ⁊ electuarijs supradictis et sic ɔcipiet. ¶ Or si solūmodo in loco vbi dȝ esse vulua sit vnuȝ paruū foramē. et q̇ vix puncta vnius fusi intrare posset qđ vidi in quadā puella bononie tunc incidat̃ vt amplieẗ vulua cū rasorio ɔdecēter per manū chirurgici ꝓbi: ⁊ postea ɔsolidet̃ vt vulnera cetera. Et hec de ĩpedimēto ɔceptionis ad p̃sens dicta sufficiant.

Additio. nota. vltimū et vtile experimētuȝ vt mulier ɔcipiat et est valde leue si hꝰ ĩpedimētū ɔceptionis pp fridaȝ cāȝ vel hūidā eē cognoscat̃. Accipiant̃ herbe cal'e sicut sunt sauina: laurus: flores camo. mellilotū: sansucus, basilicō: matrissilua: herba palꝫ sis: folia citri et hꝰ aromatice et calide in aqua bulliāt in aliquo vase bene obturato sic q̇ non possit aliq̇s vapor ab ipso exire nisi per cannā vnaȝ in medio pforatā cuius caput vnū in vase p̃dicto colloceẗ et aliud caput illiꝰ cāne in vulua mulieris teneat̃: sic q̇ ille fumus tota nocte in vuluā intret et mulier supdormiat: deide post matutinū coeat cū viro suo: q̃ mirabilr̃ iuuat ad ɔcipienduȝ. Et si fuerit cā. calida ĩpediēs ɔceptionē fiat idē suffumigiū ex aqua decoc. violarū vel rosa. symphiti et silium. ¶ Suppositoriuȝ ex stercore vulpis leporis et coagulis eorū et ex fellibꝰ ipsorū: et ex felle et stercore gazelli et ex felle leonis si ex illis oībꝰ vel aliquo p̃dictoꝝ cū pill'is spērum aromaticaꝝ et oleo laurino vel muscellino fiat suppositoriū miro mō adiuuat conceptionē si supponat̃. ¶ Potio ꝓbata vt mulier ɔcipiat et si p plures annos sterilis steterit: et deperditas restaurat carnes et vigorē aīe bonū facit. ℞. vistaginis porri vitis albe. añ. nodos synceros vel pugillos singulos melliloti betonice pimpinelle arthemisie quercule maioris: et minoris: lingue ceruine millefolij capꝰfolij violaꝝ crassule sauine agrimonie: hysopi oīuꝫ viridiū. añ. fasciculū. j. pipis gra. c. cymini. ʒ. iiij. gario. cina. nardi galāge nucis mus. ziz. costi. añ. ʒ. ij. ɔfice sic: nodos vistaginis porri: et vitis albe bn̄ ablutos cuȝ herbis p̃dictis in vino albo bono per duos dies iacere dimittas. Tertia xo die vsquequo tertia pars dicti vini remaneat coquant̃ et optime colent̃: et colature adde mellis dispumati quātū sufficit: et postea puluerē p̃dictarū spērū supaspge: et sumat de eo mane meridie et sero mediū cyathū cuȝ tātūdē vini lymphati misti. ¶ Ut mulier ɔcipiat lanā succidā in lacte asine intingat: et sup vmbilicū eā liget; postea

Si fuerit pp calitatē ⁊ siccitatem.

Si fuerit pp constrictionē matricis.

Si fuerit opilatū os vulue.

postea pul. factū de testiculis verris cū decoc. bistorte ꝛ aq̄
gario. bibat cū vadit dormitū ꝛ hoc post purgationē men/
struorū faciat: postea cū viro coeat ꝛ ꝯcipiet: probatuꝫ est.
¶ Aliud. ℞. saluie hysopi rute. an̄. M. j. terāt ꝛ fac ex illis
suppositoriū ꝛ teneat a muliere in vulua p̄ tres dies ꝛ no/
ctes q̄libet die ꝛ nocte renouādo dictū suppositoriū: deide
extirpet virga cum testiculis a lepore: ꝛ exiccent in furno
vel alibi ꝛ puluerizent: ꝛ de illo pul. sumat quātū capit te/
sta vni⁹ auellane cū cyatho vno vini calidi in sero qn̄ itrat
lectū. In quarta die. s. in matutinis accedat vir ad mulierē
ꝛ cōcipiet. ¶ Balneū optimū. ℞. arthemisie rorismarini
pulegy calamēti origani ꝛ ibi balneet p̄ duos aut tres dies.
ꝛ in exitu bal. sumat magne triphere cuꝫ p̄dicto vino. ʒ. iy.
deinde terat calamētu recēs ꝛ cū melle ꝛ coagulo leporis
ꝯfectis inuoluat in petia lini subtilissima ꝛ in modū digiti
supponat in vuluā: ꝛ teneat p̄ duos dies ibi: postea coeat
cū viro ꝛ est exptū. ¶ Itē fel anseris domestici ꝛ iuuenis
cū succo prassy ꝛ polycarie ꝛ paritarie mistū cū bōbace in
eo itincto supponat in vulua vsqꝫ ad horam matutinalē: ꝛ
tūc coeat: q2 mirabile est. ¶ Ut mulier concipiat: matricē
ceruе sup̄ carbones assatā comedat: p̄batum est. Itē sterc⁹
leporis suppositū cū coagulo ei⁹ vel comestū mirabile est.
Betonica fomētata matrici ꝛ ꝯfecta cū melle ad ꝯcipiēdū
valꝫ: ꝛ silr̄ saluia. Aliud ad idē. ℞. betōice. ʒ. vj. spērū aroma
ticarū tm̄: deide adde bistortā: q2 iuuat retētioni matricis.

¶ De signis impregnationis. ꝛ vtrum mulier conceperit masculum an non. Cap. II.

SIgna cōceptionis sunt hec: mēstrua non
currūt s̄m solitū cursuꝫ sed minorā
tur ꝛ de eis quasi nihil emittit: ꝛ nō appetunt
quēadmodū an̄ qn̄qꝫ appetebāt: iō appetitus
deuastat ꝛ minorat: ꝛ qn̄qꝫ appetūt carbones
ruffos cretā albā ꝛ silia cibaria: mamille sunt duriores soli
to: ꝛ ēt vir sentit i coitu vuluā sugētē v̄gā suā ꝛ spma a mr̄i
ce nō egredit: ꝛ mlier sentit os mr̄icis clausuꝫ ꝛ ꝯiūctū val
de. Nā vt dicit Hippo. in ꝯceptiōe tm̄ claudit ꝛ strigit ma
tricis os: q̄ ēt puncta acus vix itrare posset. ¶ Itē pōt sci
ri si mulier ꝯcepit aut nō: hoc mō s̄m Hippo. in 4° apho.
dicētē. Mulier si vis scire si ꝯcepit qn̄ dormitura est mel
licratū da bibere: ꝛ siqdem torsiōes circa vmbilicū seu vē
trē habuerit: scias q̄ ꝯcepit. si nō: nō ꝯcepit. Mellicratuꝫ
eniꝫ fit ex vna p̄te vini ꝛ alia aq̄ cū melle decoctis. ¶ Iteꝫ
dicit Auicē. q̄ vrina in pregnātib⁹ spissa apparet p̄p retē
tionē superfluitatū: ꝛ etiā appet in ea eē qddaꝫ paruū sicut
cotū carpinatū in fundo vrine residens. ¶ Si vis scire si
mulier feminā vel masculū ꝯceperit exprimi facias vnaꝫ
vel duas guttas lactis a mamillis eius supra aliqd specu
luꝫ: vel enseꝫ: vel supra vnguē. vel supra aliud corpus silr̄
nitidū: ꝛ si illud lac diffundit se ꝛ lubricat p̄ speculū vel en
seꝫ scias q̄ feminaꝫ ꝯcepit. Si xͦo coadunat vel coagulat
simul ipsa gutta lactis scias fetū esse masculinū: p̄batū est.
Itē si mulier masculū ꝯcepit bn̄ colorata est ꝛ leuis ad mo
tū ꝛ venter ei⁹ erit rotūdus: ꝛ plus pendet ad dextrū latus
q̄ ad sinistrū: q2 vt ait Hippo. in apho. Masculi q̄dem in
dextro: femine xͦo in sinistro ꝛc̄. Itē p̄gnans de masculo ci
tius sentit in vētre motum infantis. ¶ Itē nota sicut dicit
Hippo. in apho. Si lac fluit ex mamillis mulierū h̄ntium
fetū in vtero ꝛ ipse mamille lubricāt signuꝫ manifestū est
fetū nō eē sanū. Si xͦo dure fuerint scias fetū esse sanum.

¶ De regimine pregnantiū ꝛ de conseruatione embrionis ꝛ de cautela aborsus. Cap. III.

PRegnantes opꝫ hoc regimine ꝯseruari
ad hoc vt fetus suos custo
diant sanos ꝛ nō abortiant. p̄mo q̄ sint in qete ꝛ
rege ꝛ caueāt sibi a sup̄fluo motu ꝛ saltu ꝛ labore
casu: p̄cussione: pedū eleuatiōe: a nimia repletiōe cibi ꝛ po
tus. a coitu caueāt quātū p̄nt: irā: tristitiā: ꝛ timorē euitent.
Oē acutū ꝛ amarū: sicut capparū: enulā: marubium: absin
thiū: abrotanū: sinapi: erucā: rutā: oliuas imaturas: apiū: al
liū crudū: cepe: ꝛ silia quantū plus possint fugiāt. Et silr̄ fu
giāt oīa p̄uocantia mēstrua: de q̄bus in caplo dicā p̄prio.
¶ In p̄mis q̄tuor mensib⁹ ꝛ a. vy. mēse in antea a flōmia
ꝛ pharmacia oino abstineāt. In p̄n°. n. ligamēta: q̄ cotilido
nes appellant: q̄b⁹ ligat fet⁹ in vtero sunt mollia ꝛ debilia:
vtputa de san. creata: iōqꝫ facile rūpunt. p̄cedente xͦo t̄pe
indurant ꝛ rursus in fine mollificant p̄ maiorē ebullitio
nē que fit in fetu: vt p3 in ligamētis fructuū q̄ in p̄n° a q̄lꝫ
leui vēto molestant: ꝛ de facili cadūt a q̄lꝫ vento tacti: silr̄
est de fetu. Nā si in p̄n°. s. in p̄mis q̄tuor mensibus faceres
flōmiā vel pharmaciā dares: subtraheres nutrimētū ꝛ de
bilitares ligamēta retinētia fetū: cū adhuc nō sint idurata
nec fortia h̄n: ꝛ sic mulier posset abortire. In. v. xͦo mense ꝛ
vj. si fuerit mltū nece pōt vti medicamine leui vel flōmia
minoratiua: q2 tūc ligamēta fet⁹ fortia ꝛ robusta sunt: sicut
silr̄ exēplū de fructib⁹ posui: ꝛ in his oīb⁹ t̄pib⁹ mulier nul
lū mēstruū emittit cū menstrua cedāt in nutrimētū fetus.
Iterū in. vy. mēse vel in antea nō minuas p̄ flōmiam vel
pharmaciā: tūc. n. fet⁹ est p̄pe maturationē sic̄ dixi de fru
ctib⁹: ꝛ tūc plurimo idiget nutrimēto. q̄re pro modica sibi
subtractiōe nutrimēti pōt mulier abortire. ꝛ p̄p̄ea flōmiā
vel pharmaciā in p̄dictis t̄pibus nullo mō facere debem⁹
ad ꝯseruationē fet⁹. ¶ Et debes scire q̄ fet⁹ in vtero nō co
medit neqꝫ bibit p̄ os neqꝫ egerit p̄ anū nec mingit p̄ v̄gā:
q2 si hoc faceret iā ipleret totū corpus matricis seu matris
stercorib⁹ ꝛ vrina: ꝛ iō nā sagax que non deficit in necessa
rys: ꝛ est sufficiēs in oī eo quo idiget ordinauit q̄ fet⁹ suuꝫ
nutrimētū cōpetēs sibi attraheret inde. Si xͦo p̄ flōmiaꝫ
vel pharmaciā subtraheret nutrimētū fetus in. vy. mense
vel si nō inueniat nutrimētū sibi sufficiēs: vtputa q2 mater
nimis ieiunat vel affligat labore febre vel thenasmone ꝛ
h⁹ tunc fet⁹ posset calcitrare: ꝛ si tūc emergeret viuus quo
dā mō ad vitā posset ꝯualescere. Si xͦo tūc ipso mēse. vy.
nō emerserit nec exierit debilitabit valde in ipso motu vt
si in. viy. mense exeat ꝯtingit ip3 deficere. Si xͦo. viy. men
se nō exeat tm̄ corroborat in vtero ꝛ fortificat virt⁹ ei⁹ vt
postea exiēs in. ix. mēse fet⁹ viuere possit. Et hec est rō q̄re
si fet⁹ in. vy. mense emittit nō viuit. ¶ Uti oporteret pre
gnantib⁹ cibis bonis laudabilib⁹ ꝛ nutriētibus ꝛ vinū odo
riferū bibāt. vtant elarys ꝯfortatiuis sicut est elarium de
margaritis qd cōpetit p̄ dn̄abus diuitib⁹ que ip3 h̄re p̄nt
qd sic fit. ℞. margaritarū p̄forataꝝ piretri. an̄. ʒ. j. ꝣiꝣ. mast.
an̄. ʒ. iiy. ꝣedoarie doronici se. apy cassieli. cardamomi nu
cis mus. macis cinamomi. an̄. ʒ. y. heen al. ꝛ ru. pipis macro
piperis. an̄. ʒ. iy. cymini. ʒ. y. ꝣucchari quātū sufficit det cuꝫ
vino odorifero mane ꝛ sero ad q̄ntitateꝫ nucis. rectificat. n.
dispōnē matricis ꝛ stōchi p̄gnātiū mirabilr̄. ¶ Itē p̄p p̄di
tionē appetit⁹ ipsarū sumāt syrupū maloꝝ granatoꝝ ꝯdi
tū cū nuce muscata lignial. ꝛ silib⁹ gallinas hedos sturnos
p̄dices ꝛ h⁹ cū vino odorifero ꝛ agresta cognata: ꝛ i patel
la parata comedāt: et sup̄ pul. cinamo. gariofi. et spice asp̄
gatur: ꝛ cetera que in caplo de defectu appetit⁹ diximus:
p̄ut cōpetit fiāt. Et aliqd de emplis stōchū ꝯfortantib⁹ ibi
dictis stōcho applicet vel istud emplm̄ stōchū miro mō
ꝯfortās. ℞. cydonioꝝ dactyloꝝ al. an̄. p̄tē vnā se. apy anisi
feniculi cymini carui ameos calami aromatici mēthe sicce
cina. ꝣiꝣ. an̄. partē. s. tere oīa. et in vino odorifero bulliāt et
vinū illud in potu tribuat: et oīa p̄dicta trita supra stōchū
apponant: q2 vētositatē et iflationē a stōcho tollūt ꝛ appe
titū ꝯfortant. ¶ Et si p̄gnans appetit ruffos. i. lapides car
bones et similia, curet vt in proprio capitulo dictum est.

Elarium de margaritis.

Ad appetitū p̄ditū.

Si timeat abortus.

¶ Et si pgnanti mēstrua supuenerint mittat in bal. ex sti pticis reb⁹ facto: ⁊ empl'a ↄstrictiua sibi supra pectinē apponant: ⁊ cetera que in ca° de mēstruoꝝ ↄstrictione dicaꝫ fiāt remedia. ¶ Et si pedes eoꝝ inflent vngant de chimolea tēperata cū aceto: ⁊ in q̄b⁹ decoquat citrū ⁊ emplastrent cū folijs cauliū vel ex anetho cū aceto. ¶ Et si nimius flux⁹ vētris supuenerit vel thenasmon vel nimi⁹ flux⁹ san. curet vt dictū est in ꝓprijs cap'lis. Fit. n. qn̄qꝫ abortus ex thenasmone ⁊ ex fe. acuta ⁊ plurib⁹ alijs de causis dictis supra in q̄bus oībus ꝓut possum⁹ ꝓseruatione vtēdū est. ¶ Et si fet⁹ in vtero mortuus sit extrahat ſm q̄ dicemus inferi⁹. ¶ Et si violētia pōderis saltus vel clamoris vel ꝑcussionis supra dorsūꝫ ⁊ vētreꝫ ⁊ sīlia sint cā abortus ⁊ nondū fet⁹ sit mortuus: qđ ex motu infantis ꝑpendit: suffumiget cū stipticis q̄b⁹ nō est aromatic⁹ odor: ⁊ in eis balneet: ⁊ ex aq̄ ipsoꝝ lauet vuluā. Et hec sunt sic galle: lētes: balau. cortex maligranati: symphitū: alumē: fasisgallic⁹: radix filicis: antimoniū: sumach: granum risi: radix ↄsolide. ⁊ sīlia in aqua pluuiali deco. ¶ Itē ad ↄseruationē embrionis ⁊ cautelā ne mulier abortiat ſm Auicē. det in potu aq̄ radicis cū oleo de keiua vel decoc. albase vel fenugreci cū oleo p̄dicto. Item fiat clystere ad ↄseruationē embrionis ⁊ ad ventositatē expellēdā. ℞. origani: sauine: ameos: ramorū anethi florū camo. ⁊ rute: albase: fenugreci: aā. ꝑtē vnaꝫ coquant in trib⁹ lib. aque quousqꝫ ad vnā redeant addito oleo sisamino laurino pulegio muscellino ⁊ camo. ⁊ ꝑ clystere inijciat. ¶ Expimētū magr̄i mei ad lubricitatē hūidā matricis nec mulierē ꝑmittit abortire. Inueniat collo gntida cāpestris integra ⁊ in medio ↄcauet: deide ipleat ex oleo de lilio ⁊ obturet bene cū pasta: deide sup prunas ponat ardētes ⁊ bul. tribus bullitionib⁹: deide cū pessario vel lana succida in eo itincta p̄dictū oleū in vuluā inijciat tepidū. Et si collogntidā integrā hr̄e nō poteris cū cortice pulpā collogntide habeto: ⁊ cū p̄dicto o'lo de lilio mistā i vase figuli optie cū pasta vel creta sigillato parū bul. ⁊ fac vt sup̄dictū est de dicto oleo. ¶ Pessariū optimū ad ideꝫ. ℞. bdellij armoniaci nigelle. aā. ʒ. ß. spice mast. croci myr. gallie muscate castorei ꝣedoarie cardamomi musci spodij aā. ʒ. ij. ↄfice cū oleo nardino aut adipe anseris: ⁊ in lana rudi inuoluant ⁊ supponant post mūdificationē: vel fiat ex oībus supradictis suppositoriū ⁊ supponat. ¶ Iteꝫ dianisum. Elariū letificās in cap'lo de nō valētib⁹ coire dictum: deide been al. ⁊ ru. ꝣedoaria ⁊ hꝫ comesta: miro mō valēt ad ↄseruandū fetū in vētre. Itē si lauet sepe se ex aq̄ deco. floꝝ camo. ameos ⁊ anethi ⁊ balneēt seipsas qn̄qꝫ ex illa aqua multum valet ad ↄseruationem embrionis.

Additio. quedā mulieres sunt que aboriūt ⁊ nō p̄nt fetus suos ↄtinere valet multū si mulier p̄mo suffumiget cuꝫ filato p̄mo cocto: deide accipiat grassilū galline ⁊ pelliculā illaꝫ que est in ipsa vbi stat cib⁹ discutiat ⁊ lauet eā: ⁊ decoquat parū in prunis ⁊ comedat: ⁊ hoc faciat ꝑ plures dies quia nō abortiet: probatū est. Et ego facio dictas pelliculas pulueriꝣare ⁊ do pul. spolij serpentum datus ad quantitatē. ʒ. j. valet.

¶ De difficultate pariēdi ⁊ alleuiatiōe partus. Cap. IIII.

Sunt q̄plures mulieres que cū maxima difficultate pariūt: sicut mulieres vltra modū pingues: aut debiles: aut timide: aut habētes vuluā puā: aut strictā valde: aut si ibi est apa: vl' si fet⁹ est nimis magn⁹: aut nimis q̄ssus aut hydropic⁹: aut maximū hꝫ caput: aut duo capita: aut mōstꝝ. aut si sꝫ pl'es: aut si fetus sit mortuus in vtero. aut si fet⁹ nō exit naturalr̄ sicut opꝫ ⁊ dꝫ exire. Dꝫ eniꝫ fet⁹ exire nālr̄ hoc mō. s. vt p̄mo caput emittat ⁊ man⁹ ei⁹: coxe extēse debēt esse ⁊ qn̄qꝫ emittit ꝑus pedes extēsos ⁊ nō distortos. ⁊ isti egressus naturales sūt. Alij aūt egressus q̄litercūqꝫ p̄ter p̄dictos duos modos exeāt sunt inaturales ⁊ p̄ter nām oino. ¶ Cū igit mulier difficulter ⁊ cū maximo ⁊ itolerabili dolore incipit parere: itret aquā decoc. mal. altbee se. fenug. ⁊ lini vel saltē in p̄dicta aqua ca. lauent sibi crura tibie vulua: latera ⁊ femur: deide p̄dicta loca vngant ex oleo irino vel anethino vel de lilio ⁊ sīlib⁹ fricādo suauiter cū manib⁹ post moueat se suauiter ⁊ moderate. ⁊ descēdat ꝑ loca decliua ⁊ ꝓuocet sternutationes cū elleboro ↄdisi ⁊ sīlib⁹ narib⁹ insufflatis ⁊ cū sternutat teneat ꝑ os ⁊ ꝑ nares ne inde respiret. ⁊ tūc ꝑ motū sternutatiōis fiet maior ipulsio fetus ad inferius cū os ⁊ nares tenebunt ↄstricte. ¶ Et si mulier fuerit in partu valde timida dꝫ ab alijs mulierib⁹ hortari ⁊ secura fieri q̄ nō periclitabit. ¶ Et si fuerit primariola neqꝫ partū nouit dꝫ ab alijs doceri vt cuꝫ hora doloris venerit sp̄us retinēdo ad inferiores ꝑtes gemitus oino ipellat. ⁊ si deficeret reficiat cū pane asso ⁊ sīlib⁹. ¶ Et si fet⁹ nō egrediatur egressione nāli: vt dictū est. sed ↄ nām ⁊ pedib⁹ retortis vel stās reuersus. ⁊ sic inde reducat ad vnū de duobus modis ab obstetrice vt sit cū capite vel pedib⁹ ante ⁊ cum brachijs plicatis vt decet. exeat nāli exitu. ¶ Iurauit mihi quedā vetula salerni q̄ oēs mulieres cū hoc expimēto faciebat parere. Accipiebat tria grana piperis vnum post aliud in noie mulieris volētis parere tꝑe ꝑtus. ⁊ pro vnoquoqꝫ grano dicebat vnū pater noster. ⁊ cuꝫ deberet dicere. sed libera nos a malo. dicebat. sed libera hanc mulierē. N. a. ab ℞ difficili partu. ⁊ tūc dabat illi grana ad transgluttiendū vnū post aliud cū vino vel aqua. ita q̄ nullū p̄dictoꝝ triū granoꝝ a dentib⁹ tāgeret. deide dicebat hec ṽba ter cū trib⁹ pater noster in aure eius dextra. biꝣomie: lamion: lamiū. aꝣerai: vacbina de⁹. de⁹ sabaoth pleni sꝫ celi ⁊ terra gloria tua osanna in excelsis. B̄ndict⁹ q̄ venit in nomine dn̄i osanna in excelsis. His oibus dictis sic statiꝫ mulier pariet: qđ oino vitupero ⁊ oīb⁹ vere fidelib⁹ talia diabolica necnō medicamina sīlia fugiēda cē censeo. ¶ Apoꝣima cito faciēs parere ⁊ ēt interdū facit abortuꝫ. ℞. piperis graū. xiiij. absinthij arthemisie rute diptami. aā. ʒ. j. oia trita bul. in lib. j. vini vsqꝫ ad ↄsumptionē tertie ꝑtis: deinde illud vinū colet: ⁊ adde mellis dispumati. ʒ. v. ⁊ iterum bul. adde apij myrrhe. aā. ʒ. j. ⁊ totū in potu sumat: q2 statiꝫ faciet parere. ¶ Syrupus optim⁹ faciens cito parere. ℞. se. fenugreci. ʒ. ij. se. altbee malue. aā. ʒ. j. cinamomi corticis cassiefi. oium tritoꝝ. aā. ʒ. iij. ca. ve. pulegij. aā. ℳ. j. asse ca storei. aā. ʒ. iij. mellis al. dispumati q̄tū suffic̄ det in potu difficulter pariēti qm̄ est mirabilis. ¶ Pill'e optime ⁊ valde alleuiātes partū. ℞. cinamomi sauine. aā. ʒ. x. cassiefi. ʒ. vij. cymini myrrhe aristo. costi amari. aā. ʒ. ß. storacis apij. aā. ʒ. j. rute. ʒ. v. armoniaci asse serapini bdellij castorei myrrhe. aā. ʒ. j. dent ex eis cū apoꝣimate vel syrupo p̄dicto. ʒ. j. ß. q2 statim faciet parere. ¶ Itē liniat vēter ab vmbilico vsqꝫ ad pectinē ex collogntida cū succo rute decocta addita myrrha puluerizata ⁊ supponat ēt in lana: q2 fortissime educit fetū. ¶ Succus porri bibit⁹ vel cū lacte caprino ⁊ melle ꝑ se mistus statiꝫ educit fetū. ¶ Itē besdra cū succo arthemisie distēperata ⁊ in potu data ⁊ supra vmbilicum posita partū accelerat ⁊ fetū siue viuū siue mortuū educit.

De secundina.

¶ Itē cū infans nascit̄ stat inuolut⁹ in quadaꝫ pellicula q̄ secūdina vocat̄ que qn̄qꝫ cū ipso infante inuoluta educit: ⁊ qn̄qꝫ infans emittit̄ sine ea. Et qn̄qꝫ postq̄ puer nat⁹ fuerit statim post ipsuꝫ emittit̄: ⁊ iō dr̄ secūdina: q2 2° pluries emittit̄. s. p̄mo fet⁹. 2°. secūdina. Et accidit sepe q̄ hꝫ secūdina nō emittit̄ sed interius retinet̄: ⁊ ꝑpea multe mulieres incurrūt mortis periculū ⁊ moriūt plures. ¶ Secūdina ergo isto mō educit̄ si ipsa ad vmbilicuꝫ adheret ⁊ infans in manuo

in manus ceciderit obstetricis tradat ipm alteri mulieri ꝛ teptet hac ꝛ illac si separi poterit secūdina.si morā fecerit icidatur secūdina ꝛ separet̄ infans:reliquū est tenēdū:ꝛ si matrix se aperit ad educēdū.Si xo ruptū vel incisuz fue/rit ꝛ statim se intꝰ absconderit obstetrix apta vulua manū itingat in oleo ꝛ in vuluā mittat ꝛ secūdinaz educat.℃ Oꝛ si secūdina ad fūdū matricis recesserit sic ꝙ ab obstetrice cū manu attingi nō possit:opꝫ festinare cito ad eā expedā: qđ fit hoc mō.ꝓuocent̄ sternutatiōes cū ellō ꝯdisi eufor/bio ꝛ silibus apphendēdo os ꝛ nares.Jtē balsamū in oleo intinctū ꝛ suppositū aut bibitū secūdinā educit.Jtē succus malue bibitus idē operat̄.℃ Suffumigatio cito faciēs ca/dere secundinā.℞.rute abrotani prassiȷ sauine pulegiȷ.aā. ℳ.j.olei de lilio olei de kerua q̄tum sufficit.Ponant̄ oīa in vase figuli nouo optime coopto:ꝛ supra prunas ponant̄ ꝛ bulliat:ꝛ p cānaz pforatā mulier fumū in vuluā duabus horis recipiat pānis optime vndiqꝫ circūfulta.℃ Jtē suf/fumigatio cū oculis pisciū salsorū sup ardētes prunas posi/torū in vulua recepta pro certo secūdinā cadere facit.suffu/migatio ex ficubꝰ siccis ꝛ nasturtio facta sub vulua.℃ Jtē suffumigatio ex galbano:oppopo.myrrha:vngulis equoꝝ sinapi cicuta:assa fetida:vsnee:aristo.ro.ellebozo albo:ster/core colūbino:canino vel gallinaceo:ex his oībus vel aliq̄ pdictorū secūdinā educit velociter.℃ Jtē vngᵐ basilicon si infundat̄ i matricē cū pessario vel alioquocūꝙ ita ꝙ ad fundū matricis penetret:putrefacit ꝛ expbit ipsaz:ꝛ cū exit inyciat̄ oleū ro.ꝛ administrent̄ medicine que abortire fa/ciūt vt que in sequēti caplo dicent̄:ꝛ si fetus in vtero moz/tuus fuerit extrahat̄ sicut ibidē dicet̄.℃ Jtem si san.post partū nō exierit sicut dꝫ ꝓuocent̄ menstrua cū his que in/fra in ꝓprio caplo dicent̄.Si xo imoderate fluxerint re/stringant̄ vt in menstruoꝝ retentione dicturus sum.

℃ De extractione fetus mortui ꝛ de mola ꝛ ad faciendum aborsum. Cap.V.

SJ fetus in vtero mortuus fuerit:qđ co/gnoscit̄ qꝛ nō mouet̄ ꝛ est frigi/dus:ꝛ nō hꝫ pulsuz.Si alr̄ fieri nō possit ipm obstetrix frustatim icidat ꝛ educat.Si xo sit intꝰ hora quā matrix aperit̄ obstetrix abscisis sibi vnguibꝰ manū in oleo itinctā in pugnū redactā in vul/uā imittat ꝛ fetū pparet ꝛ educat.Oꝛ si vulua nō aperiat̄ ꝛ mulier sit in mortꝭ piculo.qꝛ fetuꝫ mortuū in vtero retinet. Emplꝫ qđ in cura q̄rtane ꝯtinue dicet̄:pectini applicet̄:qꝛ ipꝫ fetū imediate educit:ꝛ suppositoria infra scribēda sup/ponant̄ que sunt quasi cōia ad educēdū fetū mortuū ꝛ ad molā silr̄.℃ Est.n.mola quedā pas.que mulieribꝰ plerūꝙ accidit:ꝛ spālr̄ cū mēstrua diu retinent̄ in eis:ꝛ non currūt fm cursuꝫ debitū.vñ incurrūt dispōnē similē pgnantibus qꝛ vēter earū crescit ꝛ fiūt discolorate:ꝛ pdunt appetitū ci/bi ꝛ potus:ꝛ q̄nꝙ inflat̄ vēter earū ꝛ crescit sicut si eēnt hy/dropice:ꝛ sentiūt in matrice earū duritiē ꝛ pōdus sicut si eēnt pgnantes.Et q̄nꝙ accidit eis dolor itensus ꝛ itolera/bilis ac si vellēt parere:ꝛ q̄nꝙ solaꝫ vētositatē emittunt:ꝛ q̄nꝙ multitudinē humoꝝ:q̄nꝙ in forma sanguinis puri ꝛ coagulati p vuluā emittūt ac si vellēt parere.Et q̄nꝙ ipm frustū p.v.vel.vȷ.ānos.ꝛ q̄nꝙ toto tpe vite eaꝝ remanet in corpe earū.Oꝛ si diu in corpe earū fuerit antiquatū:vix aut nūꝙ curat̄:nec hꝫ frustū expi pōt.℃ Postꝙ aūt trāsi/uerit tps in quo fetꝰ in vtero rōnabilr̄ moueri dꝫ:ꝛ mulier nō senserit ipm fetū moueri in corpe suo:ꝛ vēter iceperit ingrossari:ꝛ mēstrua retinent̄:tūc molā iesse nō dubitabis: ꝛ tūc statiꝫ q̄usqꝫ passio recēs fuerit curet̄:ꝛ nō pmittatur antiquari.℃ Dent̄ ǵ pille fetide Almā.Trocisci de myr/rha:aq̄ se.cōium:ꝛ suffumigia ꝛ pessaria mēstrua ꝓuocan/tia fiāt sic in ꝓprio caº dicet̄.℃ Medicamē ad molam ꝛ mēstrua ꝓuocāda ꝛ ēt si mulier fuerit pgnans ꝯfortat sto/machū ꝛ nō ledit fetū:iō retētionē mēstruoꝝ aperit ꝛ vri/nā ꝓuocat ꝛ menstrua bono mō.℞.castorei:acori.se.apy: ca.ve.siccoꝝ.aā.ʒ.ȷ.terant̄ oīa ꝛ p stamineā cribellent ꝛ in optimo vino dent̄.℃ Fumigiū pbatū qđ molā seu fetum mortuū siue viuū facit cadere cito.℞.thimiāe:amcos:op/poponacis:galbani:sulphuris viui.aā.terant̄ oīa ꝛ cū felle vaccino icorporent̄:ꝛ fac ex eis oibus pillas quarum vna post aliā sup carbones ardētes mulier mittat:ꝛ p embotuꝫ fumū ab illis pillis resolutū in vuluā recipiat p horaꝫ:po/stea silr̄ per vnā horā faciat:qꝛ statiꝫ educit fetū siue viuū siue mortuū:ꝛ molā silr̄.probatū.℃ Jtē terat̄ ruta cū sca/monea ꝛ suppositoriū ex eis factū in vuluā mittat mulier: qꝛ fetū siue mortuū siue viuū quocūꝙ tpe ꝛ quocūꝙ men/se voluerit educit ꝛ molā silr̄.℃ Jtem suffumigatio facta ex vngula asini vel ex stercore ipsiꝰ asini ad pdicta valet. vel suffumigatio ex spolio serpētis oppoponaco.myrrha: galbano:castoreo:sulphure citrino rubea:stercore colūbi/no vel accipitris:si hec oīa vel quedā eoꝝ terant̄ ꝛ cū fel/le vaccino ꝯficiant̄:ꝛ fumꝰ eoꝝ p embotū in vuluā earuꝫ recipiat̄ fetū siue viuum siue mortuū educit ꝛ in faciendo aborsuꝫ valet.℃ Jteꝫ.℞.asse.ʒ.ß.folioꝝ rute siccoꝝ.ʒ.iȷ. myrrhe.ʒ.ȷ.det̄.ʒ.j.ß.pro vice cū vino.℃ Aliud ad predi/cta.℞.arist.lō.baccaꝝ lauri.gētiane:myrrhe:costi:cassiel. rubee tinctoꝝ succi absin.:cordumeni recētis:pipis.aā.ʒ.ß. det̄ ex hoc medicamine q̄libet die aur.j.cū vino decoc.be/tonice ꝛ rute vsqꝫ ad.x.dies.ꝛ theriaca diatessāron est opti/ma in hac cā.℃ Jtē si det̄ in potu aqua deco.ficuū sicca/rum:fenugreci:rute ꝛ origani fetū mortuū lubricare facit: deīde expbatur cū medicaminibꝰ dictis.℃ Pessariū opti/mū ad educēdū fetū mortuū siue viuū:informet̄ pessariū ex bō bace vel lanā succida ad lōgitudinē digiti ꝛ in succo cucumeris asinini misto cū felle taurino vel bouino intin/gat̄ ꝛ supponat̄ in vulua.℃ Aliud ad idē optimū:medul/las cordumeni cū sale armoniaco ꝛ ruta misce ꝛ supponā/tur.℃ Aliđ ad pdicta.℞.armoniaci:oppoponacis:ellebo/ri nigri:saxifragie:aristo.lon.ꝛ rō.pulpe collogntide.aā.cō/fice oīa trita cū succo rute ꝛ succo cucu.asinini ꝛ felle vac/cino ꝛ suppositoriū in modū digiti informet̄ qm̄ fetū siue viuū siue mortuū statiꝫ educit ꝛ aborsum facit.Et ego hoc suppositoriū feci ꝛ pbaui in quadā patiēte molā ꝛ statiꝫ cā liberaui.℃ Jtē.ʒ.j.euforbiȷ sumpti aborsuꝫ fac̄ ꝫ mlt̄ū est violētū.Jdē faciūt.ʒ.iȷ.nastur.sūpte in cibo vel potu.Jtē myrrha aristo.ro.ꝛ piper p os sumpta fetum interficiunt.

Additio. ad fetū expellēdū quocūꝙ tpe volueris siue viuum siue mor/tuuꝫ.terat̄ ruta cū scamonea ꝛ in bōbace iuol/uat̄ ꝛ supponat̄.pbatū est p magistrū meuꝫ. ℃ Suppositoriū ad fetū siue viuū siue mor/tuū educendū.℞.aristō.ro.sauine nasturtȷ.aā.ꝯfice cū fel/le vaccino ꝛ supponat̄.℃ Jtē kitrā suppositū ꝛ illinitū in virga facto coitu fetū educit siue viuū siue mortuū.℃ Si mulier in vtero hꝫ fetū bibat lac alteriꝰ mulieris ꝛ statim eū eyciet.℃ Jtē succus diptami vel pul.rađ.eiꝰ ad quanti/tatē.ʒ.ȷ.cū vino si fuerit sine fe.vel cū aq̄ ca.si fuerit cū fe. in potu sumptꝰ educit fetū sine periculo.Succꝰ gallitrici p pessariū in vuluā imissus sistit fluxū san.nimiū post ptuꝫ: pbatū est.℃ Ad extrahēdū fetū molā aut san.coagulatū. ℞.myrrhe.ʒ.ß.cinamomi galbani castorei.aā.ʒ.j.ß.oppo/ponacis.ʒ.j.ꝯfice cū felle vaccino fumat̄ ex eo.ʒ.j.ꝓyciat̄ in carbonibꝰ ꝛ fiat suffumigatio.℃ Bal.expertū in h̄ ca/su.℞.calamēti fluuialis abrotani artbemisie.aā.ℳ.j.ab/sinthȷ.ℳ.ȷ.aspalti.ʒ.ß.ru.tictoꝝ.ʒ.ȷ.ß.floꝝ camo.melli/loti fenug.aā.ʒ.ȷ.bul.oīa in aqua dulci ꝛ fiat balneū:dein/de iungatur hoc oleo.℞.adipis galline/anatis.aā.ʒ.ß.olei

Mola.

Signa.

Cura.

anethini.ʒ.ij.inungat᷑ caput in exitu bal.deide da ad potã/
dũ sibi.ʒ.j.ß.pul.cinamomi.ʒ.ß.pul.ossiuz dactyl.cuz vino
subtili det᷑.℈.j.ꝛ fiat pul.¶ Suppositoriũ factũ ex oppo
ponacbo extrabit fetũ mortuũ:ꝛ fumus laudani idẽ.Jtez
succi ireos quatuoꝛ coclearia cum brodio vel vino.

¶ Ut mulier nõ ꝯcipiat:ꝛ vt virgo videatur. Cap.VI.

Vt itaqꝫ mulier non ꝯcipiat suffumiget
vuluã suã de vngula mule sup̃
prunas ardẽtes posita ꝛ fumũ ꝑ embotum in
vulua accipiet:ꝛ pro certo non ꝯcipiet in illo
mense.ꝓbatũ est.Et illud ẽt suffumigiũ men/
struũ restringit.¶ Aliud ad idẽ:bulliant simul lac iumẽti
ꝛ mel supra ignẽ lentũ vsqꝫ ad spissitudinẽ:ita vt nõ sit fu/
mus sub eis:ꝛ in petia lini inuoluat᷑ ꝛ supra vmbilicũ ipo/
nat᷑ ꝛ portet᷑:qꝛ quot dieb⁹ portat supra vmbilicũ tot men/
sibus stat mulier ꝙ non ꝯcipiet.¶ Jtẽ dr̃:ꝙ si mulier bi/
bat q̊lꝫ mane ꝑ tres dies duas minas aq̃ i qua ferrarij ex/
tinguũt forpices suas sterilis fit i ꝑpetuũ.Ꝺ ẽt dic᷑ Joãnes
de sancto Paulo in suo breuiario.¶ Jtẽ radix felicis tri/
ta ꝛ in potu data tollit ipregnationẽ.Aqua ẽt in qua infun/
dit᷑ fisam⁹ in potu data:idẽ opatur.Grana ẽt iuniperi se.he
dere hec oia simul mista vel qd̄libet eoꝝ ꝑ se cũ vino ieiu/
no stõcho bibita ipregnationẽ tollũt.Jtẽ stercus elephãtis
suppositũ tollit ipregnationẽ.¶ Jtẽ se.caulis tritũ ꝛ pulue
rizatũ in vulua imissum post coitũ statiz ipregnationẽ tol/
lit:qm̃ sperma corrũpit:ꝓbatũ est.¶ Jtẽ mẽtha viridis tẽ
pore mẽstru.comesta ipregnationẽ tollit ꝛ nõ sinit mulie/
res ꝯcipere eo die q̊ comedit᷑ a muliere.¶ Jtẽ si accipiãt᷑
folia salicis ꝛ i aq̃ bul.ꝛ de illa aq̃ dent᷑ in q̊lꝫ mane cyathi
duo cũ pul.pauco d vngula mule ipediet᷑ ꝯceptio miro mõ.

Ut corrupta appareat v̄go.

¶ Et si vis facere ꝙ vulua mulieris corrupte fiat intãtum
stricta ꝙ q̃si virgo eẽ videat᷑.Accipe sanguinariaz.alumẽ.
plãtaginẽ:gallas:symphitũ:gumi ara.acatie hypoq.balau.
ꝯsolidã ma.ꝛ minorẽ ꝛ hꝯ ꝯstrictiua q̃ in ca.de dysenteria
dicta sunt:ꝛ ẽt in ca.de fluxu san.a narib⁹ ꝛ in aq̃ vino vel
aceto bul.ꝛ ex eo ca.mulier vuluã sibi lauet sepe.¶ Sup/
positoriũ ad idẽ exꝑtũ.℞.thuris gumi ara.myrrhe alumi
nis attramenti.aã.ʒ.ß.hec oia cũ forti aceto distẽperent᷑ ex
eis fiat suppositoriũ ꝛ in vuluã inyciat᷑:ꝛ post modicũ tẽ/
poris mulier videbit᷑ v̄go coeũti cũ ea.¶ Apud neapoliz
ꝛ in ꝑtib⁹ illis ꝯsuetudo est talis ꝙ q̊libet capiẽs vxorez q̃
nunq̃ʒ habuerit virũ ea nocte qua p̊ iacet cũ ea facit eã in/
dui camisiã suã ꝛ si in coitu camisia appeat sanguinolẽta
tenet eã ꝓ virgine:ꝛ in mane portat᷑ parẽtib⁹ viri ꝛ mulie/
ris camisia illa:ꝛ sup illa camisia faciũt sibi dona ꝛ custo/
dit᷑ illa camisia.Or si nõ appet sanguinolẽta nõ credit᷑ eẽ
v̄go:sed corrupta:q̃re a viro aliq̃n expellit᷑.Quare matres
filias sciẽtes eẽ corruptas suã palliãt corruptionẽ hoc mõ:
faciũt lauari vuluas eaꝝ ꝑ ples.dies cũ aqs ꝯstrictiuis p̄/
dictis ꝛ supponũt suppositoria vuluis:de q̇bus in tractatu
de fluxu sanguinis a narib⁹:ꝛ in tractactu de dysenteria sa
tis dictũ est.Et illa nocte qua vir cũ puella dꝫ iacere:acci/
piũt vesicã alicui⁹ piscis subtilẽ plenã sanguine colũbic a.
cã ꝛ virgam in vuluã puelle mittũt:ꝛ vir cum accedit ad
auiditate itromittit ꝛ rũpitur illa vesica ꝛ san.qui in ea est
exit ex̃ ꝛ camisiam sanguinolẽtã facit:ꝛ puella plãgit ꝛ flet
ac si de nouo ꝑforaret᷑ ſm ꝙ a mr̃e docta fuit:ꝛ sic vir deci
pitur credẽs qd̄ nõ est.¶ Alr̄ alie mulieres palliãt corru/
ptionẽ vt v̄gines eẽ videant᷑ lauãtes cũ ꝯstrictiuis p̄dictis
ꝑ multos dies vuluas ipsaꝝ ꝛ per duos dies anteq̃ʒ iaceãt
cuz viris suis apponunt duas vel tres sanguisugas ꝓpe os
vulue intus ꝛ paruz san.ꝑ ipsas sanguisugas extrahi ꝑmit/
tunt.Et post remouẽt eas ꝛ in illo loco vbi sanguisuge ex/
traxerũt san.fiũt crustule ꝛ san.extra manat ꝛ camisiã vel
linteamen rubificat ꝛ puella clamat qꝛ dolet:quia crustule
aperiunt᷑ ꝛ vir putans qd̄ non est decipitur.

Additio. vt mulier pusillas habeat ma
millas ꝛ sibi nõ crescãt:cicutã
cũ aceto tere ꝛ in modũ malagmatis mamil/
lis appone ꝛ erũt pusille sed lac nõ habebũt.
Jtẽ fim⁹ leporis cũ aceto mist⁹ ꝛ coagulũ lepo
ris sił'i mõ mistũ aceto si ex eo mamille iungãt᷑ eas crescẽ n̄
sinit.Jtẽ argilla cũ aceto distẽpata ponat᷑ sup̃ ꝛ fiẽt pusille.

¶ De retẽtione menstruoꝝ ꝛ ipsis ꝓuocãdis. Cap.VII.

Menstruorum ablatio seu retentio
aut est nãlis aut acci
dẽtalis.nãlis est que fit in senectute:postq̃ʒ.n.
mulieres senescere icipiunt amittũt mẽstrua:
ꝛ de hꝯ ablatiõe nãli mẽstru.medic⁹ nõ dꝫ se
itromittere:qꝛ nõ est poẽe medico in talib⁹ mẽstrua ꝓuo/
care.¶ Accñtalis xͦo mẽstruoꝝ retẽtio mulierib⁹ accidit
iuuenib⁹ plerũqꝫ:vt ex nimia tristitia/gemitu/dolore/timo
re/ira/ieiunio/solicitudie/nimys vigilys/nimio fluxu san.
a narib⁹ vel ex feb.ꝛ sił'ib⁹.deficiũt ẽt ꝛ retinent᷑ menstrua
ꝑꝑ apã matricis aut ex fridis ꝛ viscosis hu.in matrice exi/
stentib⁹.Et hꝯ accñtalis mẽstruoꝝ retẽtio curat᷑ in iuueni
bus ꝛ in his que adhuc.l.annũ nõ trãsierũt.¶ Signa igit᷑
retẽtionis menstruoꝝ sunt hec:doloꝛ capitis:colli ꝛ dorsi:
grauitas oculorũ:ꝛ grauitas ꝛ doloꝛ vẽtris ab vmbilico i/
ferius:fastidiũ:malus appetit⁹:ꝛ q̃nqꝫ appetũt tussos:cre/
tã:ꝛ carbones:lutũ:ꝛ sił'ia.vrina al.ꝛ spissa cuz resoł'onibus
multis appet:aut appet nigra ꝛ eruginosa aut quasi lotura
carniũ.Et iste mulieres disponunt᷑ ad hydropisiz:maniã:
ꝛ mel'iam nisi curent᷑.¶ Et nota ꝙ matrix est ita in corꝑe
mulieris locata tãq̃ʒ receptaculũ oium supfluitatũ corꝑis:
quẽadmodũ est sentina nauis ad quã oẽs supfluitates na/
uis decurrũt.Uñ vt dictũ est cuz hꝯ mẽstrua accñtalia vl/
tra modũ retinent᷑:ꝛ sunt grossa veniẽtia ad pedes faciunt
podagrã.Si xͦo mediocria ad epar veniãt ꝛ ipediãt dige/
sti iuã v̄tutẽ faciũt hydropisim.Si xͦo subtilia sint li retẽta
ascẽdũt cerebrũ ꝛ faciũt maniã:ꝛ meł'iã ꝛ hꝯ diuersas pas.
Nã vt ait Hip.in apho.Mẽstruis veniẽtib⁹ ꝛ nõ eueniẽ/
tib⁹ accidũt egritudies.Uñ medic⁹ dꝫ esse multũ solicit⁹ in
eis ꝓuocãdis:quũ opꝫ sic̄ in hoc dicet᷑ ca⁰.Et in his cõstrin
gẽdis si idebite fluxerint sicut dicet᷑ in se.ca⁰.¶ Fiat syru.
ſm mag.meũ ad menstrua ꝓuocãda.℞.calamẽti agrestis
ꝛ domestici.ca.ve.q̃rcule ma.ꝛ mi.buglosse.aã.M.j.se.fe.
ꝛ anisi.aã.ʒ.ß.radiȷ apij anisi aspagi ꝛ brusci stica.pal.sine
nucleis sauine polij mõ.assa.aã.ʒ.j.prassij ameos dauci sg/
nanti cuscu.aã.ʒ.v.cassiel.ari.lon.baccaꝝ lauri.aã ʒ.q̃rtaz.
reupon.ʒ.j.hec oia parũ ꝯtrita bul.in aq̃ quousqꝫ ad tertiã
ptẽ redeãt:deide colent᷑ ꝛ addito zuccha.fiat syru.de quo
q̊lꝫ mane sumat.ʒ.ij.cuz aq̃ decoc.calamẽti cãpestris ꝛ se.
fen.ꝛ capfolij.¶ Postea purget᷑ cũ pił'is de.v.gn̄ibus vel
cũ arteticis vel cũ pił'is hyp.vel cuz lotura tali.℞.ca.ve.
scolopẽ.aã.M.j.sauine.ʒ.ß.calamẽti cãpestris ꝛ fluuialis
aã.ʒ.j.iuiube ꝛ sebestẽ.aã.xxv.xͦbene cimas.xv.ħ oia addi
tis prunis.xxx.in sufficiẽti quãtitate aq̃ coquant᷑ q̊usqꝫ q̃r/
ta p̄dicte decoctio.remaneat:ꝛ colet᷑:ꝛ colature addat᷑ pul/
pe cassiefi.ʒ.ij.diaboraginati:catartici iperialis.aã.ʒ.j.bñ/
dicte laxatiue.ʒ.ß.¶ Sequenti die post purgationẽ si fue/
rit fortis in mane itret hoc bal.℞.sauine iuniperi saluie ru
te ru.ti ctoꝝ paritarie serpilli rorismarini arthemisie mal/
ue caprifolij xͦbene calamẽti menthastri radicis aspagi ꝛ
brusci.aã.fasciculũ vnũ.hec oia in aq̃ bulliant ꝛ ipsa intret
cooperta tina in q̃ p̄dicta aq̃ cũ herbis ipsis imittat᷑ ꝛ stu/
phet se vel solũ cuz decoc.herbaꝝ p̄dictaꝝ suffumiget᷑ ma
trix.Jn.3⁰ xͦo die flebotomet᷑ de vena saphena cui⁹ sit⁹ est
ꝓpe cauiculã pedis.sequẽti xͦo die de vena alterius pedis
minuatur.

Cause.

Signa.

Pronostica.

Cura.

minuat. Alio die apponant vētose cū scarificatiōe in cru/rib⁹ supra nodū: et sanguis sʒ vires extrahat: et hoc dico virtute existente forti. ¶ Itē dent trocisci de myrrha optimi ad mēstrua puocāda. ℞. myrrhe. ʒ. ii. farine lupinorum. ʒ. v. foliorum rute: mētbastri: pulegii: cicerū ru. rub. tinctorum: asse: serapini: oppoponacis. aā. ʒ. ii. formentur inde trocisci: quorum qlibet sit ʒ. j. oi mane sumat vnū ex eis cū aq deco. se. iuniperi vel sauine: et est meli⁹ si in vino albo coquantur. ¶ Et si adhuc oibus pdictis factis mēstrua nō veniūt: ponantur vētose sine scarificatione supra femur et in nocte sequēti suppositoriū istud in matrice supponatur. ℞. ciclaminis: ellori albi: calamēti: euforbii: serapini. aā. ʒ. ß. oia terantur: et cū succo sauine mēthe vel arthemisie ɔfice: et in modum digiti supponatur in vulua. ¶ Aliud ad idē: fac suppositoriū de malo terre mūdato: qd possit in vuluā itroire: et ex oleo lau. vel pulegino inūgatur et mittat in vuluā. ¶ Aliud ad idē: arthemisia myrrha: ruta: hysopus: nitrū: piper: et serapinū cū felle taurino: vel lacte et melle ɔfice: et in lana succida vel bōbace inuoluatur et supponatur. ¶ Aliud ad idē: faba lupina et radix spatule assa fetida verbena mercurialis malua et gith. cū melle trita ɔfice: et in lana succida vel bōbace ponatur et inuoluantur et imittantur. ¶ Aliud nascale ad idē inuoluatur bōbax vel lana succida: deinde in succo matricarie et theriaca sil' mistis itingatur et supponatur: qr miro mō menstrua puocāt oia pdicta suppositoria: et si matrix acumine dictorum suppositorum doleat fomētes os vulue cū decoctione malue: bismalue: et brāce vrsine: et iungatur cū oleo camo. pulegino: muscellino: butyro et silib⁹. ¶ Succ⁹. cāphorate: succ⁹ rute: succ⁹ arthemisie vel ipē herbe et radix diptami: sauina pulegiū et calamētū: hec oia vel aliq pdictarum herbarum in comestiōe data vel vinū deco. ipsarum in q tripbera magna distēperata fuerit in potu dato sepe infallibil'r mēstrua prouocat. ¶ Uel si vis accipe rute. ʒ. iii. diptami. ʒ. ii. nuces. iiii. terant oia: et cū vino in q pdicte herbe decocte fuerint: vel saltē aliq earū in potu detur: qr est mirabile et exptū ad mēstrua puocāda. ¶ Itē si det. ʒ. j. euforbii triti cū petro. et asaro. mēstrua puocat. ¶ Itē si teres insil' verbenā termosormes. x. et x. gariofi. in lib. j. vini et vsqʒ ad medietatē bullire facias: et eūti dormitū in sero vel in matutinis detur: qr mēstrua puocat.

Trocisci ō myrrha.

Suppositoria.

Mirabile exptū.

¶ Syrupus p magrm meū cōposit⁹ cū q curauit quādam dominā ppe Tranū q carebat mēstruis: et iā incipiebāt ei apparere tumores in ventre et in lacertis et icipiebat fieri hydropica pp mēstruorum retētionē. ℞. ca. ve. caprifolii. verbene: eupatorii: endiuie: scolopēdrie: boraginis: buglosse: calamēti cāpestris et fluuialis: rubee tinctorum: camedreos: camepiteos valeriane. aā. M. ß. florū camo. se. feni. anisi: cymini torrefacti: radi. feni. apii: asparagi: brusci. florū boraginis. buglosse: passularum sine nucleis. aā. ʒ. j. se. cōium. ʒ. ii. ordei mūdi. P. ß. spnanti assari ameos. aā. ʒ. ß. sebestē. xl. iuiube. xx. feni. porcini. ʒ. ii. mēthe cimas. l. zucchari vel mellis qtū sufficit. sumat de eo qtidie. ʒ. ii. qlʒ mane cū aqua deco. pulegii capfolii et se. feni. ¶ Si retētio vl' ablatio mēstruorū fuerit ex tristitia vel nimio gemitu et dolore et silib⁹ aīe passiōib⁹. tristitia cōmutetur in gaudiū et ita sedetur et in qb⁹ anim⁹ delectatur exerceat. Et si qs amat qd cōmode hre nō possit statim blādis vbis pmittatur. ¶ Si ex ɔstrictiōe venarum retineantur mēstrua et pp hu. viscosos supius in matrice abūdātes: et ora venarū ɔstringantur. detur syrupus superi⁹ script⁹ et purgetur vt supra in pn° huius cure dictū est: deide fiant remedia puocātia: de qbus superi⁹ cōpetēter tractaui.

Additio. si mulier cōtinue comedat betonicā vel decoctionē ei⁹ in breui recuperat mēstrua depdita. ¶ Ad mēstrua puocanda aqua fluēs de quercu femina cum ouo sorbili vel cum vino data et supposita cum pessario ex bōbace vel lana succida facto mēstrua prouocat. ¶ Succ⁹ cāphorate rute arthemisie p se qlibet eorum vel oēs in potu dati vel ipse herbe in vino deco. vel in crispellis qlitercūqʒ date mēstrua puocāt. ¶ Suppositoriū ad mēstrua puocāda ℞. stora. calamite lauda. ligni aloes. asse fetide. serapini. galbani. aā. terant et cū succo sauine vl' arthemisie ɔfice et supponantur. ¶ Aliud pbatū ad mēstrua prouocāda. Accipe radices tapsibar. et mūda eas a cortice exteriori: et inungantur oleo laurino vel muscellino: et pul. nigelle desup aspergatur et imittatur in vulua qr mēstrua p certo educit. ¶ Aliud ad idē mirabile: accipe armoniacū galbanū et serapinū et cū theriaca misce et supponatur. Sed iter oia radix lilii trita cū oleo muscellino laurino vel pulegino et supposita cū lana succida vel bombace potissima est ad mēstrua puocāda. ¶ Suppositoriū ad mēstrua puocāda. teratur scabiosa cū stercore porcino. et addatur fel vaccinū aā et in subtili petia lini inuoluatur et supponatur p noctem. ¶ Suppositorium ex galbano et armoniaco et assa fetida mēstrua puocat et ēt secundinā educit. pus tn̄ ex butyro vl' melle inungatur os vulue: ne mulier ibi sentiat ardorem pp suppositoriū pdictum. ¶ Apozima optimū ad mēstrua puocāda. ℞. qtuor radices cōes meu ireos calamenti acori ru. ma. arthemisie cāphorate spilli. aā. ʒ. j. ameos nardi se. feniculi petro. cassie l. spice celtice. aā. ʒ. ß. hec oia in sufficiēti qtitate aq quousqʒ tertia ps remaneat bul. et colētur: et addito zuccharo vel melle al. dispuma. qtū sufficit fiat apozima: et qlʒ mane sumat de eo. ʒ. ii. cū aq arthemisie et rute: est enim mirabile. ¶ Bōbax ifusus in succo cētauree minoris supposit⁹ mēstrua puocat. ¶ Et decoctio granorum iuniperi bibita et hypericō sil'r: et decoctio assari: vel bibere. ʒ. ii. decoc. hedere mirabil'r puocat. ¶ Pessariū mūdās matricē fit ō dactyl' assati i stuppis et ficub⁹ et radice gētiāe et nigelle.

Apozima mirabile.

¶ De fluxu mēstruorum imoderato ɔstringēdo. Cap. VIII.

Menstrua qnqʒ plus fluūt debito qd fit aut ex humo. abūdātia p incōtinentiā aut eorum acumine: humorum abundātia cognoscitur ex plectorica corpis dispōne: ex repletione venarum: ex larga dieta pcedēte: ex san. p vuluā in magna qtitate decurrēte. Acumē vo humorū cognoscitur: qr calor in pfundo vulue sentitur. et si pānus line⁹ in ipsis mēstruis intingatur et postea desiccetur in sole vel circa ignem remanet colore croceo infect⁹. et in exitu suo menstrua exeūt cū ardore et icēdio. ¶ Et hec passio si antiquata fuerit difficile curatur: ex quo orificia venarū diu fuerunt apta difficillime ɔsolidantur. Uñ ad hāc pas. iueteratā seqt macies: fastidiū: imutatio coloris: tumor pedū et hydropisis. Aliqn exeūt mēstrua sicut fex vini: aliqn alba: aliqn nigra. Et cū hoc flux⁹ diu pseuerauerit vt dixi: sequuntur icōueniētia dicta et difficile curatur.

Pronostica.

¶ Si itaqʒ san. fuerit in cā: fiat minutio de basilica et vētosas supra mamillas apponamus sine scarificatiōe vel ēt sub mamillis sine scarificatione vel cū scarificatiōe. Si vo aliorum huorum abūdātia fuerit in cā vt cholera: flegma: vel melia purgetur sicut in ca° de dolore capitis dcm est seriatim: et ēt in aliis qplib⁹ locis: et postea cū restrictiuis medicinis subscribēdis insistam⁹. Et si huorum acumē in cā fuerit ɔtēperetur cū decoc. prunorum viol'. cassiefi. tamarindorum reubarbari et siliũ. ¶ Qualitercūqʒ igit fluxerint mēstrua vltra debitū modū purgato pus humore in cā existente. Si etas tps regio et ɔsuetudo pmiserint p fiet expimētū Hippo. in apho. dicētis. Mulieri menstrua si vis retinere sitiā maiorem mamillas appone. Sitia. n. est vētosa: et si fieri pōt sit vētosa ita magna q totā mamillam sb se ɔtineat: et sine scarificatiōe apponatur: deide ɔstrictiuis vtatur remediis pyciatur B ɔstrictiuum mēstruorum magri mei cū pessario in matricē. ℞. succi plātagi. et fasiolarie. aā. ʒ. ii.

Cura.

gypsi.ʒ.j.athanasie boli san.dra. mumie.aã.ʒ.qrt.Succus vrtice in vulua bis vel ter iniect⁹ mẽstrua restrigit.¶ Itẽ fiat ẽplꝫ suꝑ pectinẽ ꝛ renes.ex mastice bolo san.dra.oliba no ꝛ mumia.aã.oib⁹ pulueriçatꝭ ꝛ cũ aceto ꝛ al.oui mistis ꝛ ꝯfectis.¶ Aliud ad idẽ squãma ferri subtilr̃ trita in aceto ꝛ aq̃ ro.bulliat vsqꝫ ad ꝯsumptionẽ liq̃rũ:deide addat̃ pul. carthe cõbuste ꝛ pulueris cornu cerui adusti:q̃tũ est ꝑdicta squãma:postea adde pul.corticis glãdiũ q̃rcus q̃tũ de oib⁹:ꝛ hec oia insil̃ mista cũ succo plãtaginis icorporent̃ ꝛ vna ꝑs eaꝝ pessariçet̃:ꝛ i vuluã inyciat̃.Alia ꝟo ꝑs cũ al. oui ꝛ aceto ꝯfecta suꝑ renes ꝛ pectinez epithimet̃.¶ Nascale factũ ex galla:alumine san.dra.mastice.bolo:mumia: symphito:acatia.ꝛ castoreo cũ athanasia:vl̃ cũ succo plãtaginis ꝯfectũ ꝛ suppo ͫ mẽstrua ꝯstringit.¶ Suffumigatio de vngula mule suꝑ carbones posita si sub vulua recipiat̃ ꝯstringit mẽstrua:sꝫ ipedit ipregnationẽ ꝑ i mẽsem.¶ Aliud suffumigatio mẽstrua restrigẽs.℞.balaustiaꝝ psidie myr tilloꝝ coculaꝝ q̃rcus corticuz castaneaꝝ rosa.folioꝝ sorbi piri ꝛ mespile corigiol̃.plãtaginis ꝛ silium ꝯstrictiuoꝝ.aã. Et oia in aq̃ pluuiali vel cisterne bul,ꝛ mulier ex aq̃ fumũ sub vulua recipiat ꝛ cũ tepefacta fuerit sub ea:sedeat:ꝛ spõgia marina vel lana succida in eodẽ liq̃re itincta pectini ꝛ renib⁹ applicet̃:ꝛ vlti° ꝑdictis locis ꝑdicte herbe pistate calide emplent̃.¶ Pul.ꝯsolide minoris soleaꝝ veteꝝ ꝛ pãni blaui vel scarlati oiuz insil̃ in pignato nouo supra ignẽ cõbustoꝝ ꝛ sufflat⁹ in vuluã mẽstrua ꝯstrigit.¶ Et vt breuiter me expediã q̃cũqꝫ dixi valere in fluxu ꝛ passiõe hemorrhoidaꝝ ꝛ i fluxu san.nariũ ꝛ dysenteria ꝑut i ꝓprijs capl̃is dixi:in hac cã valẽt ꝛ eadẽ ẽt dicta in h casu ꝯpetũt sicut in dictis dixi capl̃is.¶ Et si mulier fluxũ mẽstruorũ hñs dolorẽ in ꝑcordijs patiat̃:accipe magnã tripherã cuz vino deco.boli cina.masti.ꝛ sacculus lini subtil̃ i modũ digiti fact⁹ ipleat̃ ex pul.fcõ ex ro.mastice bolo.cina.sã.dra. spodio oliba.ꝛ symphito ꝛ mumia ꝛ ra.ꝯsolide mioris aã.

Additio. succus pẽtaphilon ad q̃titatẽ ʒ.j.dat⁹ cũ ʒ.ij.athanasie in mane:ꝛ modica aq̃ pluuiali ꝛ i sero tãtũdẽ vl̃ salitẽ deco.ipsi⁹ herbe cũ athanasia data mẽstrua ꝯstrigit:ꝓbatũ est.¶ Itẽ suppositoriũ ex mumia pulueriçata factũ stati strigit fluxũ mẽstruoꝝ.¶ Pillule ad ꝯstrictionẽ mẽstruoꝝ ꝑoptime.℞.san.dra.boli ar. coralli:olibãi:symphiti:gumi ara.opij lapidis emathitꝭ.aã. ꝯfice cuz succo plãtaginis ꝛ athanasia detur ex eis.ʒ.j.Et ẽt suppositoriũ ex eis informatũ ꝛ in vulua suppo ͫ mirabiliter stringit mẽstrua.¶ Itẽ miclete ꝫucchaꝝ roꝝ.antiquuz ꝛ diarodõ abbatꝭ oia mista ꝛ data cũ aq̃ pluuiali cũ lapide emathitis duz fuerit fricat⁹ addito succo plãtaginis ꝛ etiaz athanasia mẽstrua mirabil̃r stringit.¶ Itẽ radix ꝯsolide maioris trita cũ bolo ꝛ lapide emathitꝭ san.dra.cina.ꝛ modico masticis insil̃ oia.cũ vitellis ouoꝝ mista:ꝛ in fritellis vel alio quocũqꝫ mõ data menstrua sine dubio restringit. ¶ Itẽ.℞.succi planta.lib.j.mucilaginis draga.gumi ara. aã.ʒ.ij.misce ꝛ imittat̃ medietas itus mr̃icẽ ꝛ alia bibatur.

¶ De suffocatione matricis. Cap.IX.

Quandoqꝫ accidit q̃daz passio mulieribus q̃ suffocatio matricis dr̃.Et qdaz medici ignorãtia ibuti hãc passionẽ syncopiz eẽ credũt.Alij ꝟo min⁹ bñ dijudicãtes pas.hꝫ epilepsiã eẽ dicũt:sꝫ multũ decipiunt̃.Nã hꝫ passiões iter sese ml̃tũ dr̃nt.¶ Syncopis.n. fit ex ira:tristitia:lõgo fluxu mẽstruoꝝ vel sanguie aliũde manãte vt ex fluxu venaꝝ imoderato ꝛ ex sbita mutatiõe caloris in friduz:ꝛ ex plurib⁹ alijs causis:de qb⁹ in tractatu de syncopi in libro febriũ dicã.ꝛ corpus in syncopi calet:ꝛ duz pulsat̃ statiz in se reuertit̃.In hac aũt passione mulier

[Margin: Dicit suffocatio a syncopi.]

ℭ Quia p̃dicta calculatione vtit̃ nō ſolū operās:ſed ēt docens:ꝛ in oī actu doctrine clarius ꝓcedit rō exꝑimendo res cōſideratas ꝓpꝛijs noib⁹:vel cōpetēter trāſlatꝫ.iō poꝛtiones iā dictas docet hic noiare cōuenienter iuxta p̃miſſa. Dicit g̊ ꝙ oēs retinēt rōnē medietatis ex quo inſinuat ꝙ oēs cōuenienter pñt vocari medietates:ita ꝙ quelꝫ ſit vna medietas. Rō aūt huius cōuenientie colligitur ex p̃dictis. Dñſuꝫ eſt eniꝫ ꝙ in calculādo accipiunt̃ oēs tanq̄ eq̃les inuicē.g̊ ſm h̄ non ↄuenit eis rō:vel nomē niſi qd̄ hñt in equalitate:ſed oſtēſuꝫ eſt.xxiiij.ꝓpōne ſupꝛa.ꝙ poꝛtiōes q̄litatū in eq̃litate:vel tēperato hñt rōnē medietatis:ꝛ per ↄñs nomē:ꝛ ſic pꝫ ꝓpoᵐ.Cū igit̃ calculatoꝛ ↄſiderat poꝛtiones q̄litatū in his q̄ ſūt cal'a in ſcd̃o gradu:q̄uis poꝛtio frigiditatis ſit quarta reſpectu calidaꝝ:tñ in recolligendo nō dꝫ eā noiare quartā:ſꝫ vnā medietatē:ꝛ q̄tuoꝛ calidas quatuoꝛ medietates:ꝛ ſic de alijs ſicut in tabulis pꝫ.

ℭ Que medietates rationem habent vnius integre poꝛtionis. XXVIII.

ℭ Quia ꝓpter p̃dicta crederet foꝛte aliqs ꝙ in dictis poꝛtionib⁹ nemo poſſet vti ↄuenienter illo noīe q̄ dictū ſit.iō inſinuat hic ꝙ ēt pōt vti calculatoꝛ noīe integri.Cui⁹ rōnē ex p̃cedēti aphoꝛiſmo ifert in iſto.nā ſi q̄lꝫ poꝛtionū hꝫ rōnē medietatis q̄lꝫ due poꝛtiones habebūt rōnem integri:ꝛ ſic de calidis in p̊ gradu ↄueniēter pōt dici ꝙ habēt duas medietates caliditatis:ꝛ vnā frigiditatis:vel vnā integrā caliditatis:ꝛ mediā frigiditatis:ꝛ de ſcd̃o qd̄ hꝫ duas integras caliditatis:ꝛ de tertio ꝙ.iiij.ꝛ de quarto octo:ꝛ vnam mediā frigiditatis.hec aūt diuerſitas hic tangit̃ ad intelligendū clarius dicta ſapiētū:q̄ qñqꝫ diuerſimode ſic loquūtur in calculando ſicut patebit in vltimo cañ.

ℭ Incipit pˢ tertia de ſitu cōpl'onis in medicis ↄpoſitis.

In eo ſitu eſt cōplexio medicine cōpoſite in quo q̄litates oppoſite mutuo colligantur. XXIX.

ℭ Conſiderata rōne mēſuraꝝ cōpl'onis in cōponētib⁹ iam in hac tertia huius opis pte docet inuenire mēſurā cōpl'onis in cōponēdis ſiue cōpoſitis. Ante tñ q̄ explicet regulas inueniēdi ꝓpoſitū reducit ad memoꝛiaꝫ quedā gñaliſſima pñtis ↄſiderationis q̄ tanq̄ cōes animi cōceptiones debēt ab oībus p̃haberi.Et p̊ᵐ eſt qd̄ dicit in hoc aphō.ſ.ꝙ cōpl'o medicine cōpoſite ſemꝑ eſt in eo ſitu in quo mutuo colligant̃ ſimplices q̄litates:ꝛ hoc accipitur ex diffōne cōpl'onis:ꝛ eſt ↄpl'o tā tēꝑatis q̄ diſtēperatis.

ℭ Omnis eleuatio qualitatis cōplexionalis diſtinguitur ſuo termino. XXX.

ℭ Hec eſt ſcd̃a animi cōis ↄceptio que habet̃ circa diſtēperata.ſ.ꝙ quecūqꝫ qualitas cōpl'onalis eleuet̃:vel excedit̃ in eis ſemꝑ cognoſcit̃ eleuatio:vel diſtinguit̃ per terminū quē attingit:ꝛ h̄ frequēter declaratuꝫ eſt ſuꝑius. Tantū.n. eleuat̃ q̄litas quātū diſtat termin⁹ ei⁹ a tēꝑamēto.

ℭ Si tēperatū teꝑerato cōiungat̃ tēperatū ſolūmodo reſultabit ex parte ipſoꝝ. XXXI.

ℭ Hic ꝟo docet inuenire ſitū cōpl'onis in cōpoſitis tot in gñe p̃cipit ↄſiderationes hr̃e quot modis pñt in gñe cōponētia quātū ad ↄpl'onē adinuicē cōbinari:ꝛ qꝛ oē cōpl'onatū in gñe:vel eſt tēperatū:vel intēꝑatū nō pñt cōponētia niſi ſex modis cōbinari:quos in ſex canonib⁹ ꝑ oꝛdinē repꝛeſentat. Primū g̊ tāgit h̄:ꝛ pꝫ de ſe.Sꝫ qd̄ adiungit̃ in fine aphō.ex pte ipſoꝝ notabil'r dictū eſt ad excitandū iudicāte cautelā vt diligēter aiaduertat modos cōponēdi:ꝛ cōmiſcēdi ex qb⁹ poſſet cōpoᵐ aliā ↄpl'onē acq̄rere q̄ ex cōponētib⁹.Al'r.n.imutat cōponētia decoctio q̄ ſimplex incoꝛꝑatio:ꝛ ſil'r eſt in cūctis modis p̃parationis.

ℭ Si tēperatū diſtēperato cōmiſceat̃ in cōpoſito remittet̃ exceſſus diſtēperati. XXXII.

ℭ Rō aūt ꝑꝑ quā tēꝑatū remittit exceſſuꝫ diſtēꝑati eſt:qꝛ plus ↄfoꝛtat virtutē q̄litatis exceſſe q̄ excedētis quātū ad ꝓpoꝛtionē lꝫ nō q̄tū ad quātitatē:qd̄ ſtatim patebit collectis ſeoꝛſuꝫ poꝛtionib⁹ q̄litatū poſitaꝝ ſicut in tabulis cōtinet̃.Uerbi grā ſi cal'm in p̊ gradu adiungat̃ tēperato cōſtat ꝙ calide ptes erūt.iij.ſ.due de calido ꝛ.j.de tēꝑato partes ꝟo fride erūt due:vna de tēꝑato:ꝛ alia de diſtēperato. pꝫ eniꝫ ꝙ cū oēs iſte ꝑtes ſint eq̃les vt ſupꝛa demr̃atū eſt ꝙ tēꝑatū nō plus in quātitate ſeu virtute addit caliditati p̊mi gradus q̄ frigiditati.ſed ſm ꝓpoꝛtionē addit plus frigiditati.nā cū nō addat reſpectu ꝑtiū calidaꝝ niſi vnā medietatē ſiue ꝑtē:ꝛ ille ꝑtes calide reſpectu p̊mi gradus ſint due:ↄſtat ꝙ nō addit reſpectu eaꝝ niſi medietatē vel ſubduplū:ſed cū addit frigiditati tātū q̄tū ipſa eſt:ↄſtat ꝙ ꝓpoꝛtional'r plus addit:qꝛ calidis nō addit niſi vnū ſubduplū:ſed frigidis addit duo ſubdupla. Nā id qd̄ equale eſt alicui duo ſubdupla hꝫ reſpectu illi⁹:ꝛ ſic pꝫ ꝙ eq̃le ꝓpoꝛtional'r plus ↄfoꝛtat exceſſaꝫ q̄ excedētē:ꝛ h̄ fuit intentū ꝓbare:ſed q̄tū remittat nō huic:ſꝫ vltimo ꝑtinet canoni.

ℭ Si diſtēperata equal'r in oppoſitis qualitatibus ↄiungant̃ q̄titatib⁹:ꝛ ſubſtātijs nō diſtēperatibus reſultabit cōpoſitū tēperatū. XXXIII.

ℭ Quia ex hac cōbinatione tēꝑatū ſeq̄t̃:ideo hic ſubiūgit eā imediate poſt cōbinationes dictas de tēꝑato. Ueritas hui⁹ aūt cañ.pꝫ ex hoc:qꝛ ꝟtutes oppoſite ſi eq̃les fuerint in ſeipſas equal'r frenant:ꝛ iō neutra manifeſtat effectum ſuū.quaꝑꝑ cōpoſitū dr̃ tēꝑatū cū eidē ↄueniat rō tēꝑati:ſꝫ tñ ad verificationē hui⁹ cañ.docet obſeruare ↄueniētiā in q̄titatib⁹:ꝛ ſubſtātijs cōponētiū:qd̄ nō fecit ſuꝑius in cōbinatione tēꝑati notabil'r ideo.ſ.vt inſinuaret ꝙ iſti canones de tēꝑato p̃miſſi ſemꝑ veritatē hñt quocūqꝫ mō variētur quātitates atqꝫ ſub̃e cōponētiū.Sed iſte nō niſi obſeruata fuerit illa ↄditio.ſ.ꝙ q̄titates:ꝛ ſub̃e ↄueniāt.ℭ Sed circa ↄueniētiā quātitatū diſcoꝛdare vñr ſapiētes. Aliq.n. volūt ꝙ debēt q̄titates ↄponētiū ↄuenire q̄tū ad pōdus:de quoꝝ nūo fuiſſe vr̃ Alkindus:ꝓut pꝫ ex tabulis ei⁹.ſuꝑponūt eniꝫ hi ꝙ oīa cōponētia alicui⁹ medicie inq̄tū repꝛonunt̃ ſub aliqua determinata cōpl'one ſunt homogenea.ꝛ ideo in quacūqꝫ ꝑte ipſoꝝ ſaluat̃ ſpēs in eadē ēt ſil'r ſaluatur cōpl'o ſine qua ſpēs nō eſt.vñ in ſe ita hñ eſt calidū in quarto gradu vnū granū piperis ſicut.ʒ.j.in ſibi coꝛrñdenti ceteris oībus pariter obſeruatis.ſ.ꝙ mēbꝛa eſſent vniformia:ꝛ moꝛa applicationis:ꝛ modus ꝛc̃.Et iō ad habendū ꝓbabilē cognitionē de cōpl'one cōpoſiti ꝑ rectā calculationē hui⁹ ſapiētes docēt in calculādo oīa reducere cōponētia ſm intellectū ad equalia pondera vt ſi aliqua medicina cōponat̃ ex vna.ʒ.vnius ꝛ ex vna.ʒ.alteri⁹ q̄.ʒ.reſolnat̃ in.ʒ.ꝛ ſic oīb⁹ ↄgregatis recolligant̃ ꝑtes qualitatū oppoſitaꝝ ſm graduꝫ in quo fuerit ↄpl'o cuiuſlꝫ medicie. vñ ſm hāc poſitionē cū minoꝛa pōdera nō poſſint reduci ad maioꝛa:ſꝫ poti⁹ ecōuerſo docet oīa pōdera adeq̄re reducēdo ad minimū pōdus cōponētiū:ꝛ poſtmodū cōparare nūerū ad nūerū ſic ifra dicet̃.ℭ Auer.aūt docet obſeruare in mēſurādo ↄpl'onē cōpoſiti ꝓpoꝛtiōes q̄titatū in

Quo ſed ligat ↄuenientia q̄titatū in cōponētib⁹. Pꝛia op. Alchindi

Scd̃a op. Auerrois

cōponētibus p respectū ad pmas quātitates in qbus earū ipressio manifestat in corpe. ponit aūt de hoc exemplū in melle: ⁊ sandalo. mel. n. calidum est ⁊ sandalus frigidus in eodē gradu. Hec igit medicina nō in eodē pondere manifestāt effectū suū scdi gradus pma obuiatione qua repiuntur infra corpus. Sed mel facit hoc in pondere duaꝝ. ℥. ⁊ sandali in pondere duaꝝ. ℥. ad plus. Quecūqꝫ igit medicina cōponit ex his duob⁹ necesse est ꝯsiderare ꝓportiones ꝗtitatū tal'r. s. ꝙ si stēt in suis pmis ꝗtitatib⁹ erit talis me^na tēpata respectu corpis hūani: qꝛ vt dictū est eq̄l'r se frenāt. Si vo ꝗtitates eaꝝ recedāt a pmis ꝗtitatib⁹ siue p augu^m siue p diminutionē ꝯsiderādū est ꝗtū ꝓportional'r augeātur vel minuant respectu illaꝝ: qꝛ tm̄ ꝓportional'r augebitur minuere vtus illaꝝ in cōposito nisi for^a specifica toti⁹ cōpositi: vel aliqd aliud ipediret. vn̄ dicit ꝙ si pma ꝗtitas mellis dupletur: ita. s. ꝙ sint. ℥. iiij. ⁊ sandalus remaneat in ꝗtitate sua. s. in pōdere. ℥. ij. duplabit caliditas mellis. ⁊ sic sandalus nō frenabit nisi medietatē ei⁹: ⁊ ita reducet compositū ad calidū in pn^o: econuerso aūt erit si multiplicetur ꝗtitas sandaloꝝ. ¶ Pꝫ igit ex pdictis ꝙ ꝭm positionem pdictoꝝ opꝫ ad verificationē pn̄tis can̄. vt ꝗtitates cōponentiū sint eiusdē ponderis: ſꝫ ꝭm positionē Auer. opꝫ ꝙ sint vel pmaꝝ ꝗtitatū: vel saltē ꝓportionaliū illis. ¶ Videt tm̄ neutra istaꝝ positionū esse recta: lꝫ. n. veꝝ sit ꝙ illi supponūt. s. cōplonata ꝭm ꝙ sumunt sub actu vnius complexionis esse homogenea: ⁊ in se hr̄e vniformē cōplonez in ptib⁹ in qbus saluat spēs cū non in qualꝫ parua ꝗtitate manifestant effectū sui gradus intra corpus ad minus pp rōnes quas in caplo de cōplonibus Gal. docet. Quaꝝ aliq̄ sunt necessarie: vel cōtingētes vtpl'm sicut est opus digōnis: ⁊ expulsionis. vn̄ lꝫ in se sit eiusdē gradus cū quacūqꝫ maiori pte: tm̄ cū medicus nō cōsideret virtutē cōplonati nisi p effectū quē ipzimit corpori: nō dꝫ iudicare de virtute nisi p quātitatē qua manifestat effectus eius: vel ex. si sit applicabilis exterius: vel intra: si sit receptibilis intus: ⁊ lꝫ sit verū ꝙ quelꝫ parua ꝗtitas ipzimeret in corrn̄dēti sibi ꝗtitate corpis tātū ꝗtūꝫ maior in corrn̄denti sibi. si mora ⁊ modus applicationis ⁊c. essent paria: tm̄ qꝛ ipo'e est ꝙ in his saltē que sumunt iteri⁹ ꝯditiones sint pares. iō medic⁹ in regulatione sui opis nō dꝫ illō ꝯsiderare: sola. n. ꝯsiderātio possibiliū regulat ipꝫ. ⁊ iō inꝗtū opatiu⁹ est: nō dꝫ ponere ipo'ia nec illoꝝ pōne psuaderi. qm̄ ex ipo'i sequit qd'libet. Pꝛet erea vr̄ valde irrōnabile ꝯsiderare in cōmistis minimā ꝗtitatē miscibiliū in his in qb⁹ aliqd cōponētiū multū excedit aliud in ꝗtitate. nā in talib⁹ cōpōnib⁹ non saluat in aliq̄ virt⁹ minimi cōponētis: ſꝫ oino corrūpit. Inter ea. n. quoꝝ alteꝝ multū excedit in ꝗtitate nō fit mistio ℥. eniꝫ vini posita in. c. aque libris corrūpit. sil'r eniꝫ vr̄ corrumpi. ℥. j. viol. in. j. lib. mellis: cū magnus sit excessus mellis ad viol. q̄re si corrūpit nullū effectū relinqt in cōpositō sua cōplo: ⁊ sic irrōnabile est ꝓportiones ei⁹ cōputare. ¶ Positio aūt Auer. vr̄ esse magis erronea: lꝫ eniꝫ verum sit ꝙ alique sint pme ꝗtitates medicinaꝝ in qb⁹ manifestant in corpe suos effect⁹: tm̄ nō est veꝝ: ꝙ virt⁹ augeat ⁊ diminuat ꝭm ꝓportionē qua crescit vel diminuit ꝗtitas medicine. Accipiat. n. exēplū quo ipse vtit: ⁊ ponamus ꝙ pme ꝗtitates mellis ⁊ sandali ꝯiungant erit hec medicina respectu corpis: vt dicit tēpata. ꝙ si mel duplet. s. vt sint. iiij. ℥. dicit ꝙ duplat caliditas mellis: ⁊ sic cū sandalus non tēperet nisi medietatē ei⁹ remanebit cōpositū calidum in pmo gradu. ppea quia alia medietas remanet infrenata. ¶ Ad hanc aūt positionē sequunt incōuenientia multa ⁊ valde absurda: ⁊ vnū est ꝙ vna ⁊ eadem medicina esset in diuersis gradib⁹: imo in oib⁹ ꝭm diuersas ꝗtitates. Naꝫ si in pdicta medicina quā dicit tēperatā acgrit vnus gradus caliditatis qn̄ duplat pma ꝗtitas mellis: tūc eadē rōne si triplicet z^m gradū acgret: ⁊ si q̄druplet tertiū: ⁊ si qntuplet q̄rtū: ita ꝙ medicia cōposita est ex. x. ℥. mellis: ⁊. ij. ℥. sanda. erit cal'a in 4° gradu. Aliud iterū icōueniēs est: qꝛ gradus multiplicaret quoties multiplicarent ꝭm illā ꝓportionē ꝗtitates medicinaꝝ: ampli⁹ ſꝫ h in eodē gradu eēt cōplo medicie: qn̄ simpl'r accipit: ⁊ qn̄ esset adiūcta opposite in eq̄li gradu. Nā si semel duplat in ꝗtitate dat pdicte medicine cal'itatē in p gradu: tūc triplatū dabit cal'itatē in scdo: ⁊ sic mel nō min⁹ eēt calꝫ p admistionē sandali ꝗ an̄. Ad qd seq̄t aliud incōueniēs. s. ꝙ ꝯria approximata nō agerēt. Silia quoqꝫ incōueniētia sequent: si manēte pma ꝗtitate mellis multiplicet ꝗtitas sandali: q̄ incōueniētia nemo asseret nisi alienat⁹. g̃ incōueniēs est nimis id ex q̄ sequunt. ¶ Siles quoqꝫ sequent errores ad pdictaꝫ alioꝝ pōnes. Nā si ad inueniēdū artificiali cōputatiōe cōplonē medicine cōposite sit necesse reducere ꝗtitates componētiū ad eq̄lia pōdera: tūc qn̄ medicina cōponet ex cōplonatis in oppositis q̄litatib⁹: siue in eodē gradu: siue i diuersis nūꝗ ꝭm vitatē hret cōplo medicie cōposite: nisi forte ꝯtingeret ꝙ pme ꝗtitates suoꝝ ꝯponētiū eēnt eq̄les in pondere: qd sic declarat i exēplo iā ꝓposito supra p Auer. Ponamus eniꝫ ꝙ medicia cōponat ex. ij. ℥. sanda. ⁊. ij. ℥. mellis: cōstat ꝙ hec duo cōponētia sūt cōplonata oppositis q̄litatib⁹ in eodē gradu. iteꝝ ēt ꝯcurrūt ad cōpōne in pmis ipsaꝝ dosibus seu ꝗtitatib⁹ q̄ sunt diuersoꝝ ponderū. Si g̃ ꝭm predictos ad recte calculādū opꝫ mai⁹ pōdus ad min⁹ reducere. dicem⁹ ꝙ sūt. xvj. ℥. mellis ⁊. ij. sanda. ꝙ si ex his colligant ꝓportiōes cal'itatis ⁊ friditatis accipem⁹ ex q̄lꝫ. ℥. mellis. iiij. ptes cal'itatis ⁊ vnā friditatis: ⁊ sic erūt. lxiiij. cal'e. ⁊ xvj. frigide. Iterū ex q̄lꝫ. ℥. sanda. accipiam⁹ econuerso. iiij. ptes frigiditatis ⁊. j. cal'itatis: ⁊ sic erūt. viij. fride ⁊. ij. ca. iungant g̃ cal'e calidis: ⁊ fride fridis: ⁊ erūt in vniuerso calide lxvj. ⁊ fride. xxiiij. Erūt igit ꝭm hoc ptes cal'e duplū ⁊ amplius ꝗ ptes frigide. imo fere triplū. Sꝫ in quocūqꝫ ꝯplonato cal'itas est ad friditatē dupla illud est cal'm in p gradu: sicut pꝫ ex determinatis in. xxij. ꝓpōne. supra. hoc aūt est absolute falsuꝫ: qꝛ vt dictū est equal'r mutuo se frenant ꝙ si pdictoꝝ cōponētiū ꝗtitates alternatim augeant vel pōdera multiplicent: sic ꝓtractuꝫ est in pōne Auer. patebit manifesti⁹ error pōnis istoꝝ calculādo p illū modū. Eadē eni cōplo sp resultaret ꝗtūcūqꝫ cōpones alteꝝ augeret: ⁊ sil'r pꝫ euidēti⁹ error vtriusqꝫ pōnis qn̄ cōponētia cōpositaꝝ q̄litatū sūt in diuersis gdib⁹: qm̄ i illis cū dispares sint vtutes: nec e est vt p ineq̄les ꝗtitates ad tēpamētū reducātur. Nā vna. ℥. pipis reducet ad tpamētū: ad min⁹. ℥. v. cucurbitaꝝ: sic patebit ex his q̄ in vltio can̄. tradunt. Itē. j. ℥. eufor. mediā lib. s. olei papaueris: ⁊ cꝫ. Igit si voluerimus accipe cōplonē medicie ꝯposite ex pdictis medicis ⁊ in dictis pōderib⁹ ſꝫ traditionē pōnis cuiusqꝫ nequaꝗ ꝑuenimus ad vitatē: imo reducēdo pōdera ad. ℥. resultaret ꝯpo^m ex tpamētū in eodē situ eiusdē ꝯplonis: ſꝫ iuxta z^am ꝯtigeret iterdū ꝙ eēt ꝯpo^m multo fridi⁹ ꝗ eēt cucurbita: vl' olꝫ papaueris an̄ admistionem pipis aut euforbij: ꝙ si ꝗtitas alteri⁹ ꝯponētiū augeat: tūc nec p traditionē p^e pōnis nec z^e cōprehēdit vera ꝯplo me^ne ꝯposite: sic statiꝫ patebit volēti circa talia se exercitare ꝭm pdictas traditiōes. ¶ Qm̄ igit sine ꝯsideratiōe ꝗtitatis cōponētiū nō hr̄ notitia cōplonis cōpositi. ppea sciēdū est ꝙ cū medic⁹ non ꝯsideret ꝗtitatē ꝯplonati: nisi ꝭm ꝙ ipsa est aliq̄ mō pn^m sensibile imutatiōis sanabilis corpis: nec e est: vt illā ꝗtitatē p cōsiderat in q̄lꝫ cōponēte: p quā sua cōplo pōt p sensibil'r imutare. pp qd ēt vocat p^a ꝗtitas vel dos aut p^m pōdus. Eteni p^m in vnoquoqꝫ gn̄e est mēsura oiuꝫ alioꝝ. Vn̄ in ceteris ꝗtitatib⁹ a p^a nō poterit aug^m ⁊ dimiutionē impssiōis mē-

Contra illos.

Medicina in pauca quantitate corrumpi tur ab ea q est in multa q̄titate. Contra Auerroiz

Istud nihil est: qꝛ p aug^m mellis nō pōt venire ad maiorem gradū caliditaꝫ ꝗ sit mel. si corrūpat vt⁹ sandali vt dixit si nō ad minorē gradū. Et eodem mō soluit ad 2^m qn̄ agūt ꝯtraria dū vnū nō corrūpit aliud.

Op. auctoris.

ſurare rõnabil'r:niſi ꝑ opationẽ aliarũ q̄ntitatũ ad p̄mam. Eſt igit̃ ſũme neceſſariũ ad inueniẽdũ cõplonẽ ⁊ ſitũ eius in cõpoſitis cognoſcere p̄ma põdera cõponẽtiũ in vnaquaq̄ regiõe:vel reſpectu latitudinis idiuiduoꝝ regiõis:vel reſpectu illi⁹ ſingul'r:cui p̄parat̃ medicina cõpoſita.qm̄ hoc eſt fundamẽtũ a quo depẽdet rectitudo calculatiõis ⁊ bonitas mẽſurãdi cõplõnẽ cõpoſiti:⁊ vt ꝓmptioꝛ ſit calculatoꝛ:dꝫ oium cõponẽtiũ q̄ntitates p̄mas ⁊ cõplõnes in tabula recto oꝛdine collocare:poſt hoc ꝟo ſcire opꝫ qs ſit rect⁹ modus inueniẽdi cõplõnẽ cõpoſiti ꝑ ↄſiderationẽ q̄ntitatum:vel põderũ medicinarũ cõponẽtiũ.Cũ aũt tot modis poſſit variari calculatio:quot modis pñt adinuicẽ variari põdera cõponẽtiũ:nec̃e eſt totã illã varietatẽ diligẽter attẽdere:lꝫ aũt ẜm ſpẽm incõpꝛehẽſibiles ſint ille varietates ſicut ⁊ ſpẽs numeroꝝ.tñ oẽs reducunt̃ ad tres dr̃ias p̄mas: per q̃s collocent̃ ſub aliq̊ gñe ꝓportiõis.Oia nãq̄ põdera cõponẽtiũ alicui⁹ medicine:aut erũt p̄ma vel maioꝛa illis:aut q̄ñq̄ minoꝛa.Rõ aũt hui⁹ diuerſitatis pẽdet ex trib⁹.ſ.ex intẽtiõe cõponẽtis:⁊ ex multitudine ⁊ paucitate cõponẽtiũ.⁊ tertio ex foꝛma cõpõnis:ſic̃ ars medicine docet in ea ꝑte que de cõpõne medicinarũ exiſtit.¶ Ad euidentiã tñ eoꝝ q̃ hic dñr ⁊ minoꝝ gr̃a:nõ piget hic bꝛeuiter illa repetere.Sciẽdũ eſt igit̃ ꝙ medicus q̄ñq̄ intẽdit tantã q̄ntitatẽ medicine cõponere vel cõficere in tali cõplõne:ꝙ ad hñdũ intẽtũ ex vtraq̄ ꝑte ſufficiũt ei p̄ma põdera componẽtiũ:ẜm ꝙ eſtimat debere ſufficere coꝛpoꝛib⁹ indigentib⁹ ẜm exigẽtiã ꝑticulariũ occurrẽtiũ opi.q̄ñq̄ ꝟo prima põdera nõ cõfoꝛmant̃ intẽte q̄ntitati vel intẽte cõplõni:⁊ tũc neceſſe eſt vt augeat illa vel minuat : ẜm ꝙ indicãt illa duo.ſ.intẽtio q̄ntitatis ⁊ cõplõnis:⁊ ſcd̄o multitudo vl' paucitas cõponẽtiũ.Nã ſi cõponentia pauca fuerint:⁊ magnã velint hr̃e q̄ntitatẽ cõpoſiti:ad quã nõ ſufficiãt p̄me doſes cõponẽtiũ augebit ea ẜm eã ꝓportionẽ:qua reſultare poſſit intẽta q̄ntitas ⁊ cõplo.Si ꝟo cõponẽtia plura fuerint:⁊ ex eoꝝ p̄mis põderib⁹ dꝫ in cõpoſito multo maioꝛ ſurgere q̄ntitas q̄ expediat ẜm dictã ꝓportionẽ minuet illa põdera.Iterũ vel auget ea vel minuet:ẜm ꝙ req̄rit foꝛma cõpoſitiõis ad quã ꝑtinet colligãtia ⁊ coherẽtia cõponẽtiũ: ⁊ hec eſt vna de intẽtiõib⁹:ꝑꝑ quas medicus ponit cerã in emplaſtris:⁊ oleũ in vnguẽtis:⁊ de liquoꝛe mellis:aut zuccharo in el'ys.Qñ igr̃ ↄponẽtia talis ſub̃e ſunt:vt ſibiinuicẽ ac coꝛꝑi pñt coherere ⁊ colligari ſine aliq̊ adiũcto q̃lia ſunt liq̄da.nõ opꝫ liquoꝛẽ aliũ miſcere.ſic̃ cõtingit in medicinis q̃ cõponunt̃ ex puris ſuccis aut oleis ⁊ ſil'ibus.ſed in alijs:vt in el'arijs iuxta q̄ntitatẽ pulueris illoꝝ cõponẽtiũ: opoꝛtebit augere q̄ntitatẽ mellis aut zuc.multo plus q̄ requirat p̄ma doſis ipſoꝝ:tali ſemꝑ ꝓportiõe:vt in cõpoſito manifeſte reſultet intẽta ꝟtus ⁊ ẽt q̄ntitas.interdũ aũt ꝑꝑ cõiũctũ ad colligãtiã vl' ad coherẽtiã:opꝫ p̄mas doſes aliorum augere ad hoc vt ꝟtus intẽta nõ obſtante illo adiecto in cõpoſito poſſit manifeſtari.q̄ñq̄ ꝟo ecõtra minuere:ne cum adiũcto nimis augeat̃ maſſa cõpoſiti.hoc aũt ↄtingit qñ cõponẽtia ſunt valde pura:⁊ parũ intẽdit̃ hẽri de toto cõfecto:nec eſt incõueniẽs:q2 lꝫ nulla medicina ꝑ ſe ſũpta vel applicata faciat impꝛ̃ſſionẽ ſenſibilez:niſi in doſi p̄ma: tñ ſi multis alijs cõparib⁹ ſibi iungat̃.⁊ q̄ntũ ad ꝟtutẽ inuicẽ ſe ↄfoꝛtãt:⁊ ẽt a coꝛruptiõe inuicẽ ſe tuent̃.Eteni media doſis mellis cũ media doſi maſticis calefacit in gradu ſecũdo.ſic media doſis ſpice cũ media doſi reubar.manifeſtã facit ipꝛeſſionẽ in opilatiõe epatis:plus q̄ faceret ꝑfecta doſis alteri⁹.vñ in medicinis cõpoſitis a ſapiẽtib⁹ credere ↄuenit ꝙ oia põdera cõponẽtiũ mẽſurata ſunt ꝑ relationẽ ad p̄mũ põdus ẜm exigẽtiã intẽti finis.¶ Redeuntes igit̃ ad ꝓpoſitũ dicimus ꝙ cũ aliq̃ medicina cõponit̃ ex cõponẽtib⁹ oppoſitarũ cõplõnũ:in eodẽ gradu reſultabit cõpoſitũ tꝑatũ reſpectu coꝛꝑis humani:dũ tñ ad cõpoſitionẽ veniãt ſimplicia in p̄mis põderib⁹:vel in alijs ſeruãtib⁹ inuicẽ eãdẽ ꝓportionẽ.Uerbi gr̃a in ſandalo ⁊ melle.nam ſicut tꝑamẽtũ exurgit ex duab⁹.ʒ.ſanda.⁊ duab⁹.ʒ. mellis:ſic ex.iiij.⁊.iiij.⁊.v.⁊.v.⁊c̃.hec eſt illa cõueniẽtia q̄ntitatũ:quã memoꝛat Aphoꝛiſm⁹:cuꝫ dicit.q̄ntitatib⁹ nõ diſcrepãtib⁹.i.nõ diſcõueniẽtib⁹:⁊ dicunt̃ diſcõuenire quantum ad effectũ ↄſtituẽdi tꝑamẽtũ:qñ nõ cõcurrunt in ꝓductis põderib⁹.In q̄b⁹ verbis inſinuat ꝙ qñ põdera cõponẽtiũ ſunt maioꝛa vel minoꝛa p̄mis nõ ẜm illoꝝ ꝓportionẽ:tũc in cõpoſito nõ reſultat tꝑamentũ:ſed dñabit in co qualitas illi⁹ cõpoſiti:cui⁹ põdus erit mai⁹ põdere alteri⁹ reſpectu p̄mi:vt ſi manẽte p̄mo põdere ſandali duplet̃ p̄mũ pondus mellis:cõpoſitũ erit cal'm.Si ꝟo duplet̃ ſandalus ⁊ nõ mel:cõpoſitũ erit fridũ.Sed mẽſurare q̄ntum hoc aut q̄ntũ illud neſciuit Auer.decept⁹ equocatiõe augumẽti.Uerũ eni eſt ꝙ multiplicata q̄ntitate cõplonati augetur cõplo:nõ tñ ẜm intẽſionẽ ei⁹ in gradu:ſꝫ ẜm extẽſionẽ ei⁹ in ſub̃o ꝓpꝛio:ẜm quẽ ẽt modũ coꝛreſpõdet ei⁹ effectui augumẽtũ i coꝛꝑe ſanabili.Nã.ij.ʒ.mellis applicate coꝛꝑi extra vel intus manifeſtãt effectũ ſcd̄i gradus in tanta ꝑte coꝛꝑis quãtã occupãt:ꝙ ſi duplet̃ eius q̄ntitas:q2 tũc poterit occupare plus in duplo de coꝛꝑe q̄ añ:ꝓculdubio calefaciet extẽſiue duplũ.Nã ſi pꝛius medietatẽ ſtomachi vel bꝛachij nũc totũ:nõ tñ plus q̄ in termino ſcd̄i gradus:niſi per accñs fuerit:ſicut a notis humoꝛib⁹ vel aliq̊ mõ:ꝑꝑ h̃ motis ad putrefactionẽ:qd̄ ex h̃ pꝫ.q2 multi ⁊ pueri ⁊ adulti ſepe vident̃ tm̃ de melle comediſſe:ꝙ tumefacto nimiũ ventre per vmbilicũ egredi cogebat̃:nec tñ incurrerũt dyſcraſiã qua lederent̃ ſenſibil'r mẽbꝛa eoꝝ:vnde ↄſtat ꝙ in q̄b⁹ notabilis quãtitas mellis excitat febꝛẽ:nõ facit hoc ꝑ ſe ſed ꝑ accñs.Sed p̄mũ põdus piperis exterius manifeſtat effectũ aduſtiõis mẽbꝛi:ſi foꝛte duplet̃ aduſtio duplabit̃ quo ad ſpatiũ occupabile ꝑ adurẽs:ſed nõ quo ad q̄ntitatẽ aduſtionis.¶ Supponẽdũ eſt igit̃ cũ rõne ⁊ experimẽto ꝙ medicina:cui⁹ p̄mũ põdus auget̃:nõ trãſcẽdit gradũ ſue cõplõnis ꝑꝑ ei⁹ augumẽtũ:ſed bñ verũ eſt ꝙ ab oppoſita min⁹ depꝛimit̃ q̄ ante:ſed q̄ntũ vnus modus rect⁹ calculandi docebit ſpãliter in vltimo cañ.vel aphoꝛiſ.pñtis opis.Sed in gñali tm̃ ſufficit hoc mõ p̄mittere.ſ.ꝙ ẜm eã ꝓportionẽ qua creſcit põdus vnius:minuit̃ ꝟtus oppoſiti: ⁊ tm̃ minus dep̄mit.Cũ igit̃ antea p̄mũ põdus ſandali reduceret p̄mũ põdus mellis ad tꝑamẽtũ.ſi mel duplet̃:ſandalus nõ poterit ip̄m dep̄mere vſq̄ ad tꝑamẽtũ:ſed cum habeat reſpectu mellis mediũ ꝟtutis quã hẽbat ꝑus depꝛimet ip̄m vſq̄ ad certũ mediũ inter tꝑamẽtũ ⁊ finẽ ſcd̄i gradus:qui erat ſitus cõplonalis mellis:⁊ reducet ipſuꝫ ad p̄m gradũ:ꝙ ſi iterũ mel duplet̃ vt ſint.viij.ʒ.iam due.ʒ.ſandali vincent̃ oino a melle:nec q̄ntum ad ipꝛeſſionẽ notabilẽ in ſanabili erit iam miſtio inter ea:ſed coꝛrumpet̃ ſandalus ⁊ ſtabit mel in ſua complexione:q̄uis.n.remitteret̃:tñ nõ curat medicus niſi ſenſibile fuerit:tunc.n.euadit ſenſũ qñ nõ eſt in aliqua medicina gradus alicuius. Eſt.n.poſſe ꝙ augeat̃ q̄ntitas mellis ſolũ per tertiã ꝑtem ſui ponderis p̄mi:⁊ tũc tm̃ ꝑ tertiã partẽ gradus repꝛimet̃ a ſandalo:⁊ ſi ꝑ duas ad p̄m reducet̃ eius caliditas ad moduꝫ ſcd̄i.ꝙ hic gr̃a exẽpli.nam ad quẽ terminũ ſpãl'r deducat̃ cõplo inueniet̃ ꝑ rectũ modũ calculãdi q̊ tradet̃ inferi⁹.¶ Sed ad verificationẽ ꝓpoſiti cañ.docet auctoꝛ ↄſiderare nõ ſolũ q̄ntitates cõponentiũ:ſed ẽt ſub̃as dicens.ꝙ ad hoc vt ex cõponentibus oppoſitis in eodẽ gradu reſultet tẽꝑamẽtũ:neceſſe eſt nõ ſolũ q̄ntitates cõuenire:vt dictuꝫ eſt:ſed ẽt ſub̃as: ita.ſ.vt cõponẽtia ſint vnifoꝛmis ſub̃e.In tñ.n.poſſent eẽ diffoꝛmes:ꝙ cõpo^m ex eis:⁊ in p̄mis põderib⁹ nullatenus faceret

Multiplicata q̄ntitate cõplonati augetur cõplo nõ in gradu ſed ẜm extenſionem.

Medicina ꝑ augumẽtũ ponderis nõ trãſcẽdit gradũ ſue cõplexionis

Cõſideranda eſt etiã ſubſtantia cõponẽtiũ

faceret ĩpressionẽ distẽperati maxĩe in p̃mo tp̃e medicine cõposite. ❡ Ad cui⁹ euidẽtiã est sciẽduz q̃ lz oẽ gñabile ⁊ corruptile .iiij. hẽat tp̃a sue durationis: tñ medic⁹ in medicinis cõpositis p̃ artẽ cõprehẽdit illa sub trib⁹ diffis dicẽs q̃ p̃ᵐ tp̃s medicine cõposite est fermẽtatio: ⁊ est totũ illud tp̃s in quo mutuis alterationib⁹ cõponẽtia se disponũt ad suscipiẽdũ formã sue cõpõnis: per quã reponit̃ in spẽ tali vel tali: vt theriace vel mithridati: vel diamusci ⁊c̃. Et in toto illo tp̃e dr̃ medicia cõposita recẽs: ⁊ a qbusdã iuuenis appellat̃. Termin⁹ aũt p̃dicte alterationis est in q̃ recipit suã p̃fectionẽ: ⁊ medici vocãt eũ sigillationẽ: ⁊ a qbusdam vocat̃ colla: ⁊ abinde vocauerunt qdã totũ tp̃s f̃m medi. tp̃s sigillationis .i. tp̃s in q̃ sigillata ꝯsistit p̃ suã p̃fectionez. Ab alijs aũt vocat̃ clari⁹ ⁊ ꝓprius tp̃s p̃fectionis. Tertiũ aũt tp̃s est in q̃ debilitat̃ atq̃z senescit vel ꝓprie antiquat̃: ⁊ dr̃ tp̃s resol̃onis. Q̃ȝdiu igit̃ medicia ẽ in tp̃e fermẽtatiõis ⁊ maxĩe circa p̃ñᵐ opat̃ poti⁹ p̃ cõpl̃onẽ cõponẽtiuz: q̃ȝ totius cõpositi. Si g̃ valde dispes fuerint subẽ cõponẽtiũ: ⁊ circa cõpositũ ex eis corpori applicet̃ manifeste opabitur f̃m excellẽtiã vni⁹ cõponẽtium: vt si ex petroleo ⁊ cortice mãdragore q̃ sunt oppositaꝝ cõpl̃onuz in q̃rto gradu: cõponat̃ medicia ⁊ in p̃mis põderibus: nihilomin⁹ si applicet̃ in p̃ñ° cõpõnis alicui mẽbro manifeste calefacit medicina. Nam suba petrolei q̃ liqda est leuiter subingredit̃: ⁊ citi⁹ manifestat effectũ suũ q̃ȝ cortex mãdragore q̃ solidior est. vñ si alterũ cõponẽtiũ habuerit subaz terreã ⁊ alterum aqueã: de facili adinuicẽ sepant̃: ⁊ sic manifestat̃ in corp̃e differẽs: ⁊ opposita ĩpressio q̃ nõ p̃tinet tp̃ato. Ponam⁹ .n. q̃ medicina cõposita ex p̃mis ponderib⁹ vini maloꝝ granatoꝝ ⁊ gentiane ꝓpinet̃ alicui: maxĩe statiz cum fuerint aggregata ꝓculdubio medicia talis cõposita nõ imutabit interiora mẽbra vt tp̃ata: sz segregato pro maxĩa parte liquore a puluere: vel resoluto in vaporẽ: vel vna vel duab⁹ distẽperãtijs imutabunt̃ interiora. Sil'e quoq̃z põt in tp̃e p̃fectionis ⁊ resol̃onis accidere diminuto altero cõponẽte qd̃ in humiditate ⁊ sicci. fit manifesti⁹. Si .n. in p̃mis ponderib⁹ cõponat̃ medicina ex suc. cucur. ac spodio: constat q̃ cũ medicia p̃uenerit ad tp̃s p̃fectionis vel sigillationis magna p̃s succi iaz resol̃uta erit manẽte spodio: ⁊ ideo tũc nõ hẽbit effectũ tp̃ati in siccitate ⁊ humi. ⁊ ex hac ꝯsideratiõe iudicat Gal'. theriacã recẽtez humidã eẽ: h̃ est minus siccã iaz fermẽtata: si multo forti⁹ antiquata. ❡ Jam igit̃ p̃z q̃l'r ad certitudinẽ cõpl̃onis medicine medicũ neċe est cõsiderare subaz cõponẽtiũ: ⁊ tp̃s cõposite medicie. Et in his dant̃ ĩtelligi oia qb⁹ alterari pñt cõponẽtia postq̃ȝ veniunt ad cõpositionẽ. Ante .n. iudicant̃ esse cõpl̃onata f̃m illuz statũ in q̃ sunt in termĩo p̃parationis .s. cũ iam nõ restat nisi ea ꝯiũgere: vt çucchara vel mel iudicat̃ f̃m dispositionẽ quã h̃z in fine decoctiõis: aut syrupi cũ q̃ fit el'ariũ ⁊ carnes prunoꝝ f̃m dispõnẽ quã hñt in fine desiccatiõis si ponãt̃ in cõposito sicce ⁊ nõ recẽtes. Si quoq̃z de çinçi. remollito in çinçiberato: ⁊ sic de alijs. Hec .n. oia sensu ⁊ rõne cõprehẽdunt̃: ⁊ iõ cadũt sub regulatiõe medici. Sz ꝓprietas q̃r latet medicũ: ideo nõ fit mẽtio de ipsa in cõsiderationib⁹ regulãtib⁹ iudiciũ cõpl̃onis: lz sit vnũ de mutantib⁹ cõponẽtia: ⁊ medic⁹ q̃ põt eaꝝ hr̃e notitiã ĩter ceteros est mirabilis. ❡ Ex p̃dictis aũt ortũ h̃z cautela quã oẽs sapiẽtes vniformiter dãt in vsu cõpositaꝝ mediciaꝝ. Cuz .n. nimis difficile sit tp̃s fermẽtationis atq̃z sigillationis cognoscere vel mutuos respect⁹ ꝓprietatũ cauere dz: ne studeat opari nouiter cõpositis medicis sz antiqs ⁊ expertis vel tñ simplicib⁹: aut si cõponere cogat neċitas q̃ȝto pauciorib⁹ poterit sub determinatis põderib⁹ eligat facẽ: ne pro ꝯfusione cõponẽtiũ intercipiat̃ via eadẽ cognoscẽdi p̃ rõnez virtutẽ: sicut accidit vulgarib⁹ medicis: q̃ syrupos velut clysteria ꝯficiunt ex manipulis fere oĩuz medicinaꝝ: quaꝝ noĩa didicerũt paruipẽdentes errorẽ pñtez ⁊ grauiorẽ in posterũ nõ timẽtes: quos ars cõponere nõ docuit: sz cecus nundinarũ ⁊ vsus melioꝝ. Hoĩs aũt est ordinate mentis apud deum ⁊ p̃ximũ nullo appetitu a via recte rõnis discedere: sed ad eam potius feruido animo p̃perare corporis vsibus derelictis: qui quãto antiquiores tanto vilius ⁊ sordidius est iacere in eis.

Tempora tria medicine cõposite.

In cõposito ꝯsideranda est s̃ba cõponentium ⁊ tp̃s cõpositi.

Cautela

❡ Si distemperata equaliter in eisdez qualitatibus cõmisceant̃: compositũ resultabit distẽperatũ in terminis cõponẽtiuz. XXXIIII.

❡ Qm̃ ex ista obuiatione aliquo mõ cõsurget eq̃litas: q̃r .s. cõpositum suis cõponẽtib⁹ resultat equale: ideo subiungit eã post obuiationes equalitatis ⁊ veritas est eius manifesta tam per p̃cedẽtia q̃ȝ per se: ⁊ in exẽplis. nam si due medicine calide in sc̃do gradu cõmisceant̃: cõpositũ in eodẽ gradu calidum resultabit: nõ obstante diuersitate subaꝝ ⁊ q̃titatũ: p̃p̃ qd̃ nõ fit de ipsis in cañ. p̃cedẽti mẽtio.

❡ Si distemperata in eadez qualitate ac diuersis gradibus coniungantur: compositum resultabit distemperatum inter vltimos terminos componentium. XXXV.

❡ Rõ verificãs canonẽ est. q̃r oẽ intẽsuz de se intendit remissuz cui ꝯiungit̃: ⁊ oẽ remissuz remittit intẽsuz: cui associat̃ per maiorẽ p̃ticipationẽ opposite q̃litatis: vñ si cal'm in fine p̃mi cõmisceat̃ cal'o in fine sc̃di: cõstat q̃ caliditas min⁹ calidi eleuabit̃ p̃ cal'itatẽ magis calidi: ⁊ postq̃ȝ eleuat̃ neċe est vt trãscẽdat finẽ p̃mi q̃ erat vltimus termin⁹ eius. Sil'r cal'm in fine sc̃di: qui fuit termin⁹ vltimus eius rep̃met̃. eritq̃z caliditas in cõposito vltra finẽ p̃mi: ⁊ citra finẽ sc̃di. Nam ꝯstat q̃ caliditas magis calidi deprimit̃ p̃ min⁹ calidũ: rõne friditatis quã in plus p̃ticipat q̃ȝ magis calidũ: ergo neceſſe est in ꝓposito exẽplo: vt caliditas magis calidi descẽdat ĩfra finẽ sc̃di: ⁊ sic inter vltĩos termĩos cõponentiũ: vt ꝓposuit cañ. iste. hoc .n. infallibil'r est verũ de se: sicut p̃z in alijs. Nam si calidum in fine primi ꝯiungat̃ calido in fine tertij cõposituz resultabit ex vi componentiũ caliduz inter finẽ primi ⁊ finẽ tertij. Et sil'r si cõponat̃ ex calido in fine quarti. Sed ad quẽ situm determinate cõplexio peruenit: docet̃ in vltimo cañ.

❡ Si distemperata in oppositis qualitatibus: diuersis tñ gradibus cõmisceant̃: eleuata qualitas deprimit̃ in cõposito citra finez alicuius gradus inferioris: quãtitatibus tñ atq̃z substãtijs non repugnantibus. XXXVI.

❡ Cum dictũ sit supra q̃ oia cõponẽtia cuiuscũq̃z medicie tñ sex modis pñt in gñe cõbinari p̃missis .v. subiungit hic sextũ: in q̃ nihil est solicitudis: nec aliqd resultat eq̃litat̃. Quoꝝ tñ aliqd̃ erat in pñtib⁹. ⁊ ideo istũ modũ velut nullaz in his hñs cõuenientiã cũ alijs: ponit extremuz in quo talez dat r'laz .s. q̃ si cõponẽtia medicie fuerint oppositaꝝ q̃litatũ: ⁊ in diuersis gradibus sp̃ in tali cõposito dep̃met̃ q̃litas eleuata .i. q̃litas q̃ est in gradu sup̃iori. Quãtum aũt deprimat̃ exp̃mit h̃ statiz in gñali dicens: q̃ citra finẽ alicuius inferioris .i. alicui⁹ coꝝ graduũ: q̃ sunt sub gradu q̃litatis eleuate vel altioris. Jn qb⁹ ṽbis implicat duo: quoꝝ vnũ est q̃ medicina sup̃ioris gradus reducit̃ p̃ suã oppositã ad aliquẽ graduz inferiorẽ. Sc̃m est q̃ q̃litas in illo gradu ad quẽ reducit̃ nõ attingit finez: ita q̃ in illo gradu integre reponat̃: sz poti⁹ in aliq̃ p̃te illi⁹. Verbi grã: si componẽtia sint fridũ in p̃mo ⁊ cal'm in sc̃do vel tertio vl' 4°: cal'm rep̃met̃ a frido: nõ solũ p̃ vnũ gradũ: sed ẽt amplius

per ptẽ inferioris gradus: ita ꝙ calm̃ in scđo reduceẽ per
fridũ in pmo ad calm̃ citra finẽ pmi: ⁊ calm̃ in tertio ad
calm̃ citra finẽ scđi: ⁊ calm̃ in q̃rto: ad calꝫ ĩfra finẽ tertij.
¶ Ueritas aũt ⁊ necitas huius dicti clarius patebit: si tri/
buli ⁊ ſpine prius extirpẽt a ꝯsideratiõe pñti. Auer. n. huic
ſnie finẽ ꝯriat in pte: ⁊ in hac cõbinatione spãlr gloriat se
inuenisse regulaꝫ infallibilr graduãdi medicinã cõpositaꝫ
inquiẽs absolute ꝙ qñcũqꝫ cõponẽtia sunt oppositaꝝ q̃li
tatũ ⁊ diuersoꝝ graduũ: semꝑ iferior repmit supiorẽ ꝑcise
tantũ q̃tũ ipse iferior distat a tẽꝑato: ⁊ hãc dicit breuẽ esse
⁊ expeditã ac infallibilez rlaꝫ. ¶ Sed qm̃ in his que tm̃
rõnis sunt ⁊ nõ fidei vl forte solius experimẽti: nemo sine
rõnis euidẽtia tenet alicui credere. Considerãduꝫ est dili/
genter vtrũ eiꝰ rla ꝯtineat veritatẽ. Naꝫ si vera esset oino
cassaret traditionez ꝓpositi aphorismi. Si tm̃ subtilr eius
doctrina discutiat: inueniet irrõnabilis ac erronea. Dicit
eniꝫ absolute ꝙ pmus gradus repmit supiorẽ ꝑ vnuz gra/
dum tm̃: ⁊ scđs ꝑ duos: ⁊ tertius ꝑ tres: ita ꝙ fridũ in pmo
reducit calidũ in scđo ad calidũ in pmo itegre: ⁊ calidũ in
tertio ad calꝫ in scđo: ⁊ calꝫ in q̃rto ad calꝫ in tertio: ⁊ qm̃
de h̃ facit artẽ: q2 dat ꝑ rlaꝫ formalr artẽ ꝯstituẽtez: cõstat
ꝙ reddit se certũ: qm̃ ars q̃ ducit infallibilr ad certa semꝑ
de certis est: vt supra diximꝰ. ¶ Certitudo vero artis nõ re/
quirit humano labore: nisi duobꝰ modis. s. rõne ⁊ experi/
mento: ita ꝙ qñqꝫ tantũ expimento: sicut illa rla nãꝝ. s. ꝙ
acus magnete cõtacta vel iformata: si suꝑ aquã natauerit
axem indicat poloꝝ firmamẽti subtracto magnete. Qñqꝫ
aũt sola rõne: sicut certitudo q̃ hr̃ de circũferentia: vel dia/
metro terre: vl supra celestiũ corpoꝝ. qñqꝫ vero vtroqꝫ mõ
acqrit: sic certitudo q̃ hr̃ de q̃litatibꝰ cõplonalibꝰ mistoꝝ.
Cuꝫ igit hãc rlaꝫ dicat eẽ certã: opꝫ vt aliq̃ pdictoꝝ mo/
doꝝ acqsiuerit eiꝰ certitudinẽ. Sed ꝯstat ꝙ non pmo mõ:
qm̃ ea quoꝝ certitudo hr̃ solo experimẽto nõ sunt nisi ea
quoꝝ est cã solũ ꝓprietas. Hic aũt agit de mẽsura cõplo/
nis q̃ nõ est effectꝰ ꝓprietatis: ⁊ ideo nõ põt ex pte ista so/
lum experimẽtum esse infallibile: cum ergo dicat hoc esse
infallibile: opꝫ vt ad hoc dicẽdum moueat ab aliqua ra/
tione qua suum experimẽtuꝫ valletur: posito ꝙ fuisset ex/
pertus sic: cũ tm̃ ipse fateat se caruisse medicinalibꝰ experi
mentis: ⁊ pro eis remittat discipulos suos ad traditiones
Abençoar. Queramus igit que rõ mouerit eũ ad dãdum
regulaꝫ supradictã. Si. n. rõ recta fuit: opꝫ vt trahat ori/
ginẽ a fundamẽto qđ ab oibus ponit in gradibꝰ cõplona/
toꝝ: ⁊ est q2 gradus distinguũtur numeris ꝺm aliqđ genꝰ
ꝓportionis: sicut patuit. xvij. ⁊. xviij. apho. supius. Si ergo
per rõnez cõprehẽdat mẽsura intẽsionis ⁊ remissionis cõ
ponẽtiũ in cõposito: necẽ est h̃ fieri ꝑ rõnes numeroꝝ: qa
vt supra ꝓbatuꝫ est: virtꝰ excedẽs: excessa: ⁊ depmẽs: ⁊ de/
pressa nõ cõparant inuicẽ nisi sub rõnibꝰ numeroꝝ: con/
stat eniꝫ ꝙ in tali cõposito vna est deprimẽs: ⁊ alia est de/
pressa ẽt ambe sunt inuicẽ resistẽtes. sed q̃tũ plus vel mi/
nus resistit vna q̃ alia: vel q̃tũ vna depmit aliaꝫ non põt
rõne cognosci: nisi cogscat ꝓportio virtutis vnius ad vir/
tutẽ alteriꝰ. Naꝫ excessus duoꝝ cõparatoꝝ adinuicẽ non
põt cognosci nisi quãtitates extremoꝝ vel mẽsure cogno/
scant. Cũ igit cõꝑant opposite virtutes diuersoꝝ graduũ
penes potentiã resistẽdi ⁊ deprimẽdi in cõposito necessa/
rio cõuenit mẽsurare illaꝫ potentiã in illo cõposito penes
accessum ⁊ recessum virtutis eiꝰ ad virtutes extremoꝝ. s.
cõponẽtiuꝫ. sed virtutes extremoꝝ q̃tũ ad potẽiaꝫ depri/
mendi ⁊ resistẽdi formalr ꝯsistũt in diuersis ꝓportionibꝰ.
Cuꝫ igit rõ deprimẽdi ⁊ resistẽdi nõ sit alia in composito
q̃ in cõponẽtibꝰ: ⁊ sit in ipsis cõponentibꝰ sub aliq̃ specie
ꝓportionis: opꝫ vt silr sit in cõposito. Ad cognoscẽdũ igit
determinate q̃tũ vna deprimit alterã: ⁊ q̃tũ altera ei resi/
stit: necẽ est cõꝑare ꝓportiões quas hñt in cõposito ad ꝓ/
portiones ipsaꝝ in cõponẽtibꝰ. Sed ꝓportiões in aliqbꝰ
rebus accipi nõ pñt nisi ꝺm rõnez maioris ⁊ minoris nu/
meri. Numeremus igit portiões q̃litatũ oppositaꝝ q̃ sunt
in cõponẽtibꝰ ꝺm fundamẽtuꝫ vel potẽtiaꝫ eius. Et dica/
mus ꝙ friduꝫ in pmo hꝫ duas ptes friditatis ⁊ vnã calidi/
tatis: q2 vt supra diximꝰ. ipse ponit ꝙ pmus gradus semꝑ
est duplus ad tẽperamẽtuꝫ: ⁊ in h̃ ꝯuenit cũ alkindo. calꝫ
aũt in quarto: hꝫ qnqꝫ portiões calitatis ⁊ vnaꝫ friditatis.
Scđm hãc igit rõnez in medicina cõposita ex frigido in
pmo: ⁊ calo in q̃rto: tũc erũt in summa sex portiões calidi/
tatis ⁊ tres friditatis: ⁊ sic friditas erit medietas caliditat:
⁊ caliditas erit dupla ad friditatẽ. Sed ꝺm euꝫ ista ꝓpor/
tio ꝯstituit gradũ pm. g talis medicia cõposita esset calida
in pmo gradu. ⁊ sic friduꝫ in pmo reduceret calm̃ in q̃rto
ad calm̃ in pmo. Si vero ꝯiungat calo in 3o: tunc ꝺm rõnes
eius calm̃ in 3o hẽbit q̃tuor portiões caliditatis ⁊ vnã fri/
giditatis: fridum vero in pmo hꝫ vnã calitatis ⁊ duas frigi/
ditatis: ⁊ sic in vniuerso erũt qnqꝫ portiões calitatis ⁊ tres
frigiditatis. Pꝫ aũt ꝙ tres sunt plus q̃ medietas respectu
qnqꝫ. si ergo prius qñ erat medietas caliditatis reducebat
quartũ ad pmũ. Nõ cuꝫ sint plus q̃ medietas reduceret
tertiũ ad minus q̃ pm. Et ꝺm eandẽ rõnẽ ad multo minus
reduceret scđm: ⁊ ita friduꝫ in pmo semꝑ reduceret calidũ
in quocũqꝫ gradu supiori ad pmũ gradũ ꝑcise: vel ad mul
to minꝰ eo: ⁊ hec oia sunt abusiones ⁊ deliramẽta. Nec põt
dicere ꝙ modus accipiẽdi portiões sit alius: qm̃ ipole est
vt alius sit stante fundamẽto qđ ipse posuit. s. ꝙ gradus di
stinguant illis numeris supradictis: vñ cũ eiusdẽ rõnis sit
gradus in cõposito ⁊ in cõponẽtibꝰ: opꝫ ꝙ eisdẽ numeris
ꝯstituant gradus in cõpositis qbus ⁊ in cõponẽtibꝰ: ⁊ per
ꝯñs idez erit modus accipiẽdi ꝓportiões. s. per numerum
vnius q̃litatis relatũ ad numerũ alteriꝰ. ¶ Cum igit per
rõnez sumptã ex fundamẽto sue positionis nõ verificetur
regula supra data per euꝫ. Adhuc restat querere qua rõne
dixit absolute: ꝙ ois gradus inferior deprimit superiorez
opposite q̃litatis tantũ ꝑcise q̃tũ inferior distat a tẽꝑato.
Nam si dixerit se hr̃e aliã rõnem: iam euitare non poterit
qn sua doctria sit irrõnabilis: qm̃ ex pncipijs acceptis nõ
infert ꝯclones: imo vt patuit ꝯclones eius repugnant suis
principijs: q2 ex pncipijs aliud seqt q̃ sua regula ꝯtineat.
Sed esto ꝙ hẽat aliã rõnez illiꝰ dicti: tunc queramus que
sit illa: nec insinuat ex verbis eius ꝙ alia sit: nisi q2 ois q̃li/
tas q̃tũ eleuat supra tẽperatã: tantũ fortificat supra oppo
sitã: ⁊ per ꝯñs tantũ põt eã depmere: ⁊ lꝫ h̃ verum sit tm̃ in
ꝓposito nõdum sufficit hec rõ: q2 q̃uis friditas in primo
fortificet per vnũ gradum supra caliditatẽ tẽperati: nõ tm̃
in eadeꝫ ꝓportiõe se hꝫ ad caliditatẽ quarti ⁊ tertij ⁊ scđi.
Sed inter quascũqꝫ virtutes diuersa est ꝓportio: necesse
est vt diuersus sit effectꝰ mutue alterationis vel actionis.
Unde penitus est irrõnabile ꝙ equalr deprimat quelibꝫ
illoꝝ graduũ. Nec põt dici ꝙ aliud sit pnm huius inuesti/
gationis: q2 in ꝯsideratiõe mutue actionis duaꝝ virtutum
oppositaꝝ in aliquo cõposito: nullũ est aliud prinm a quo
possit inchoari rõ inuestigãdi mensurã depressionis vniꝰ
⁊ resistẽtie alteriꝰ: nisi opatio ꝓportionis virtutũ in misto
ad ꝓportiones eaꝝ in cõponẽtibꝰ. Et qui per hanc viã nõ
ꝓcedit: nõ est in ꝓcessu suo phus nec vulgaris. naꝫ inꝰ fra/
ctionibꝰ ⁊ integris numeris quarũlibꝫ quãtitatũ ⁊ virtutũ
tam phus q̃ vulgaris considerãt ꝓportiones. Sed cã de/
ceptionis in talibꝰ est arrogãtia ingenij. Cum. n. sunt inge/
niosi ⁊ ꝑspicaces ꝓsumunt de se plus q̃ sint: ⁊ supponũt
ꝙ eoꝝ cognitio sit indeceptibilis: ⁊ ideo negligũt discutere
qđ pñtat eis sua phãtasia: ⁊ sic deludunt ab ea: ⁊ talis fuit
auctor iste spãlr in medicinalibꝰ ꝯsiderationibꝰ. Nam in
oibus

Regula Auer. quã credit infallibilez.

Contra illam.

Certitudo artis rõne ⁊ expimẽto acqrit.

Fundamẽtũ Auer. Et contra illud.

oĩbus errauit in ꝗbus inuectus est ꝯ Gal. Ideo ꝯ euꝫ spãl'r scripsimus tractatũ de intẽtione medicoꝝ: ⁊ tractatum de cõsiderationibꝰ operis medicine ad eplãꝫ de dosi ĩberiacaliũ medicinaꝝ ne laberent̃ in errorẽ debiles occasione dictoꝝ suoꝝ. Unde in ꝓposito sola phantastica ꝑsuasione delusus est. videns.n. ꝙ ex equalibꝰ equale resultat: iudicauit sub indiffusa phantasia vel cogitatiõe: ꝙ si vtrũqꝫ cõponentiũ residet per oppositã qualitatẽ ſm diuersos gradus vnuꝫ remitteret alterũ ſm elongationẽ eius a tẽperamento. Et qđ magis mouet euꝫ ad hoc credendum fuit ꝙ oĩs excessus mensurat̃ per cõparationẽ ad quale. Qđ gdẽ lꝫ verũ sit: tñ in hoc latet deceptio: q꞉ quecũqꝫ cõparantur ad equale non cõparant̃ ei ſm eandem ꝓportionẽ: nec ẽt adinuicem oĩno: vt patuit supra: ⁊ paulopost applicabitur huic ꝓposito. ¶ Sed ex dictis pꝫ ꝙ doctrina huius arabis irronabilis est ⁊ erronea: ⁊ per ꝯñs inartificialis. Qđ etiam nõ minus clare pꝫ in regula quã dederimus in graduando medicinã cõpositã ex cõplonatis in eadeꝫ qualitate ac diuerso gradu: qm̃ in tali medicina nec directe: nec certe docuit inuenire graduꝫ vel situm cõplonis. Dixit.n. ꝙ si talis cõpositio fiat. v.g. vt calidi in p̃mo cũ calido in scđo vel tertio vel quarto: ꝙ in p̃mo calidũ: q꞉ plus participat de friditate q̃ꝫ cal'm in aliquo gradu altiori: ideo deprimit quẽlibet illoꝝ. Sed q̃tũ dep̃mit nesciuit determinate mensurare: nec docuit illud facere directe: imo indirecte: q꞉ per viã remotionis vel negationis dicẽs: ꝙ illud nõ est tantũ q̃tũ põt deprimere medicina opposite qualitatis in eodeꝫ gradu: nec tantũ q̃tũ põt temperatũ: q꞉ frigiditas qđ est calidũ in p̃mo: nec est in eis tanta quãta est frigiditas tẽperati: ⁊ ideo dixit ꝙ calidũ in p̃mo reprimit calidum in aliquo gradu supiori minus q̃ꝫ friduꝫ in p̃mo: ⁊ minus q̃ꝫ temperatũ: lꝫ respectu frigidi in p̃mo rep̃mat: multo minus q̃ꝫ respectu temperati. Sed illud minus indeterminatuꝫ relinquit: ⁊ ideo incerte docuit quantum sit. Nihil.n. certe cognoscit̃ nisi in suis ꝓprijs termis cognoscatur: ⁊ ideo cognitio per diffinitionẽ facta dicit̃ cognitio termini: qm̃ diffinitio cõtinet ꝓprios limites diffiniti: vñ quia nõ nocet iste p̃dicte remissionis terminũ vel limitem inuenire: sed tñ docet cõsiderare mensuram depressionis remouẽdo terminos alioꝝ: pꝫ ꝙ eius doctrina indeterminata est ⁊ incerta vel cõfusa: ⁊ per ꝯñs inartificialis: q꞉ in incerto termio relinq̃t intellectũ: maxime cũ cal'm in p̃mo nõ in eadeꝫ ꝓportione respiciat calidũ in scđo ⁊ in tertio ⁊ in quarto: vnde nec equal'r reprimet: quoꝝ nihil ꝑ arteꝫ suã determinate docet. Causa huius defectus fuit: quia nõ cõsiderauit augumentũ ⁊ diminutionẽ in virtutibꝰ cõplexionatoꝝ ſm differẽtias ꝓportionũ: sine ꝗbus nunq̃ꝫ iter inequales quãtitates possunt augumentũ ⁊ diminutio determiate accipi: sicut pꝫ in arithmetica ⁊ geometria: ⁊ scia de ponderibꝰ: Nec est credenduꝫ ꝙ ipse dimiserit hic cõsiderare ꝓpter ignorãtiam: qm̃ cuꝫ nouerit quadruuialia: credibile est ꝙ nõ ignorauerit saltem oĩno naturas numeroꝝ ⁊ rõnes ꝓportionũ: nec verisimile est ꝙ omiserit ꝑꝑ cõtemptũ: q꞉ tunc fuisset amens ⁊ flagellis egens. Naꝫ cũ in diffinitione graduũ vtat̃ numeris ⁊ ꝓportionibꝰ: vt supra patuit: amẽtia fuisset eoꝝ ꝯsiderationẽ negligere: sicut illi qui aliq̃d distribuit cuꝫ mensura negligere differẽtias illius mensure. Sed credibile est ꝙ huius occasio fuerit erroneũ fundamentũ. videns.n. ꝙ per portiones ⁊ numeros in ꝗbus gradus distinxit non poterat graduare medicinas cõpositas absqꝫ magno errore: vt supra patuit. Incidit in scillam cupiẽs euitare caribdiꝫ. vñ q꞉ errauit in p̃ncipijs non potuit recte ꝓcedere: nec errores in ꝯclonibus euitare: sed apparentiã secutus leui ꝯsideratione seipsuꝫ ⁊ intellectũ discipuloꝝ suoꝝ trahit ad imperfectã cognitionem vel ad falsum ⁊ incõueniens in cõpositis medicinis ex differentibus gradibus. ¶ Redeuntes ergo dicamus quẽadmodum aphorismus ꝓposuit. s. ꝙ medicina iferioris gradus deprimit oppositã supioris gradus plus q̃ꝫ per vnuꝫ gradũ: ⁊ q̃to supior est: tanto plus ab ea dep̃mit̃ ſm rõnem ꝓportionis. Cuius rõ est: q꞉ ꝓportional'r plus confortat depressam supioris gradus q̃ꝫ inferioris. Ponamus aũt in termis ꝓpter minores: ⁊ sit p̃mũ exẽpluꝫ nobis cõpositio fridi in p̃mo cũ calido in scđo gradu. Cuꝫ igit̃ ostẽsum sit: ꝙ recta rõ mensurãdi depressionẽ ꝓcedat ꝑ cõparationẽ ꝓportionis qualitatũ oppositarũ in composito ad ꝓportiones eaꝝ in cõponentibꝰ: ⁊ ꝓportio solis numeris cognoscat̃ cũ sit habitudo inequaliũ numeroꝝ: colligamꝰ numeros qualitatũ cõponentiũ: ⁊ ex hoc apparebit nobis qualis ꝓportio resultabit iter eas in cõposito. Cõstat igit̃ ſm fundamentũ suprapositũ ꝙ frigidum in p̃mo hꝫ duas ꝑtes friditatis ⁊ vnã caliditatis: ⁊ caliduꝫ in scđo hꝫ q̃tuor caliditatis ⁊ vnaꝫ friditatis. si ergo iungant̃ calide calidis ⁊ fride fridis: erũt in summa calide qnqꝫ ⁊ fride tres in tali cõposito. Numeratis igit̃ ꝓportionibꝰ oppositaꝝ q̃litatum cuiusqꝫ: iam nõ restat nisi videre qualeꝫ habeãt adinuicem ꝓportionẽ. nam si habeat ꝓportionẽ quã habẽt in altero cõponentiũ: erit cõpositũ eiusdeꝫ cõplonis cuꝫ illo cõponẽte. Si v̾o neutrius habeat ꝓportioneꝫ nõ habebit cõpositũ cõplonẽ alicuius cõponẽtis: sicut est in ꝓposito exẽplo. nam cuꝫ ꝑtes frigide sint tres ⁊ calide. v. iam pꝫ ꝙ inter ꝑtes fridas ⁊ calidas cõpositi nõ est eadem ꝓportio que est inter eas in cõponẽtibꝰ. Nam in frido in p̃mo gradu caliditas erat media ꝑs frigiditatis: in cal'o v̾o in scđo frigiditas erat quarta pars caliditatis: sicut fuit supra determinatũ: lꝫ tres nec sunt medietas respectu. v. nec q̃rta pars: ⁊ sic cõpositũ nõ erit cõplonatũ in p̃mo gradu integre: nec in scđo. Sed cũ friditas sit magis q̃ꝫ quartã ꝑs: cõstat ꝙ deprimet caliditatẽ infra scđm. Nam traditũ fuit supra. ꝙ qñ vna qualitas est quarta pars respectu opposite: tunc cõpl'o seruat̃ integre in scđo. Cum igit̃ hic sit plus q̃ꝫ quarta descẽdere faciet infra scđm: ⁊ iterũ cum sit plus q̃ꝫ medietas: sil'i rõne deprimet adhuc caliditatẽ infra p̃m seu finẽ eius. Sed quãtũ sit illud in vltimo cañ. dicet̃. hic aũt sufficit demõstrare ꝓpositũ. Et iam pꝫ ex his ꝙ friduꝫ in p̃mo deprimit cal'm in scđo plus q̃ꝫ ꝑ vnuꝫ gra. or. infra finem p̃mi: ⁊ h̃ fuit ꝓposituꝫ. Et sil'i calculatiõe patebit ꝙ friduꝫ in p̃mo deprimit cal'm in tertio: infra finẽ scđi. Nã cal'ꝫ in tertio hꝫ octo ꝑtes caliditatis ⁊ vnã friditatis: ⁊ friguduꝫ in p̃mo duas friditatis ⁊ vnã caliditat꞉: ⁊ sic in sũma erunt in cõposito. ix. ꝑtes caliditatis: ⁊ tres friditatis. Iam autẽ pꝫ ꝙ. iij. respectu. ix. sunt tertia pars tñ: ex quo pꝫ ꝙ sunt plus q̃ꝫ. viij. pars: ⁊ sic nõ ꝯuenit ei ꝓportio tertij gradus in quo caliditas excessa est. viij. pars respectu excedẽtis. Cuꝫ igit̃ hic sit plus q̃ꝫ. viij. descẽdere faciet cal'itatem infra tertiuꝫ: ⁊ sil'i rõne cum tertia pars sit maior q̃rta que ꝑtinet ad scđm adhuc facient ipsaꝫ descẽdere ifra vltimũ terminũ scđi: ⁊ hoc fuit ꝓpositũ. Et recte ſm eundẽ modũ patebit ꝙ fridum in p̃mo reprimit cal'm in q̃rto ifra fineꝫ tertij. Rõnes enim numeroꝝ ⁊ ꝓportionuꝫ ita sunt stabiles ⁊ fixe: ꝙ nunq̃ꝫ recte calculantẽ decipient: nec in numero defraudabit̃. Sil'r si friduꝫ in scđo cõiungat̃ calido in quarto deprimet ipsuꝫ plus q̃ꝫ per duos gradus. s. q꞉ infra finem scđi: ⁊ si fridum in tertio cõiungat̃ ei deprimit ip̃m plus q̃ꝫ per tres gradus: q꞉ ifra finẽ p̃mi. Sic.n. infallibil'r inueniet recte calculans: sicut tabule rep̃ntant. ¶ Ex p̃dictis ergo pꝫ ꝓpositũ. s. ꝙ cõplonatũ gradus inferioris deprimit oppositũ gradus altioris non soluꝫ tantũ q̃tũ ipse inferior gradus distat a t̃pato: sicut dixit Auer. sed ẽt plus. Et huiꝰ rõ est: q꞉ q̃litas que est in gradu inferiori nõ inue-

Aliꝰ error Auerro.

Cognitio ꝑ diffõnes ẽ certa cognitio.

Declaratio aphori. cũ virtute regule.

nit qualitatē sup̄ioris gradus liberā vel solutā: imo, ligatā cū aliqua portione que est de pñā inferioris. Nam sicut dicebat̄ friditas primi gradus inuenit cū caliditate scđi vel alioꝝ sequētiū aliquā portionē friditatis: que portio cū adiungit̄ friditati p̄mi gradus: iam facit ipsam elongari a tpato plus ꝙ̄ ante: per qđ additamentū acq̄rit: vt dep̄mat plus ꝙ̄ distat a tpato. ¶ Melius etiā pꝫ si consideret̄ rō ꝓpter quā plus deprimit sup̄iorē. sicut in sequēti cañ. ⁊ in tabulis clarescet. Frigiduꝫ. n. in p̄mo plus deprimit ꝓportional'r calidū in quarto ꝙ̄ calidū in tertio: ⁊ plus cal'm in tertio ꝙ̄ calꝫ in scđo. Cuius oppositū p̄ma frōte videret̄. ¶ Propterea: qꝛ ꝙ̄to fortior est virt⁹: tāto min⁹ phrenari pōt a sua opposita: ⁊ ideo qꝛ in h passu cecidit Auer. ⁊ alij multi magni sequētes cū expedit vt subtil'r atqꝫ attēte cōsideret̄ hec veritas. loquēdo. n. absolute nō est necessariuꝫ ꝙ fridum in p̄mo plus reprimat cal'm sup̄ioris gradus ꝙ̄ inferioris. Qđ ex h pꝫ: qꝛ magis facit appropiquare tpato cal'm iferioris gradus ꝙ̄ sup̄ioris. sed tñ si depressio vni⁹ ⁊ alteri⁹ ꝯsideret̄ fm ꝓportionē maior erit depressio superioris ꝙ̄ inferioris. ⁊ pp h fuit dictū ante: ꝙ magis deprimit sup̄iorē ꝙ̄ inferioreꝫ ꝓportional'r: ⁊ qui recolit de his que dicta sunt in cōpositiōe tpati cuꝫ distēperato supra in apho. xxxiij. facile videbit hic veritatē. Si. n. cōiungat̄ frigiduꝫ in p̄mo calo in scđo: cōstat ꝙ friditas primi que est dupla ad caliditatē cōiungit̄ friditati scđi: que est quarta respectu cal'itatis eius. Si aūt fridū in p̄mo ꝯiungat̄ calo in tertio: iam ille due portiones p̄mi gradus addent̄ friditati tertij: que est octaua in eo. Et sil'r rōne in quarto addent̄ portiōes friditatis p̄mi gradus ad friditateꝫ ei⁹ que est in eo. xvj. pars respectu cal'itatis. ꝙ̄to aūt. xvj. pars minor est ꝙ̄ octaua: ⁊ octaua minor est ꝙ̄ sit quarta: tanto ꝓportional'r ille due ptes friditatis p̄mi gradus fortificant plus friditatē quarti ꝙ̄ tertij: ⁊ tertij ꝙ̄ scđi: sed in se ꝯsiderate semp sunt eq̄les. Cuꝫ igit̄ adueniūt friditati que ligat xvj. ptes cal'itatis magis ꝓportional'r fortificabūt eam ꝙ̄ ligantē. viij. ⁊ istaꝫ magis ꝙ̄ ligantē. iiij. Quātum v° plus dep̄mat illi oppositā: vt fortificat cōplonaleꝫ in sequētib⁹ patebit: nec in talib⁹ exercitari paruipendere dꝫ fidelium studentiū cetus: ne gloriam suā alteris relinquere videat̄: qꝛ nō est credibile vt ppl's discedēs a veritate: sicut ille reprobus iudeoꝝ: aut tenebrosus paganoꝝ intueri possit ad plenū eaꝫ in oī gñe cognoscibili videt: sed solum h debet̄ sequēti ppl'o veritatis. ¶ Qđ aūt addit̄ in fine aphorismi de quātitate ⁊ suba intelligi dꝫ: sicut expositū est in añ habito aphorismo. Etenim si fridum in p̄mo qđ iungit̄ calo in scđo vel sup̄ioris gradus esset valde minoris ponderis ꝙ̄ primū vinceret̄ oino fm sensum ab opposito: ⁊ nō deprimit ip̄m sensibil'r: ac si valde maioris pōderis esset respectu oppositi ꝙ̄ exigat primū pondus: nō soluꝫ dep̄meret sꝫ oino annullaret eius ip̄ressionē sensibileꝫ: sicut si misceret̄ ʒ. j. cinamomi solius cū. j. lib. zucch. penitus ꝙ̄tū ad sensum vinceret̄ siccitas que est in scđo gradu: in cinamomo ab humiditate p̄mi gradus zucchare. Et sil'r fieret si cōtingeret eecōuerso. s. ꝙ cōpl'onatū in altiori gradu nō esset cōueniētioris quātitatis. Opꝫ igit̄ ad verificationē huius cañ. vt cōcurrant in cōueniētib⁹ ponderib⁹. s. p̄mis vel habentib⁹ illoꝝ ꝓportionē. Qual'r aūt prosit ad rectitudinē iudicij substantiarū conformitas dictum est supra.

Hic cecidit Auer.

¶ Ad illum terminum deprimitur complexio medicine composite: cuius proportionem seruant adinuicem portiones qualitatum oppositarum. XXXVII.

ta conuerti in subam:τ fieri pars nostri corporis:τ in hoc distat a cibo.tẽperata ꝟo vocatur:q᷑ nõ inclinat ipsuʒ ad aliquã qualitatẽ.que sit ergo sua nã vides:q᷑ distat a cibo in hoc:q᷑ non est nata fieri suba nostri corpis:τ etiã de ea nõ tolerat corpus tantã quãtitatẽ vt cibi.vñ non est tem perata nisi certa dosi distat ab alys medicinis in hoc:quia alie medicine inclinant corpus ad aliquã qualitatẽ: vnde ꝗuis dicat̃ temperata:τ in hoc forte posset dici cibus cuʒ habet aliqñ virtutẽ occultã ꝭm quaʒ dicit̃ medicina. vnde dicit̃ medicina quantũ ad alias virtutes.temperata aũt quantũ ad ꝓprias.in istis medicinis non inuenit̃ ex cellentia alicuius saporis:sed sunt suaues:τ sunt iste.

Medicina tẽperata differt a cibo et ab alijs medicinis.

Aqua tepida	mastix	aurum
oleum dulce	capillus ve.	margarite
maturum	asparagus	cathimia
amurca eius	litium	amidum
gumi	sebesten	radix lily
fructus	lentes	çuccha.ros.
lignum eius	cera	hiacinthus
τ folium	terbentina	argentum
τ semen	cassiafi.	perna q̃d est
citrũ τ fo.eius		animal.

Cum vis ꝯficere plures ex istis aut qñ nõ inuenis ista te ꝯuerte ad primos gra dus frigidos τ ca.equales:τ bene cõmiscẽdo ea in vnũ: vt cõfrangant̃ τ ꝯstitues ita ꝙ pri mũ gradũ cum primo opposito:aut secunduʒ cũ scdo:aut tertiũ cum tertio:aut quartũ cũ quarto:aut pri mũ duplicatũ cũ scdo:triplicatũ cum tertio: quadruplica tum cũ quarto:aut scdm duplicatuʒ cũ quarto:aut solicita te remouendo de re illam parteʒ quã non vis. Si ꝟo vis partẽ frigidã cõprime vel diuide cum igne:ignis.n.τ arti ficiũ diuidit ab omni re partẽ quã volumus/esto igit̃ mũ dus mẽte τ ingeniosus in cõiungendo τ separãdo:q᷑ nihil facit amplius abũdare ꝙ̃ ingeniũ cõiungẽdi τ separãdi: q᷑ in quolʒ est q̃dlibet si hõ habuerit artẽ:naʒ aliquando per ignẽ nõ tollit̃ nisi subtile solũ igneũ τ aereũ:τ densum remanet siue grossum in fundo: in medio ꝟo mediocre.

¶ Medicine igitur tẽperate que sint rõnes:τ quot sunt τ que:τ qũo possis abundare eis breuiter intelliges.vsus au tem earũ cõueniens est in debilibus virtutibus:qñ.s. for tior nõ tolerat̃:aut qñ egritudineʒ ignoras plus adiuuant ꝙ̃ noceant:τ videas aliquid operari:τ prudentes medico rũ faciunt ipsas basim oĩs medicine sue ne decipiant eos. relique ꝟo medicine fortes ꝓp repugnantiã ad naturaʒ:τ cũ istis temperatis ponunt paruã quantitatẽ de fortibus: nec dant turbith purũ:sed ex medicinis temperatis ali quid eis apponatur:τ illa medicina cũ nõ sit abominabi lis multũ facit nos securos a nocumentis vel malitia alte rius.Et dicit Gal.ꝙ nõ obuiat eis aliquid sinistruʒ vnꝗ̃.s. fabricãdo sic:iste medicine sunt maturatiue confortatiue τ saniẽ factiue seu generatiue:q᷑ adiuuant calorem natu ralẽ:τ refrenant excessus materierũ:postꝙ̃ sunt tempera te:augent igitur calorem diminutum a materia.

Medicine tẽperate in qb᷒ cõueniãt.

¶ De medicinis distẽperatis τ primo de calidis in primo cum siccitate. Cap. II.

Sequitur de medicinis distẽperatis: i eo ergo ꝙ medicina magnis est apta vincere τ agere ꝙ̃ pati:in eo auteʒ ꝙ distẽperata facit corpus labi a sua permanen tia qñ est maior aut minor calore naturali:fe cerunt igitur antiqui gradus in eis scdm ꝙ ipse inclinant corpus manifeste ꝭm plus τ minus:τ que occurrendo cor pori aliqualiter mouẽt ipsum ad suã qualitatem.nõ tamẽ multũ reuocauerunt ipsum de primo gradu.que ꝟo plus de scdo:τ sic vsqʒ ad quartũ verũ in qualitatibus passiuis nõ inuenerũt ꝓprie:hos gradus.in actiuis aũt sic:q᷑ passi ue sunt:sicut ꝓprium ꝯñs actiuaꝝ:vnde nec aliaꝝ virtu tum sequentiũ primos gradus fecerunt cũ inuenerunt in illa virtute vnã medicinã maioreʒ altera.Unde in oĩbus medicinis est aliqs sapor manifestus:τ vt magis ad distẽ peratũ tendit in ea est sapor fortior:vt vix gustus sufferret eas:τ haꝝ oĩum medicinaꝝ virtus est reducere corpus:et magis distẽperata renouat al's remouet magnos lapsus. Abundãtia aũt haꝝ oĩum:lʒ actiuis τ ꝭʒ modos dictos.s. augẽdo dosim minorẽ vel frequentando:q᷑ magnificatur opus eius.τ facit de paruo magnũ:aut minorãdo sicut de magno paruũ:aut separãdo partem ab eo:ꝗuis in agẽdo impediat in eo q̃duis.Ultimũ aũt est graduũ ipsoꝝ cõpo sitio ad quantitatũ ꝓportionẽ cõmiscẽdo:τ hic aduertas: q᷑ sic faciet te abundanteʒ:q᷑ in omni medicina inuenies q̃d voles τ reduces eas ad quẽ gradũ volueris τ quã ope rationeʒ.¶ Incipiamus igit̃ a distẽperatis in caliditate: q᷑ passiue qualitates non hñt vere gradus:ideo dicas cali das cuiusqʒ gradus cum siccitate τ humiditate:qm̃ nunꝗ̃ querimus siccũ τ humidũ:nisi cũ calido τ frigido:cũ vere non sit eorum agere.¶ Medicine igit̃ calide primi gra dus cũ siccitate habẽt aliquẽ de his saporibus:aut dulce: aut amarũ:aut acutũ:aut salsum:non multũ tamen:τ quan do obuiant corpori aliquã inclinationẽ recipit:τ si fiat ca rũ frequens:τ multus occursus decidit in magnũ lapsum: τ sunt iste calide in primo gradu τ sicce:vt sunt iste.

Absinthium	felix	vinum
biringi	vernix	vitis alba
sandaraca	serapinum	vitis nigra
spongia maris	lapadanum	cuscuta
sticados	peonia	altea
mellilotum	flores eius	draguntea
camomilla	τ semen eius	storax liquida
mellissa	squinantum	dactylus
sarcocolla	semen lini	sene
risum	edera	oçimum
furfur tritici	fistici	fumusterre
farina tritici	papauer ni.	eupatorium
bombax	candarusium	auena
folia arborum	agaricus	frumentum
τ semen eius	amidum	fu.i.valeriana
orobus	iarus	fermentum panis
coriandrum	τ siluestris	thamariscus
spica cel.	pini cortex	caulis indicus
spica nar.	çinçania	çucchara pennidie
spica mori	tribulus	volubilis
folium indum	vitis domestica	rubea tinctorum
galla	vitis agrestis	milium solis
cypressus	vinum pasiule	lupinus domestic᷒
vua	fex vini	

Ad hanc tabulam debes venire quãdo videbis in corpore lapsus ad frigiditatẽ.quoniã iste sunt prime in calidita te cum siccitate:τ cum istis experiaris si sana ri possit.in hac.n.tabula inuenies medicinas abstersiuas τ mũdificatiuas cutis τ membroruʒ mitigati uas doloꝝ ꝭm veritatem:τ mollificatiuas materierũ con gelataꝝ:q᷑ omnes sunt operationes parum calide cuʒ sic citate τ nitrositate:τ sunt debiles in resoluendo τ aperien do:quia adhuc exigitur gradus magne caliditatis: quare sunt equantes materiã ꝭm plus ꝙ̃ resoluentes. ¶ Quan do vis facere multas ex istis : commisce gradus opposi tos:scdm cum tertio:tertium cum quarto:aut constitue ꝓ portionem mistionis que est secundi ad tertiuʒ:τ tertium

ad quartum: ⁊ sic ascendendo fm̄ plus apponendo tamen quantū vis remanere tibi: aut diuide a medicinis maioribus partē quam non vis agere quousq3 reduxeris ipsum ⁊ debilitaueris diuidendo per partem sue caliditatis aut frigiditatis scōm velle tuū: ⁊ cū istis medicinis experiuntur auctores morbū postq̄ non possit manifestari aliter: qm̄ sine dubio quando dabis eas inclinabunt ⁊ iuuabunt aut nocebūt: ⁊ tunc prospicies cū quo gradu medicinarū sit agendū circa ipsum: qm̄ si iuuant exinde perseuerabis in via ista. si vo nocetur statim flecte in oppositas: ⁊ cum illis fabrica auxilia: ⁊ sunt iste.

Amygdꝰ dul.
⁊ amare
liquiritia
⁊ succus eius
zuccharum
sisamum
grana pini re.
decoc. psilly
passula
viola
mercurialis
borago
buglossa
iuiube
⁊ electuarium eorū
testiculus vulpis
secacul
melongia
gumi arabici

Et decoctiones medicinarum calidarum ⁊ siccarum primi gradus in aqua: quoniā aqua adequat siccitatem earū: ⁊ ad humiditatem cōuertit eas. Omnes iste medicine numerant cū predictis: sed sunt debiliores in operatiōibus calidi: q2 caliditas sic est magis cōueniens in operationibus calidi q̄3 humidum fere omnes tendunt ad aliquam dulcedinē: ⁊ sunt lauatiue lenitiue: ⁊ augent sang. lac ⁊ sperma: ⁊ si vis facere multas de istis tu scis modum.

De medicinis calidis in scd̄o gradu cū siccitate. Ca. III.

Medicine calide in secundo gradu cum siccitate sunt que quando obuiant corpori in suo temperamento existenti, multum ⁊ cito faciunt labi ipsum ⁊ grauari: sed corpus lapsū potius restaurant suo temperamento: ⁊ in oībus est acuitas magna vel amaritudo vel salsedo que nō latēt gustui: ⁊ sunt iste fm̄ Serapionē.

vrtica
⁊ se. eius
oleum eius
blācta bizantia
abrotanum
saluia
anagallus
ocimum gariofilatum
cotula
leuisticus
terbentina
balsamus
xilobal.
cortex thuris
⁊ fumus eius
kerua ⁊ oleū eius
camedreos
mastix
reubarbarum
bireos
lilium
siseleos
napus
scolopen.
ambra
cartamus
elacterium
meu
carpobal.
nux musc.
nux vomica
auellana
polium mō.
ficus ⁊ folium eius ⁊ oia que in ipso sunt
viscus
aristo. lon. ⁊ rotunda
crocus
fenugrecum
simphitum
aspaltum iudaicū
olibanum
calamus aromaticꝰ
affodili
camepitheos
baucia
alumen
muscus
narciscus
⁊ species eius
rapa silue.
cyperus
bermodactil.
aloes
cucu. asininus
canapis agrestis
lignum aloes
prassium

Ab istas medicinas venias cum occurrūt tibi lapsus frigidi: quos lapsus pmo nominate medicine remouere non potuerunt: ⁊ in hac tabula te exerce fabricando tria auxilia. s. decoctiones/syrupos/electuaria/clysteria/caputpurgia. ⁊ similia quibus indiges: quoniam omnes sunt digestiue flegmatis: dissolutiue frigiditatis ⁊ congelati humoris: vnde sunt mollificatiue: aperitiue/resolutiue/⁊ diuretice mēstrua prouocantes: ⁊ lapidē frangentes: ⁊ generalr̄ in morbis frigidis valde cōuenientes: q2 non sunt diminute a calore: silr̄ nec in excessu aduināt supradictas ad suas operationes: ⁊ vsus auctorum est super his: maxime in passionibus frigidis: abundantia autem istorum est modis supradictis.

De medicinis calidis in tertio cū humiditate. Ca. IIII.

Calide autē in scd̄o ⁊ humide sunt pauce ⁊ imitantur istas: ideo q2 sunt suauiores ⁊ debiliores: propterea q2 siccitas addit in acuitatē ⁊ asperitatē cum calido. humiditas autem addit in lenitatē. iste sunt magis incidentes ⁊ abstergentes ⁊ apientes: sed iste sine modicatione. Et sunt iste calide ⁊ humide in secundo.

been
eruca
dactili valde ma
turi
granum
lingua auis
ficus humide
vue mature
nux indica
potio mellis cum aqua multa

Oēs iste medicine multiplicant sanguinē ⁊ lac ⁊ menstrua ⁊ valde adiuuant coitum: propter illud quod est in eis calidum ⁊ humi. ⁊ sunt suaues ⁊ lenientes: vnde si vis plures ex istis adiungere ⁊ obtundere siccitatē que est in supradictis auge quantitatem istarum: ⁊ cū illis misceas: nam saluatur idem gradus ca. humidi vo non: q2 istud humidum est magis vincens siccum q̄3 siccitas illarum humiditatem: ⁊ sic habebis calidum in secundo gradu: inclinans tamen ad humiditatem.

De medicinis calidis in tertio gradu cū siccitate. Ca. V.

Medicine calide tertij gradus cum siccitate sunt valde potentes in operatione calidi: ⁊ si appropinquant corpori temperato valde deijcerent illud. non cōpetunt igitur nisi in magnis lapsibus valde. sunt igitur medicine calefacientes subito ⁊ reducētes magnos lapsus in medicinis calidis ⁊ siccis. in tertio gradu est acuitas aut salsedo aut amaritudo: quā vix tolerat gustus: ⁊ sunt iste.

assa
anisum
ciclamen
granum
thimus
maiorana
calamentum
⁊ species eius
scordeon
opponacum
cinamomum
granum mund.
sambucus
peucedanum
serpillum
celidonia
pulegium
cardumenum
gariofilus
anetum
achorus
pix humida
de naui
carui
apium
petrosilium
bdelium
mentha
agnus castus
senetion
grana tinctorum
sticados
elleborus al. ⁊ nig.
asarum
epithimus
polipodium
been
colloquintida
cassie lignee
radix piperis
saturegia
deuronicum
gentiana
hypicon ⁊ spēs eiꝰ
armel
cyminum
ruta
origanum
diptamus
abrotanum
colofonia
ros marinus
hysopus herba
pix dura
karsef
cubebe
myrtus silue.
galbanum
feniculus
turbith
saluia
alumen
staphisagria
iuniperus
amoniacum
serapinum
resina
macis
fel
daucus
galanga
laureola
ebulus
ameos
squilla
raphanus
vtraq3 centaurea
costus
fumus resine
nigella
laurus
⁊ species eius
pix cadens
cameleonta albꝰ
⁊ nigra
leuisticus
mentha
betonica
allium

Ab istas medicinas nō debes puenire nisi paulati: ꝛ nisi i magnis excessibus fridoꝝ morboꝝ: aut nisi qñ vrget necessitas cito operādi multū ꝛ subito: qm̄ sunt valde fortes: ꝛ valēt in morbis ꝛ cōplōnibus fridis dissoluūt oēm hu. cōgelatū ꝛ resoluūt eū ꝛ subtiliāt: puocāt mēstrua interius ꝛ exterius posite fortiter. soluunt vrinā qñ in corpe fuerit hu. grossius quē dissoluunt. vñ frāgunt lapidē si caute approximent̄: extinguunt coitū: sperma. n. sua caliditate extinguunt ꝛ ꝯsumunt: ꝛ gñal'r faciunt operationes caliditatis valde subito: ꝛ potēter ex istis roborа medicinas iferioris gradus: ꝛ est magis securū q̄ʒ approximare eas solas. qūo aūt possis minuere caliditatem suam ꝛ intendere audiuisti multoties.

De medicinis calidis in tertio gradu cū hūidi. Ca. VI.

Medicine calide in tertio gradu cū hu. inueniunt̄ pauce: q2 maxime calidū earū adurit ꝛ cōsumit humidum: nec est earū magna necessitas: ꝛ sique inuēniant̄ sunt valde miste: ꝛ habent caliditatē in alia suba q̄ʒ in humiditate: vnde sunt cito sepabiles: ꝛ sūt iste.

enula	porrum	cepe ₰m aliquos.
mentha viridis	granum çelui	çinçiber
		tapsia.

Ab istis medicinis si vis cito separe hūiditatē ꝛ subam aquosam p artificiū: ꝛ tūc remaneāt ca. ꝛ sic. sicut p̄me ꝛ opant̄ sicut ipse: sʒ si vis plures de istis facere opʒ te ingeniari ad introducendū medicinas valde hūidas cū medicinis ca. in 3°: ꝛ siccis sil'r in q̄rto: nā tūc remanebit tibi cal'itas: ꝛ mutabit̄ eaꝝ siccitas valde adiuuāt coitū pp hūidi[tes] quā gñant ꝛ acuūt puocādo appetitū.

De medicinis calidis in q̄rto gradu cū siccitate. C. VII.

Medicine calide in q̄rto gradu cū siccitate sūt vltime: quaꝝ est vsus in corpe humano: ꝛ oēs alie iterficiētes sūt venenū: ꝛ non medicine sicut sunt vltie ita ad ea vltimate venire debes: ꝛ in vltimis intentionibus ꝛ desperatis: qm̄ vix appropinquant ad humanum corpus: quin summe offendāt: ꝛ ipse sunt vrentes ꝛ coquētes: ꝛ in eis est acuitas itolerabilis: vtputa gladij acuti aut mordicatio: vt carbo vrens: ꝛ sunt iste.

euforbium	piper	sarmoniacum
kitrean	sapo	bulbus
anacardi	tapsia	es vstum
sulphur viuum	nasturcium	tithymallus
calx viua	cantarides	ꝛ species eius
petroleon	sinapis	cepe rubee
meçereon	ruta silue	cataputia
condisi	semen rute	vitreolum
		flos eris.

Iste medicine sunt caustice ꝯsumentes humiditatē ₰m carnē: cū istis gdā puocāt febres nō sūt approximāde ab intus: nisi sit vir valde exptus in emēdādo piculū eaꝝ. nō vtaris igit̄ eis solū: sʒ facias eis ꝯdimētū alioꝝ iferioꝝ in gradu: ꝛ cū modica q̄ntitate istaꝝ: ꝛ acues inferiores ad id qd̄ tu vis. iste sunt medicine: cum qbus reducere debes lapsus magnos ad frītatē: ꝛ curare morbos fridos magnos cū alijs paruis: ꝛ gñal'r sicut lapsus est ad gradū maiorem ad maiores gradus te ꝯuerte: ꝛ si nullā tabulā iuenis p̄cise q̄ʒuis tūc ingeniū tuū sit in cōponēdo eas ꝛ separando: q2 ptē cōpōnis ꝛ sepationis ptiū extrahe inde qd̄ vis: ꝛ postq̄ʒ iuenisti ex tabula simplicia que morbo ꝯueniūt forma inde auxiliū. s. clystere aut caput purgiuʒ syrupum ꝛ silia: q2 hec omnia facere potes ₰m diuersam preparationem.

De medicinis fridis ꝛ p̄ de fridis cū siccitate. Ca. VIII.

Sequitur de distēpratis in frigiditate: ꝛ sunt medicine ad q̄s debes venire qñ vides in corpore lapsus ad caliditatē: aut mās calidas dñari ꝛ offendere: ꝛ ex eis formare oia put circūstātia iudicabūt: ꝛ in oibus eis est sapor isipidus, aut aquosus, aut acris, aut acetosus, aut stipticus, aut ponticus, aut qñ dum gustantur sapiūt ꝛ extinguit̄ cito sapor. scribaʒ igitur eas ₰m quēlibet gradū cuʒ siccitate ꝛ humiditate sibi sotiata ₰m Serapionem: ꝛ magnā concordiā aliorum: ꝛ sunt iste.

myrtus	sorba	lupidi
granum eius	acetosa	balaustia
bedegar	canna	acetum
xilocaracta	colla vel glutem	agresta
acetositas citri	chimolea	glans ꝛ indi
panicum	vsnee	cardo
palma	arthasia	barba hircina
alcanna	bolus armenicus	tribulus
nabat	hipoquistidos	epatica
caulus	thamarindi	piro
burden	trifolium	moch de methe
gramen	amidum	oleum immaturū
rubus	cydonia	risum
ꝛ mora eius	salix	bellirici
argilla	iuncus	biringi
sabat	milium	faba
rosa ꝛ oleū eius	ficus	mirabo. citri.
ꝛ aqua eius		ꝛ kebuli

Semper debes scire q̄ el'nta que trahūtur a medicinis mutant illas medicinas in caliditate ꝛ friditate: lʒ in siccitate imorent̄ ab el'nto: q2 sub eodeʒ gradu reponēda sunt. Naꝝ medicinarū virtus est inspissare mās subtiles calidas: ꝛ imobilitare ꝛ extinguere eas: ꝛ ꝯstringere poros: ꝛ mēbra coadunare ꝛ repercūtere mās veniētes ad loca ꝛ restringere fluxus tā sanguinis q̄ʒ vētris: ꝛ sunt ꝯfortantes mēbra lapsa ad calidū: ꝛ sunt digestiue cho. ru. postq̄ʒ sūt in p̄mo gradu ad eas debes p̄mo venire ₰m oēm modū approximationis: q2 frigidas medicinas debes approximare quāto minus potes. Si autē ex istis vis pl'es cōstituere opare ₰m ingenia supradicta.

De medicinis frigidis in p̄ gradu cū hūiditate. Cap. IX.

Medicine in primo gradu frigide cum humiditate sequentur istas in opere: q2 equalis frigiditatis sunt: sʒ debiliores in stringendo ꝛ coadunādo mēbra: q2 humiditas nō adiuuat ad hoc: sed prohibet: ꝛ oēs sunt habentes insipiditatem cū viscositate quadā ꝛ humiditate manifesta ꝛ sunt ₰m Serapionē ista.

carnes pirorum	ꝛ pomis	borago domestica
coctorum	aqua ordei	pisces petrosi.
pira damascc.	viola duplex	tarasacon
melones	cerasa	mala acria
attriplex	cucurbita	liquiritia viridis
dragagantum	gumi arabi.	spinargia
ꝛ semina sunt	rostrum por.	scariola
que in piris	endiuia	malua
	bleta	

Et scito q̄ oēs iste medicine sunt meliores in febribus ꝛ generaliter in morbis calidis ꝛ siccis: q2 morbum extinguunt ꝛ leniunt asperitatem: ꝛ totum corpus discoloratus faciunt sunt lubrice lauatiue: ꝛ semp recorderis istaruʒ infe. q2 omnes qui incedunt cū istis gaudent: quomodo aūt admisceas cum his sciuisti statim.

¶ De medicinis fridis in scdo gradu cũ siccitate. Cap. X.

Frigide medicine in scdo gradu cũ siccitate sũt iste valde manifeste fm gustum: quia sunt fortis acredinis vel fortis ponticitatis ⁊ sunt pontentes in opere frigiditatis ⁊ sunt iste.

berberis, psilium, balaustia, acetum, plantago ⁊ species eius, ribes, gumi arabici, pentaphylon, cerusa, lethargyrum, gipsum, dragagantum, sumach, memithe, galla, solatrum ⁊ species eius, remich, sich, ematistes, lapis lazuli, corallus, stagnum

Ad istas medicinas debes venire qñ morbi sũt cal'i ⁊ magis distant qz potẽter extinguũt ⁊ igrossant mãs subtiles repcutiũt mãs emanatiõe. fluxũ potẽter tam sang. qz alteri⁹ coadunãt pp B: qz eax friditas cũ sit potẽs stringere: ⁊ sua siccitas ɔtinet strictiones: vnde sunt meliores in stringẽdo ⁊ retinẽdo oẽm fluxũ: extinguẽdo cõpl'onẽ cal'am in mẽbris: ⁊ sunt digestiue cõiter co. rubee inspissantes ipsam ⁊ extinguentes. vñ pilos retinent: qñ autem vis multiplicare ipsas facias modis predictis.

¶ De medicinis fridis in scdo gradu cũ hũiditate. Ca. XI.

Frigide medicine in secundo gradu cũ humiditate sũt in dominio generandi humiditatem aqueam multaz ⁊ manifestam: ⁊ in omnibus est insipiditas cũ aliqua viscositate: ⁊ sunt iste fm Serapionem.

melones, cucurbita, citrullus, lenticula aque, cubia, crisomila, viole virides, lactuca domestica ⁊ siluestris, plumbum, cucumer, melon magnus, nenufar viride, persica matura

¶ Oẽs sunt valde infridãtes cũ leuitate valde extinguunt fe. ⁊ bñ cõpetũt infrigidãt co. ru. ⁊ hu. incẽsos: puocãt somnũ: ⁊ extinguũt sitim: ⁊ repcutiũt sine asperitate ⁊ mordicatiõe: ⁊ tu bñ nota eas: qz nec̃ius est frequẽs vsus eax: ⁊ maxime in fe. nisi stiptica nocumẽtũ inducerẽt ethicos laborantes ⁊ siccos: ⁊ loca cõbusta ab igne restituũt ⁊ adiuuãt.

¶ De medicinis fridis in tertio gradu cũ siccitate. C. XII.

Frigide me^ne in 3° cũ siccitate sũt valde fortes ĩ ope friditatis: ⁊ tu raro debes ptrãsire: qz sensuz debilitãt: ⁊ calorẽ nãlẽ valde diminuũt: ⁊ sunt manifeste offendentes ⁊ minuẽtes gustũ tẽtantibus ea: ⁊ sunt iste.

iusquiamus, gipsum, sanguis draconis, ferrugo, spodium, camphora, mãdragora, cicuta, auellana, sandali, thamarindi

¶ Iste valde infridãt ⁊ extinguũt calorẽ: fluxus oẽs citissime amputãt: oẽs mãm subito ĩspissãt: ⁊ spma ⁊ lac ⁊ sang. minuũt ⁊ ɔgelant: vñ appetitũ veneris extinguunt: ⁊ ipregnationẽ phibẽt: qz excessus friditatis q̃ est in eis oĩa hec amputat. non vtaris eis in debilibus corpibus: ⁊ quox calor minutus est: ⁊ non venias ad eas nisi vrgẽte nec̃itate.

¶ De medicinis fridis in tertio cũ humiditate. Cap. XIII.

Que vo sũt fride ĩ 3° cũ hũiditate: pauce ineniũt p nãs: qz cũ excellẽti friditate aut cal'itate excellẽti non remanet hũiditas: vt vides ĩ exteriorib⁹: potes tñ excogitare cõpõnes m'ltas fz canonẽ tibi pdictũ. ⁊ st iste.

portulaca, semperuiua, vermicularis, flos papaueris albi, virga pastoris ⁊ spẽs eius, mucillago psilij, fungi, aqua mandragore

¶ De medicinis frigidis in quarto. Cap. XIIII.

Frigide in quarto pauce sunt pptr inexperientiã: qz difficile est experiri: eo qz extinguunt calorem nõ solum nãlem: sed accidentalem stupefaciendo: ⁊ sunt iste.

se. iusquiami, antimonium, tutia, papauer nigrum, semẽ papaueris nig., opium.

¶ Ad istas medicinas cognoscẽdas pone sũmũ studiũ: qz cũ istis ars medicine tota se exercet: cũ istis opz reducere lapsum vltimũ: ⁊ cũ ipsis medicus facit oẽm opationẽ. cũ ipis enĩ fere pmutat oẽs cõpl'ones digerit mãs/abstergit/mũdificat/aperit/opilat/mollificat/idurat/attrahit/repcutit: ⁊ oĩa q̃ sunt nec̃ia: q̃si ĩ corpe humano opat̃. Nota igit̃ oẽm modũ cõponẽdi eas: ⁊ oẽs modũ approximãdi. ⁊ nota diuersas opationes earũ. Nota ẽt diuidere subtile a suo grosso p artificiũ. iuenies in eis oẽ qd̃ voles de calido frigido: subtili ⁊ grosso: aspero ⁊ leni: ⁊ semp icipe expiri cuz pmis gradib⁹: nisi necessitas vrgeat te subito agere ⁊ multũ ⁊ magnũ effectũ: ⁊ aduna gradus iseriores cũ supiorib⁹: ⁊ minue maiores cũ minoribus: ⁊ reduc eas ad q̃uis magnitudinẽ ⁊ paruitatem. Ex his igit̃ dictis debes scire cui opationi quel3 tabula deseruiat: 3 vt ẽt qlibet ignorãs cõprehẽdat pprias medicinas cuilibz opationi ad quãlibet virtutẽ tertiã ⁊ quartã: ⁊ generaliter ad omne opus ponã.

¶ Qz omnes opationes ⁊ virtutes reducuntur ad calidũ ⁊ frigidum. Cap. XV.

Ante oĩa scire debes qz virtutes debent̃ cal'o ⁊ fri. q̃tenus scias reducere oẽs virtutes ⁊ opatiões scdas in pmas. scis nãq3 qz caliditas p se calefacit/digerit/mũdificat/aperit/abstergit/dissoluit ɔgelata: mollificat ⁊ attenuat: resoluit ⁊ inuentũ eleuat: ɔsumit oĩa cũ vltimat̃: adurit ⁊ incendit. scis ẽt qz frigus facit oĩa ɔtraria: frigefacit/ɔgelat humores/stringit/inspissat: idurat ⁊ imobilitat: ⁊ si vltimet̃ sopit ⁊ mortificat: ⁊ postq̃ scis hec oĩa qd̃ in hoc est fortius ⁊ qd̃ debilius: ⁊ ascribe qd̃ maius est maiori gradui: ⁊ qd̃ minus est minori. attende igitur canones particulares cuiuslibet virtutis ⁊ opationis tabulam.

¶ De medicinis generantibus saniem. Cap. XVI.

Conuersio hu. in saniem siue maturatio fit a calore nãli nõ simpliciter: sicut digõ in nociuo. q̃cũq3 igit̃ sũt phibẽtia putredinẽ nõ cõpetũt huic opationi: cuiusmodi sunt calida ⁊ frigida in excessu: oĩa eniz hec phibẽt putredinẽ simpl'r: quecũq3 debilitãt calorẽ nãlem nõ sunt maturatiue: sed que sunt in caliditate minores caliditate nãli. calide vo fortes vt valde superẽt eã nõ cõpetunt: cõpetunt igit̃ huic operi que sunt facile corruptibilia: s3 illa in qb⁹ est humiditas corruptibilis cito: ⁊ hñt cal'itatẽ tpatã: vel aliquãtulũ maiorẽ caliditate mẽbri. sunt igit̃ medicine tẽperate in calido: aut tendẽtes ad primũ gradũ cum humiditate accidentali: ⁊ sunt iste.

aqua tepida, oleum dulce, storax liquida, frumentum cũ oleo pauco, sudor hominis, se. lini, sticados, succus sambuci, malua, fenugrecum, laudanum, anetum, farina lini ⁊ oleum, maluauiscus, radix eius ⁊ semẽ, oẽs pinguedines, farina tritici cum oleo ⁊ aqua cocta, viola, butyrum, frumentum cũ aqua, hydromel tepida, saliua hominis ieiuni

pinguedo porci cepe vtraqz
Panis opirus cum oleo ꝛ aqua totius liquoris.

Quãuis hic sint narrate multe medicine q̃ sũt valde ca. ꝛ sicce. tñ qꝛ ministrant̃ in aqua aut oleo ꝑdunt illos excessus: ꝛ reducunt̃ ad ꝓcepta cañ. ꝛ intellige ꝙ ista est dispõ medicinaꝝ facientiũ illud ꝑ se: ꝛ si inuenias alias faciẽtes hoc. scito ꝙ per acciñs illud faciunt: scꝫ coadunãdo ca. vt frida ꝗ cõfortatus postea digerit ꝛ maturat humorez. Qñ igit̃ indigemus hac oꝑatione que est maturatio: veni ad hãc tabulã: ꝛ si vis ples ex his adiuua te cũ cañ. supradcõ: ꝛ reuertere ad scriptas in ꝑ gradu cal'i: ꝛ iuenies qð voles.

De medicinis mũdificatiuis ꝛ abstersiuis. Cap. XVII.

Mundificatio ꝛ abstersio est vt virt⁹ scða ꝛ est remotio ꝛ separatio saniei humiditatis vel hu supra mẽbra. Sciẽdũ est ꝙ huic oꝑationi non cõpetit medicina stiptica pontica: qꝛ iste qñ obuiant mẽbro stringũt sordiciẽ supra mẽbrũ. Medicina aũt que abstergit ꝛ mũdificat aut facit hoc: qꝛ remouet humiditatẽ illã ꝛ humorẽ illũ ꝛ sordiciẽ: aut mundificat euz. ꝛ cum sua nitrositate abradit eũ: vis igit̃ sua est calida ꝛ sicca: vt calida dissoluat ꝛ mundificet: ꝛ vi sua nitrosa abradat.

elleborus al.	eupatorium	coctanum
lupini	orobus	ru. tinctorum
amygdala. ama.	pinee	prassium
es vstum	fumus terre	genera fellium
sigillũ salamõis	porrum	cucumer
mastix	se. attriplicis	sapa
myrrha	frumentum	lac mulierum
hircos	diptanus	liquiritia
farina ordei	vinum dul.	scordeon
farina fabarum	anetum	tapsia
agaricus	calamentum	stafisagria
vitreolum	stercora	genera vrinarum
thus	raphanus	aloe cicotri.
cerusa	sticados	se. melonis
mũmia	fu	mel
pix liquida	aloe epaticum	thamariscus
thamariscus	spuma maris	gentiana
cassiafi.		aspaltum

Generaliter ergo ea in quibus est nitrositas ꝛ vis resolutiua ꝛ mollificatiua. hanc oꝑationem faciũt per se. Si vis igit̃ attribuere alicui qualitatum primarũ dicas ꝙ calidũ ꝛ siccum a primo vsqꝫ ad tertium per se faciunt hanc operationem. alie autem nõ nisi inquantũ pars hec inueniat̃ nitrosa calida ꝛ sicca: aut forte per accidẽs: ꝛ cũ istis adiuua te: ideo etiaꝫ aspera fricatio cũ rebus asperis abstergit: vnde etiã ꝭm hoc res pontice ꝛ valde aspere dicuntur abstersiue: dum tamen non sit de ratione pontici vel stiptici vel frigidi mũdificare vel abstergere nisi adiuti a calido: que tamẽ sunt in primo gradu ꝛ sunt abstersiua lenia: que ꝯo transeunt ꝭm sunt abstersiua magis consumendo humidum ꝛ incidendo. Cum igitur indiges hac operatione veni ad hanc tabulam: ꝛ cum vis te reducere ad primos gradus reduc te ad gradum calidi: aut ad medicinas in ꝗbus est nitrositas aut salsedo vel asperitas pauca: aut vis resolutiua aut mollitiua.

De medicinis mollificatiuis. Cap. XVIII

Mollificatio est operatio secũda: ꝛ nõ est intentio medicorum ꝙ ipsa sit mollificatiua per substantiã: qꝛ tũc optimum mollificatiuũ esset aqua: sed dicitur mollificatiua per virtutẽ suã non adiungẽdo substantiã mollem: sed agendo in reꝫ quã attingit virtute sua: ex qua fit error ꝛ mollior: ꝛ est sicut subtilians ꝛ distillans. Manifestum est igitur ꝙ huiusmodi operatio non est a frigido: quoniã frigidum indurat ꝛ stringit ꝛ condensat: ꝛ mollificare est cõtrarium huius: ꝛ manifestum est ꝙ res excellentis caliditatis non mollificat: sed superficiem resoluendo indurat: hec igit̃ oꝑatio est calidi a ꝑmo vsqꝫ ad scðm. s. quando res est bene indurata ꝛ siccitas est: plus iuuat ad hoc q̃ꝫ humiditas. s. quia humiditas hebetat operationem calidi: scilicet penetrationeꝫ: sunt igitur ca. ꝛ sic. maxime de primo: ꝛ si humiditas sit valde congelata transeunt ad secundũ ꝛ tertium: ꝛ semper intellige ꝙ facit manifeste illud quod est: ꝛ sunt iste.

camomilla	oleum de lilio	storax liquida
eupatorium	absinthium	adeps por.
mellilotum	mastix	bdelium
armoniacum	oppoponacum	ficus ꝛ omnia
radix altee	galbanum	similia in an-
olea antiqua	adeps caprinus	tedicto canone
ꝛ calida	ꝛ asininus	

Quando igitur indiges hac operatione secunda ad hãc tabulam veni: ꝛ si vis reducere ad primas qualitates duc ad tabulam cum quo est siccitas plus q̃ꝫ humiditas: quia frigiditas inimicatur huic proposito: ꝛ superflua caliditas consumit: ꝛ humiditas non sic adiuuat. Cap. XIX.

De medicinis aperientibus.

Aperire est operatio secunda: ꝛ a primis statim dependens: ꝛ est manifestuꝫ ꝙ non est a frigido nec a viscoso pontico glutinoso. igitur de necessitate a ca. subtiliante ꝛ dissoluente materias: similiter consumente ꝛ penetrãte: ꝛ sunt medicine in ꝗbus est acuitas ꝛ virtus penetratiua. igitur ca. ꝛ sicca sunt ꝭm cõmunẽ cursum in secundo: ꝛ que sunt in primo participant illud: sed debiliter: ꝛ que sunt in tertio participant illud: sed minus nisi in magnis excessibus. nam ora venarum aperiũt: ꝛ aliquando nimis resoluendo opilant: ꝛ sunt iste.

capparus	affodili	asparagus
vrtica	gentiana	cinamomum
hircos	costus	asarum
sambucus	feniculus	lacca
apium	peucedanum	petrosilium
scolopen.	amygð. amare	abrotanum
hysopus	achorus	culcassia
aristologia	raphanus	rubus
squinantum	cuscuta	bruscus
		capil. vene.

Infinitatem de istis scies cõponere ꝛ inuenire ex te habito cano. pre oculis nature ꝛ gradum facientium illud: postq̃ꝫ igitur scis ꝙ sunt ca. de fine primi vsqꝫ ad ꝑncipiũ secundi ad gradus calidarum te converte cum hec operatio in morbis tua fuerit intentio.

De medicinis fortius aꝑientibus ꝛ orificia venarum dilatantibus. Cap. XX.

Aperientia ꝯo fortiora ꝛ dilatantia orificia venaꝝ sũt ca. ꝛ sic. magis: ꝛ accedunt ad tertiũ gradũ: nõ tñ sunt adustiue nec caustice: ꝛ nõ est vtilitas nisi in prouocãdo hemorrhoidas: ꝛ sunt iste.

		fel tauri
ciclamen	oleum de	aloe
bothor	auellanis	fex luti fex oleorum
allium	oẽ fel grossum	oleum petroleum
cepe acutum	oleum de lilio	

Et gñal'r ca. ꝛ sicce cũ mordicatione cogũt ora venarum aꝑire. Nota igit̃ gñal'r ꝙ medicina ca. est aꝑitiua: sꝫ si sit i ꝑmo gradu est debilis ꝛ nõ aꝑit nisi poros extriñsecos: ꝛ cu tẽ rarificat: sic̃ camo. ꝛ mellilotũ. Si aũt ꝑueniat ad 2^{m} gradum aperit

dum aperit interius ⁊ cõsumit hu. opilantes: ⁊ si perueniat vltra ora venarum aperit: conuerte igitur te ad gradus calidarum medicinarum.

¶ De medicinis corrosiuis ⁊ causticis. Cap. XXI.

Corrosiue. vlceratiue: vstiue: seu caustice medicine oẽs sunt ca. multũ: sed differunt ẽm magis ⁊ minꝰ in subtilitate substãtie atq; grossitie. Nã corrosiue sũt subtilioris substãtie: ⁊ minoris caliditatis que dz agere in carnẽ putridam: que est facilis incẽdij: sed vlceratiua est calidior ⁊ siccior: qz dz rumpere cutẽ q̃ est durior carne. vltima vo est in fine caliditatis ⁊ siccitatis cũ grossa substantia. nã caliditas magna vrit ⁊ siccat: ⁊ cum grossitie sube facit morã: vnde vrit: vt carbo: corrosiue sunt iste.

es vstum	auripigmentum
salgemma	tutia
piretrum	tartarum
os sepie	alumen
flos eris	vitreolum
cerusa	

¶ Si autem vis plures ex istis vade ad gradus caliditatis ⁊ siccitatis tertij ⁊ quarti gradus: qm̃ illi gradus conueniũt huic operationi: ⁊ istas medicinas inuenies in eis: ⁊ siqua sit hic que non sit illic intelligatur ⁊ econuerso: ⁊ iste sunt fortiores operationes secunde que fiunt a calido: ⁊ vsus istarũ est in chirurgia plus q̃ alibi.

¶ De medicinis extrahẽtibꝰ siue attrahẽtibꝰ. Cap. XXII.

Extractio etiam est operatio secunda ⁊ imediate veniens a primis: ⁊ manifestũ est qꝫ a frigido nõ fit. igit̃ de necessitate a calido. ipsa. n. dz esse ꝯtraria repercussiuis: iste de necessitate sunt cal'e acute: ⁊ sunt iste.

serapinum	stercus columbi	armoniacum
assafetida	⁊ alior̃ animaliũ	lolium
magnes	piretrum	aristologia
maiorana	sulfur	radix cãne
diptamus	petroleum	ciclamen
apium	tapsia	

¶ Ut te expediã qꝫ sunt ca. in ꝑmo gradu vel scḋo vel alio: illa sũt fortioris vel debilioris attractiõis nisi aliq̃ illarum attrahat ꝑꝑ vacuum: sicut spongia ⁊ vẽtosa: aut ꝑꝑ formã specificã: nã magnes plus extrahit ferrum de humano corpore q̃ piper: ⁊ tñ est minoris caliditatis q̃ piper: ⁊ tñ cũ istis fiunt multa iuuamenta ad extrahendum humores: venena: spinas ferrũ infixum: ⁊ ad impinguãdum membrũ: ⁊ colorãdum: ⁊ rubificãdum: ⁊ ad diuertendum. ⁊ si vis plures ex istis vade ad canonem ⁊ ad gradus primos: qz nos non nominamus oẽs: sed ꝯsuetas ab auctoribus. q̃re adiuua te cum cañ. ⁊ industria naturali: ⁊ vbi in gradu inuenis vnam istarũ potes multas circunstantias colligere.

¶ De medicinis gñantibus carnem. Cap. XXIII.

Adiuuantia ad generationẽ carnis in vul. sũt medicine ꝯfortãtes calorem nãlem: ⁊ adiuuantes: qm̃ ipse est qui generat: ⁊ sunt ꝓhibentes supfluitates: ⁊ abstergentes: ⁊ mũdificantes; sunt igit̃ calide temperate: vel ad primũ gradum iclinantes: ⁊ sicce ⁊ calida abstersiua caliditate adiuuant calorẽ nãlem; ⁊ sicca cõsumunt ⁊ ꝓhibent supfluitates ⁊ abstergũt; ⁊ si carent mordicatione melius est: qz mordicatio trahit hu. ad locũ: ⁊ hõ ꝯtrium nostra intentio dz esse. ca. igitur debet esse cũ virtute abstersiua sine mordicatione: ⁊ sunt iste.

thus	se. atriplicis	cerusa
ireos	aloe	plumbum
lethargirium	orobus	mel
arnoglossa	orizi	cinis tamarisci
aspaltum	simphitum	

¶ Generaliter prohibentia putredinem: siccãtia superfluitates non mordicantia sunt generatiua carnis: ⁊ si alique ex his medicinis inueniantur frigide contra canonem: nõ mireris: qm̃ facit hoc nisi qz sicca: aut prohibens putredinem. canon autem intelligit complete iuuãtia.

¶ De medicinis attenuatiuis. Cap. XXIIII.

Attenuatio est ẽt de secundis opationibꝰ calidi qua indigemꝰ multiplr̃ in itentionibꝰ morbor̃: imo plerũq; est intẽtio nostra. attenuant igitur: qz sua caliditate ⁊ subtilitate substantie separãt ptes rei in quas agunt: ⁊ suo calore ad nãm vaporum conuertunt ꝑcipue in humano corpore generari. igitur sicut calida ⁊ sicca: in q̃bus est subtilitas de secundo: ⁊ sunt ista.

Affodilli	ameos	armoniacum
cuscute	assa fetida	oleum balsami
abrotanum	agnuscastus	cypressus
aristologia	amomum	camedreos
fex aceti	galbanum	mentastrum
narciscus	opoponacum	plumbum
pinee	pix naualis	camepitheos
cicuta	camomilla	capparus
carica	eupatorium	eruca ⁊ se. eius
fex vini	fenugrecum	furfur: al' sulfur
mastix	grana citri	gentiana
ruta	nitrum	pinguedo leonis
sauina	se. vitice	xilobalsamus
sticados	sambucus	serapinum
se. lini	scolopendria	sisamum
terbentina	stercus muris	stercus bouis
vua passa	tapsia	vitreolum
calamentum	cinamomum	coriandrum
petroleum	peonia	policaria
ireos	pix liquida	nitrum
euforbium	hysopus	çinçiber

¶ Qñ in morbis se idicauerit hec itentio ꝯuerte te ad tabulam hãc: ⁊ ẽm discretionem tuã elige qḋ volueris leue aut forte: ⁊ qñ vis cognoscere illud reuertere ad illos gradus: ⁊ videbis si est in magno gradu: aut paruo. modus ãt approxinquãdi medicinas ad corpꝰ: scire debes qz sunt multi.

¶ De medicinis incidentibus. Cap: XXV.

Incisio est etiã operatio virtutis secunde: a prima veniens que est cali. ⁊ frequenter est eius intentio in morbis: ⁊ finis a nobis plurimũq; intentus. facit autẽ incisionẽ medicina ca. sed non omnes: sed que subtilitatem habent multam ⁊ penetrationem igneã: ipsa enim quãdo obuiat rebus incidit ⁊ penetrat per ipsas: ⁊ caliditas vadit dissoluendo ⁊ disgregando rem cum ista substantia subtili penetrante: ⁊ sunt iste.

squilla	piper nigrum	ius cicerum
scordeon	ruta	ius lentium
eupatorium	nitrum	ius ordei
cyperus	mel.	acetum
camedreos	cepe	⁊ alia subtilia
camepitheos	spẽs salis	acetosa

¶ Si aduertis ad canonẽ ⁊ ad dispositionẽ quã exigit ista opatio inuenies in ꝑma tabula de ꝑmis mirabilẽ copiam har̃ medicinar̃: qm̃ sunt habentes partẽ igneam subtilẽ ⁊ acutam: que statim penetrant intra res: ⁊ perforant continuitatem ear̃: ⁊ non mireris si aliqua frigida numerantur hic quod vr̃ dictum ꝯtra canonẽ: qz in illis frigidis est ps ista acuta ignea: sicut in aceto ⁊ similibus.

Succ⁹ tñ lymonū ꝛ coꝝ aqua lambicata multū valet in hoc.

siuis: ꝛ dissolutiuis: naꝫ frigida medicina nō cōpetit in hoc loco: qꝛ idurat: ꝛ stringit: ꝛ custodit lapidem: ꝛ calida medicina valde non competit ēt: qꝛ superflue ꝛ iequaliter resoluendo idurat lapidem. competit igiť de secūdis virtutib⁹ que sūt: penetratiuū: incisiuū: ꝛ ex primis que sunt ca. ꝛ sic. si ne stipticitate vsqꝫ ad scōm. ista igiť calͣ trahūť ꝛ multiplicanť ex dictis supra: ꝛ medicine q̄ hoc faciunt sunt iste.

saxifragia	squinantum	amygdalͣ amare
sisimbrium	hysopus	tribulus
bdellium	cyperus	scolopendria
lignum ebuli	ameos	ius cicerum
nitrum	fistici	radix peonie
squilla	nigella	grana solis
balsamus	abrotanum	bacce lauri
polium	lupinus	acetum squille
sanguis hirci	puluis nitri: alͣ vitri	radix lupini
puluis cicute	nitri vsti	iuniperus
petrosilium	marathrum	scordeon
asparagus	ireos	

De medicinis prouocantibus vrinā. Cap. XL.

Prouocare vrinam est operatio tertie virtutis: ꝛ fm virtutem nō diciť prouocatiua: vrine que auget aquositatē: ꝛ addit in substātiā aquositatis: qꝛ ista nō agit per virtutem sed per q̄titatem: sed diͭ vere ꝓuocatiua vrine que dissoluit hu. grossos ꝛ aperit meatus: ꝛ ad loca renum mās subtiliatas ꝛ dissolutas trahit. competit igitur operi de secundis virtutibus calidorum dissoluētium ꝛ attenuātium: ꝛ aperiētium penetrātium ꝛ attrahentium: ꝛ de primis ca. ꝛ siccis circa secundum: ꝛ hec tabula multiplicatur ex illis: ꝛ sunt iste.

petrosilium	cicades	cicera rubea
apium	acorus	aristologia
feniculus	calamentum	cantarides
squinantum	amomum	folium
iuniperus	allium	costus
capilli veneris	nasturtium	thimus
leuisticus	cubebe	sauina
anisum	cyperus	xilocassia
policaria	polium	retnastio
cerifolium	affodilli	lapis lincis
cepe spica	meu	vespe
fumusterre	eupatorium	marathrum
ceterach	ameos	siseleos
amygdͣ ama.	daucus	cuscute
carui	anetum	apes vste
asparagus	betonica	politricon
bruscus	adianthos	abrotanum
asarum	nigella	peucedanum
cretanus	hypericon	pentaphilon
tapsia	porron vel porrū	

Et gñaliter oēs medicine narrate in tabulis iā dictis ꝯstituunt ꝛ augēt hāc tabulā: recurre igiť ad eas: q̄daꝫ aūt frigida habēt ptē diureticoꝝ: vt scariola cucumer: ꝛ silia.

Et se. cōia frida maiora ꝛ minora dnr diuretica.

De medicinis ꝓuocātib⁹ mēstrua. Cap. XLI.

Prouocare menstrua est op⁹ tertie virtutis: ꝛ manifestum est q̄ huic operi competit de secundis operationib⁹ seu virtutibus medicina dissolutiua ꝛ subtiliatiua: ꝛ similiter aperitiua ꝛ attractiua materierum ad loca illa: ꝛ similiter aperitiua orificiorum venaꝝ: ꝛ de primis virtutibus competunt ca. ꝛ sicca vsqꝫ ad tertiū gradum ꝓuocantes vrinam: frāgentes lapidem: ꝓuocātes menstrua: ꝛ prouocantes hemorrhoides sunt fere eedem: ꝛ etiam eisdem virtutibus secundis ꝛ primis. ꝛ sunt iste.

laudanum	costum	peonia
storax calamita	diptamus	nasturtium
absinthium	centaurea	squināntum
agaricus	marathrum	marubium
fex olei	affodilli	siseleos
cinamomum	sauina	amygdale amare
petroleum	thimus	gentiana
xilobalsamum	ruta	xilocassia
scrapinum	carpobalsamus	hypericon
camepitheos	assafetida	opoponacum
agnus castus	anisum	origanum
apium	iuniperus	vtraqꝫ spica
allium	trifolium	farina lupinoꝝ
serpillum	pulegium	aristologia
eupatorium	viticella	polium
prassium	nigella	mentastrum
amomum	ireos	armoniacum
calamentum	leuisticus	asarum
daucus	baucia	maiorana
camedreos	abrotanum	castoreum
ameos	petrosilium	condisi
elleborus vterqꝫ	sir	arthemisia
camomillā	rubea	ciclamen
sponsa solis	acborus	cicuta
fenugrecum	calam⁹ aromatic⁹	

De medicinis ꝓuocātib⁹ hemorrhoidas. Cap. XLII.

Medicine que ꝓuocāt hemorrhoidas sūt in secūdis q̄litatib⁹ appropriate fortes: vt aperiētes ora venaꝝ: ꝛ attractiue: ꝛ dissolutiue: ꝛ subtiliatiue humoꝝ: ꝛ in p̄mis virtutib⁹ sunt calida ꝛ sicca in magno gradu: ꝛ vniunť in tertiis virtutib⁹ cū ꝓuocātibus menstrua. Hec g̊ tabula colligiť notabiliter ex dictis tabulis: ꝛ sunt iste.

alleluya	oleum raḋ. celsi	euforbium
rubea maior	gith	millefolium
radix yue	cyperus	gentiana
nigella	spergula	buglossa
squilla	cepe persica.	fel tauri
os sepie	piretrum	centaurea
menta	cortex raḋ. fraxini	ciclamen
vitreolum	arsenicum	oleum policarie

De medicinis retinētib⁹ hemorrhoidas. Cap. XLIII.

Medicine retinētes hemorrhoidas ꝛ his contrarie sunt de secūdis virtutibus indurantes ꝛ ingrossantes humores ꝛ repercutientes: opilātes: ꝛ nihil mordicātes: ꝛ in primis virtutibus sunt stiptice: frigide ꝛ sicce: aut debiles in caliditate: ꝛ sunt sicce in scōo: sunt etiaꝫ viscose sine mordicatione: sicut ille que sequunť.

verbena	aranaxia	acatia
myrtus	psidia	gummi
thus	galla	plantago
mastix	sang. draconis	balaustia
bolus	glans	gipsum
corallus	hedera	camelconta
sanguinaria	sorba	nespula
rosa	sigillum sancte marie	sigillum salomonis
poma cypressi		poma siluestria

De medicis g̃n̄antib⁹ lac ꝛ coitū iuuātib⁹. Cap. LXIIII.

Generantia lac mulieꝝ ꝛ coituꝫ sūt digestionez adiuuātia. sang. multiplicātia. nō igiť sūt frig. qꝛ sang. ꝯgelāt ꝛ indurāt ꝛ minorāt: silr digestiuā debilitāt: nec silr sūt cali. multū: qꝛ talia sang. corrumpunt ꝛ destruunt ꝛ adurunt. sunt igitur declināria ad ca. cum hu. ꝛ sunt

sunt cibi oēs bene & multum nutrientes: & bene digestibiles de medicinis adiuuantibus lac: & sunt iste.

semen aneti	vinum dulce	lingua auis
anisum	grana vlmi	galanga
marathrum	vue	cepe
eruca	ficus	costum dulce
fabe	dactili	zinziber conditum
cicera	castanee	vber ouis
vitella ouorum	cerebella	& caput
ius carnium	risi	semen papaueris.
genera lactis	coctana	

Adiuuantia coitum.

oua auium	fasceoli	pinee
auellana	piper	grana vlmi
baucia	testiculi vituli	satyrion
piper longum	& porri	porri
asparagus	lactuca nouella	nux indica
secacul	cicer	

Piscis nominatus multorū pedū: & generaliter augentia san. adiuuantia digestionem: non hn̄tia excessum frigiditatis: nec caliditatis sed declinantia ad ca. & hu.

De medi^nis^ minuētib^9^ lac & coitū. Ca. XLV

Aferētia ꝟo lac mulierū & coitu3 sunt ꝯria hab. sic i excessu ca. aut fri. oīa eni ista amputāt libidinē: ipregnationē prohibēt: lac minuunt: & menstrua: & sunt iste.

agnuscastus	allium	lactuca
ruta	cicuta	camphora
saluia	semperuiua	portulaca: & generaliter soluētia salsa.
calamentum	cucurbita	

ꝓuocantia mēstrua: & si vis multiplicare ea ex illis facies.

De medicinis mūdificātibus pectus. Cap. XLVI.

Mundificātia ꝟo pectus sunt in secūdis virtutibus: aperitiue: icisiue siue attenuañ. hu. in p̄mis: & sunt ca. cū substātia subtili: & accedunt ad 2^m^ gradum ca. & sic. vel cū pauca humiditate: & sunt iste.

pince	prassium	ficus
butyrum	castoreum	siseleos
zuccharum	calamentum	enula
mel	sulfur	amygd.
ireos	squilla	origanum
daucus	camomilla	nasturtium
hysopus	liquiritia	aristologia
porrum	vrtica	

Si vis multiplicare hāc tabulā reuertere ad tabulā virtutū scdarū apitiuarū: abstergentiū: icidentiū: aut vide tabulam primarū in qbus est ca. & sic. in p̄ si res leuis: aut de secūdo: si res fortior est: imo ad tertium: & si medicamina valde abūdāt ex illis tabulis: ista multiplicantur sine numero.

De medicinis vermes necantibus. Cap. XLVII.

Necantia lumbricos sunt ꝑuata dulcedine: viscositate & suauitate. sunt igit̄ de secundis q̄litatibus abstergētes: acute icidētes: & de p̄mis sūt ca. & sic. aut generaliter sūt in qb^9^ ē salsedo aut amaritudo: aut acuitas: aut acetositas fort. ista. n. oīno īterficiūt ꝟmes: sic sūt iste.

farina lupinorū	carui	centaurea
polium	petroleum	gramen
ruta	myrta	folia persici
nigella	cortex granati celsi	mentastrum
species salis	phrasinus	ameos
radices	sambucus	origanum
aristologia	thimus	abrotanum
menta	absinthium	cortex

Et si vis multiplicare respice rubricam datam.

De medicinis pediculos ꝓhibētib^9^. Cap. XLVIII.

Que prohibent a pediculis sūt multorū modorū: quedā eni directe: qdā idirecte iuuāt: indirecte qcūq ꝓcurāt bonā digestionē in toto corpe: & subtiliāt sang. aperiūt corpus: & trāspirabile faciūt. pediculi eni nō gn̄ant̄ nisi ex idigestiōe & vapore grosso: & sordido corpi adherēte. directe ꝟo iuuāt q̄ necant eos: & sūt medicine abstersiue & mūdificatiue cutis: & sil̄ia: & sūt iste.

balnea salsa	stapbisagria	oleum amarum
argentū viuum	arsenicum	& similia.
absinthium	pix liquida	

Decoctiones & balneationes aquarum: ex rebus amaris acetosis: salsis: & acutis: omnia enim habentia saporē in excessu extermināt eos propter horrorem: & dī q̄ oleum omnibus inimicat̄ ad mortem: & eos interficit.

De medicinis veneno succurrentib^9^. Cap. XLIX.

Medicine que succurrūt veneno: & sūt attractiue ipsi^9^ ad ex̄ pp vim attractiuā vacui: vel caloris: vel forme specifice: aut sunt ꝯrie veneno in q̄litate: & ideo dant corpori q̄litatē: p quā resistit veneno: aut sūt ꝯfortātes mēbra p̄ncipalia: aut corp^9^ in tm̄ q̄ nā vicit venenū: & s3 h̄ tabula pōt multū multiplicari: & sūt iste q̄ sequunt̄.

calamentum	hypericon	aristologie
succus caulium	ciclamen	radices sparagi
orobus	euforbium	semen eius
fistici	doronicum	lac asine
cardo bn̄dictus	acetum	vrina puerorum
balsamus	sang. leporis	testiculi asini siccati & bulliti
erinus	allium	
nasturtium	porrum	theriaca
ruta	nuces	tyrus
diptamus	oculus christi	tapsus barbassus
herbe palis.	testiculi vrsi	saluia
scordeon	menta	castoreum
enula	gentiana	& omnia cordialia
pix liquida	peonia	
sal	cōe sunt cum ruta	

Hec tabula crescit ex oib^9^ cordialibus: & attractiuis: & ex primis gradibus s̄m q̄ venenū est calidum aut frigidum.

De medicinis cor ꝯfortantibus. Cap. L.

Cordiales medicine & q̄ cor ꝯfortāt sūt multorū modorū: nā ꝯfortātia digonē in toto & augētia sang. & clarificātia ips3: & ab alys hu. supfluis liberātia: s3 q̄ approbata sūt gn̄al̄r sūt aromatica p̄ciosa: p̄mis ꝟtutib^9^ tēpata aut ca. & sic. ꝑ pte cū aromatica: & sunt sicut hec.

aurum	nux muscata	carpobalsa.
ambra	folium	cinamomum
muscus	macis	gallia muscata
gariofilus	cubebe	spica
crocus	herba muscata	ros marinus
saturegia	basilicon	maiorana
buglossa	gariofilata	agrimonia
agnuscastus	citrulli	mellissa
cardamomum	heen vtrūq	betonica sauina

Frigide ꝟo sunt iste.

margarite	citrum	
smaragdi	hyacinthi	sandali
lactuca vetus	psillium	nenufar
rose	melones	camphora
		blacta bisantia
	poma marina	acetum vini optimi

Iste medicine faciūt cor gaudere: repellūt melācholiā: Arnal.

totum corpus serenāt quocūq; modo approximent᷑: siue ꝑ odorē: siue per potum: siue ꝑ ꝯfectionem: siue ꝑ epithima: siue alio mō ex te excogitabili: ⁊ non pōt aliqd meli⁹ agere in egritudinib⁹ ꝙ̄ cor ꝯfortare: ⁊ ei cū istis medicaminib⁹ succurrere maxīe in melicis: ⁊ pestilētialib⁹ atq; venenatis ⁊ cardiacis: ⁊ q fastidiosi sunt. cor. n. est corpis ꝑicipium ⁊ aīe sedes: oīum archa virtutum: ⁊ spiritus generator.

De medicinis totū corp⁹ ꝯfortātibus. Cap. LI.

Confortant gñaliter totū corp⁹ q̄ bonum sanguinē gñant: ⁊ q̄ ipm a sup̄fluitatib⁹ mundāt: ⁊ que clarificant: ⁊ que adiuuāt spūs ⁊ mēbra: de his que cōfortant gñando bonū sanguinē: dicet᷑ ꝙ sunt cibi laudabiles: ſʒ q̄ ꝯfortāt alleuiādo san. ab hūorib⁹: sūt iste.

sene	oēs mirabol.	mastices
sticados	borago	Omnia enim hec
cassiefistule	buglossa	mūdificāt sangui/
cuscute	aurum	nē ⁊ clarificant: ⁊
folium	serum caprinū	totū corpus cōfor
bruscus	vinū aromaticū	tāt. Cū istis ḡ me/
peucedani	apium	dicinis cordialib⁹
anisum	fumusterre	nūq; ꝺsinas opari.

Quibus gaudeāt ⁊ ꝯfortētur virtutes.

Uirtus eni vitalis gaudet cordialib⁹: virt⁹ ꝟo aīalis gaudet delectationib⁹. s. sensibus oībus: vt odoribus bonis: pulchris colorib⁹ delectātib⁹: sonis amenis: saporib⁹ delectantibus: ⁊ gñaliter ꝯueniētibus: ⁊ delectātib⁹ ipsos sensus. oīa enim illa reducunt cerebrum: ⁊ confortāt aīales virtutes: virtus ꝟo nālis gaudet calidis ⁊ siccis.

De virtute quarta medicinarum ⁊ quare: ⁊ quo modo sic dicatur. Cap. LII.

Audiuisti igitur virtutes tertias: ⁊ quare tres sūt: ⁊ qūo reducūt᷑ ad q̄tuor: ⁊ vidisti tabulas ⁊ modos operis: ⁊ qūo multiplicāt᷑ ex scōis ⁊ p̄mis: ⁊ audiuisti scōas opatiōes ⁊ ꝟtutes: ⁊ q̄re scōe dñr: ⁊ qūo reducunt᷑ ad p̄mas: ⁊ vidisti tabulas suas: ⁊ qūo multiplicantur ex p̄mis: ⁊ audiuisti p̄mas ꝟtutes: ⁊ q̄re sunt p̄me. ⁊ istarum oīum originē: ⁊ vidisti suoꝝ graduū distinctionē: ⁊ tabulas maneriēꝝ vniuscuiusq; gradus: ⁊ audiuisti qūo abundare pōt ad vnāquāq; opationē. Habes igit᷑ simplices medicinas oīum opationū p̄maꝝ scōaꝝ ⁊ tertiaꝝ: ⁊ tabulas oīum expimētoꝝ: ⁊ tabulas ꝟificatas ad vnūqōq; op⁹ qō vis ex valō exptis auctorib⁹. nihil igit᷑ excidat ab ocul' mētis tue.

Modo debeo tibi scribere virtutes quartas: ⁊ facere regulaʒ que nos regat in eis: ⁊ tabulā que exponat vobis eas ⁊ doceat vsum. nō debes aūt itelligere ꝙ iste ꝟtutes dicant᷑ quarte: ideo ꝙ ordineʒ aliquem habeant ad tertias: nec ad scōas: nō eni sicut scōe ex p̄mis pendent: ⁊ ꝑ eas ꝓbantur: ⁊ silr̄ inueniunt᷑. ⁊ quēadmodū tertie ad scōas reducunt᷑ ⁊ ꝑ ipsas declarant᷑: ita q̄rta nec ꝑ tertias: nec per scōas: nec ꝑ p̄mas declarant᷑: nec multis medicoꝝ visuʒ est: ideo dicuntur q̄rte per p̄uationē solum. i. nullam istaꝝ ꝼm veritatem: imo sunt forte p̄ores oībus. vnde dicunt᷑ a tota suba procedentes. que tota suba ꝼm veritatem prior est omni q̄lia virtute. sed hic difficilis inq̄sitio non hʒ locum: sed concedim⁹ eis vsuʒ nōis medicoꝝ: que quarte dicunt᷑: sed intellige modo quo dcm̄ est. Omnis ꝟo virtus que non est aliqua istaꝝ triuʒ: nec in p̄mis conueniēter reducibilis vocet᷑ quarta: siue sit secunda: siue sit prior generalr̄: dr̄ a tota suba siue forma specifica: ⁊ iste sunt virtutes cum q̄bus euacuamus talem humorem: ⁊ tātum in tali loco ⁊ tali dosi: ⁊ in tali proportione. Et debes scire ꝙ iste medicine cuʒ hoc ꝙ hñt istas virtutes quartas bene habent alias. s. primas ⁊ secundas: ⁊ aliquando tertias: q̄ nihil nālium priuatuʒ est eis: ſʒ inq̄ntum tales non scribuntur hic: imo similiter scripte sunt multoties in diuersis capitulis: solū ergo scribuntur hic inquātum has virtutes q̄rtas habent gñaliter: igitur ipse medicine sūt appropriate humorib⁹ determinatis in determinata dosi ⁊ p̄paratione. Et nō expectes super hāc rationeʒ: imo experientie antiquoꝝ qui certificauerunt illud acquiescere oportet: q̄uis de multis facile ratio reddi potest.

De medicinis purgantibus siue mundificantibus sanguinem. Cap. LIII.

Purgantia sang. non intelliguntur educere sanguineʒ: sed corrumpentia que sunt in ipso. ⁊ tribulantia auferunt: ⁊ sunt ista ꝼm auctores.

cassiefistule	aloe	mercurialis
māna	buglossa	malua agrestis
tamarindi	pruna	lupullus
fumusterre	capilli veneris	asparagus
vmbilicus ve.	politricum	iuiube
reubarbarum	serum caprinum	sebesten
sene	violarum	berberis
epatica	adianthos	cuscute

Iste sūt medicine expte ad mundificādū sanguinē ⁊ sunt secure sine nocumēto: debilis solutionis q̄ pñt dari in oī tēpore: in oī etate: in oī sexu sanis ⁊ ifirmis: ⁊ nō indigēt lōga custodia: nec magna cautela in prepatione aut dosi: nisi forte aliq̄ eaꝝ: vt aloe: ⁊ iste medicine cōmiscent᷑ cū oīb⁹ alys ad solutionē ⁊ remissionē. ⁊ semꝑ dʒ obtēperare cum istis: ꝯseruāt sanos: ⁊ rectificāt in egris: q̄ si fueris vsus eis nūq̄ decipieris: ⁊ qñ vis fortificare eas acue paꝝ cum alys que dicent᷑: vt cum cassiafi. misceas reubarbaꝝ aut agaricum modicum aut turbith vel scamoneā modicū vel sene aut aliquā istaꝝ valde paꝝ: preparatio aūt istaꝝ satis est nota: qm̄ plurimū exhibent᷑ in potu per modum syrupi.

De medicinis euacuātib⁹ cholerā. Cap. LIIII.

Medicine sigillatiue matrici: ⁊ ei appropriantes recapitulabo secūduꝫ virtutē: ⁊ sunt de genere prouocantiuꝫ vrinam frangentium lapidem ⁊ educentium mēstrua: ⁊ que sunt habentes ad hoc proprietatem specialem ꝓm experientiam sunt he.

matricaria	origanum
pulegium	sauina
calamentum	iuniperus
aristologia	diptamus
prassium	calamita
rubea tinctorum	draguntea

¶ Euacuatiua a matrice sunt que euacuāt ab his locis quādo cum eis ponuntur iste appropriate ⁊ generaliter euacuantia renes: ⁊ omnia diuretica ⁊ prouocantia menstrua adimplent hoc opus. In hoc autem conuenit maxime benedicta: vtraq̄ colloquintida solutiuum flegmatis. calefaciētia matricem sunt ista.

serapinum	rubea tinctorum
opoponacum	assā mentastrum

¶ Infrigidātia autem sunt generaliter infrigidantia renes ⁊ vesicā hoc est illud qđ appropriat̄ matrici de medicinis oium virtutū: ⁊ qđ hꝫ ꝓpriā efficaciaꝫ in operationib⁹ eius: ⁊ tu nota illud. ¶ Modi v̄o euacuationū ⁊ administrationū sunt tibi noti. nō. n. melius euacuātur q̄ꝫ per iferius. flōmia saphene ⁊ ventosatio illarum partium ⁊ prouocatio vrine: ⁊ similiter secessus inanit ⁊ alleuiat eam ab humoribus vel ab humiditatibus. approximatio autem fit per omneꝫ modum: sed per inferius ⁊ cautius: imo securius iuuat. qđ autē per superius periculosius ⁊ tardat ꝓpter longitudinē loci. ¶ Qđ aūt iuuat eam indirecte est igeniatio medici super locis colligatis: sicut diximus ꝙ vētosa super mamillas posita stringit fluxum mēstruoꝝ: ⁊ sanat multas passiones indirecte: q2 quādā habent colligātiā secum: ⁊ similiter itelligo in omni mēbro. Nam omne mēbrum sit colligatum alteri mēbro: imo forte pluribus nocumento facto aut iuuamento in aliquo illorum ⁊ istud confunditur aut mutatur. Cum igitur vis indirecte iuuare super mēbra colligata cōpatientia vel influentia exhibe medicinā siue medicamen. ⁊ ideo in omni passione mēbrorum principalium iuuat rectificatio: q2 ipsa ifluūt toti corpori robur ⁊ vitā: ⁊ scire debes ꝙ cor cerebꝝ epar: ⁊ testiculi ⁊ stōchus quendam confluxum: ⁊ concathenationem habent adinuicem: ⁊ scriptuꝫ est omnium membrorum esse vnam compaginem. condolent: igitur inuicem ⁊ gaudent.

¶ De medicinis respiciētibus iuncturas. Cap. LXXXI.

Medicine que appropriantur iuncturis ⁊ generaliter mēbris remotis sūt fortes: vt virtus non pereat anteq̄ꝫ ad illa loca perueniat: ⁊ sunt cum subtilitate ⁊ penetratione: ⁊ attinent magis caliditati ⁊ siccitati q̄ꝫ alij: ⁊ ꝓm experientiam ille sunt narrate ⁊ verificate. Isaac in dietis vniuersalibus dicit de mente Gal'. ꝙ melancholici sunt sanati a doloribus perfecte ⁊ preseruati arthetici cum aceto squillitico ⁊ oximelle suo. in grossis igitur humoribus in corpore coadunatis vtilissimum est non vitare: ⁊ generaliter fortia in virtute: ⁊ partem subtilem habentia: vt

squilliticum — bdellium
zinziber — amomum
serapinum — opoponacum
achorus — sal armoniacum
squilla — acetum
pix — vinum subtile
assa

Et gñaliter fortia in virtute ꝛ partem subtilem habētia vt

artbemisia — sinapis
hypericon — storax liquid.
hermodactyli — nasturtium
asarum — stercus columbinum
castoreum — stercus vaccarum
euforbium — ruta
acetum — origanū ꝛ generaliter omnia
serapinum — rubificantia

Composite sunt

oximel squilliticum — oximel iuly

Iste euacuant a iuncturis ꝛ sunt medicine neruose.

sarcocolla — euforbium
colloquintida — centaurea
turbith:opoponacum — cucumer asininus
serapinum — elleborus niger
sal gemma — polipodium
sal indicum — scamonea

Composite sunt.

benedicta — electuarium de succo rosato.
hermodacty. — pillule artbetice
 — pillule de benedicta

Infrigidantia iuncturas sunt

Solatrum — bolus armenicus
aqua ros. — acetum
lactuca — psillium
semperuiua — opium

¶ Composita sunt omnia infrigidantia renes dicta supra.
Medicine etiam euacuantes a iuncturis sunt etiam fortes ꝛ acute ꝛ sunt he.

hermodactyli — opoponacum
turbith — euforbium
sal indicum — colloquintida
sarcocolla — serapinum

¶ Medicine in oī egritudine neruoꝝ ꝛ iuncturaꝝ medicamina caput respicietia ꝛ spinam dorsi:qꝛ ex secretis mirabilib⁹ ad idem Joānes bebemesue.hoc igit̄ qđ appropriatur iuncturis de medicinis mēbroꝝ longinquoꝝ.Cum igit̄ expedit aliqđ opari in illis ptib⁹ sicut in sciatica artbetica podagra chiragra ad hunc locū te ɔuerte ꝛ cum istis medicinis solicita te opari qđ necesse fuerit de digestiuis euacuatiuis calefactiuis ifrigidatiuis:qm̄ his medicinis singulis ē ꝓprietas ad illa mēbra per que ille plus iuuāt ꝙ̄ alie que sunt in eodē gradu caliditatis aut frigi.vnde aut hec ꝓprietas qbusdaꝫ medicinis ad quedā mēbra:aut que virtus sit pͥma:aut secūda vel que alia istud scire debes ex parte speculatiue medicine aut pħie.Uigila igitur sup virtutibus rerū dictis qꝛ audiuisti in sciētia secretoꝝ ꝙ nihil pulchrum nihil mirabile ꝛ excellēs exit a rebus nālib⁹ nisi ꝑ has virtutes vnā aut plures ꝛ tu audiuisti Herme.dicere ꝙ cognitio ꝓprietatū reꝝ est maius donum dei. Fiūt ergo quedaꝫ expimenta ꝑ calidū:aut frigidum:aut gñaliter per primas virtutes:qꝛ dicit Alexāder ꝙ qñ ɔueniūt ꝛ ɔcurrunt q̄litates prime opantur mirabilia:ꝛ quedā sunt ꝑ secūdas virtutes reꝝ ꝛ sunt magis secreta ꝛ quedā ꝑ tertias ꝛ adhuc sunt magis secreta ꝛ quedā per q̄rtas ꝛ ad hoc nō ɔueniunt nisi hoīes expti iusti ponderis ꝛ valde eleuati sup alios vt dicit Herme.ꝛ si velis aliqđ opari solicite aggrega illud totū qđ adiuuat te de oī virtute iuxta illud Galeni in techni.Pharmacū.n.in se hñs duas aut plures virtutes fortius opatur ꝛ ego ꝓpter hoc tibi dixi tabulaꝫ ois virtutis ꝛ ois operationis vt resoluendo eam inuenias quod vis ꝛ opus tuuꝫ erit valde mirabile ꝛ oculta totum illud.

¶ De modis diuersis qb⁹ medicie opant̄. Cap.LXXXII.

Modo volo tibi aperire portā secretoꝝ oium medicinaꝝ ꝛ est res que est radix oium expimentoꝝ ois solertie ꝛ ois operis abūdātie.scito ꝙ quedā fiunt ab eis ꝑ ꝛ imediate ꝛ quedā ex ɔsequēti quedaꝫ fiunt directe quedā idirecte:quedā per se:quedā fiūt per accidēs quedā aggregāt multos modos simul.Ubi gratia.si dolueris circa epar calefactū dico ꝙ aliq̄ iuuant ꝑ primas virtutes vt lactuca quedā ꝑ aliquas ꝛ non sunt frigida vt absinthium ꝛ eupatoriū que iuuant ꝛ ɔfortant epar a tota ꝓprietate ꝛ quedā iuuāt vtroqꝫ modo vt endiuia que iuuat epar calidū per pͥmas virtutes ꝛ ꝑ alias. Ad epar aūt frigidum vnicū habet iuuamentū:qꝛ non iuuat illud ꝑ primas virtutes:sed ꝑ alias ꝛ quedam ipm iuuāt ex ɔsequenti vt scamonea.ipsa.n.ꝭm veritatē est ca.vñ nō dꝫ iuuare nec hꝫ amiciciaꝫ in aliq̄ virtute cū epate imo est inimica mēbroꝝ pͥncipalium.ꝛ ideo directe pͥmo modo nō iuuat sed ex ɔsequēti vt qꝛ purgat cholerā ꝛ humores calidos ꝛ in hoc modo secreti cadūt multa expimēta sicut dicimus flōmia ifrigidat ꝛ extinguit se.ꝛ euulsio testiculoꝝ effeminat ꝛ qñqꝫ adiuuamus epar sic calefactū directe:scꝫ faciēdo medicamina super ipsum ꝛ aliqñ nihil sup ipsum sed sup mēbra colligata ei.nā si aliquis infrigidauerit stomachū testiculos:aut splenem:aut cerebrum:aut spinā dorsi vbi tendit̄ vena magna aut alia ex venis magnis multis infrigidabit epar.similiter se habet in vnoquoqꝫ mēbro que eni colligata sunt adinuicem se cōtemperant ꝛ in hoc multa secreta cadunt experta a medicis ꝛ maxime in passionibus ex complexiōe aliquorum ꝛ aliqñ non operatur res nec curatur nisi per accidēs vt cuꝫ debemus super loco frigido ponere ca.ponimus frigida ꝛ ꝭm hunc modū dicit Hippo.aquā frigidam sanare spasmum ꝛ aliqñ multi istoruꝫ modoꝝ iunguntur simul in vnum vt sit res ex consequenti indirecte ꝛ per accidēs ꝛ in hoc modo secreta cadunt multa experimenta medicorum valde pulchra.Si igitur vis esse mirabilis vir ꝛ secretoruꝫ inuentoꝝ experimentatoꝝ frigidoꝝ ois mirabilitas que in experimentis est intende ꝭm hos modos ꝛ sic eris abūdās valde ad omne quod voles opari. Nōne vides ꝙ ad epar infrigidādum habes tot modos iuuaminis pulchros ꝛ artificiosos:consimiliter scito ad omne mēbrum ꝛ nescis ꝙ habes addere multas medicinas omnis virtutis dictas in tabulis ꝛ nescis ꝙ ponimus eas in infinituꝫ ꝛ facimus ex eis diuersas preparationes.quid igitur deficit nisi illi qui caret ingenio.scito igitur ꝙ ingenium est artis fermentum.auge ergo tibi ipsum ꝛ dominaberis.

Ingeniuꝫ est fermentū artis.

¶ De modo aggregādi tabulas supradictas ꝛ earum virtutes ad vnaꝫ quāqꝫ egritudinem ꝛ de inuestigandis secretis medicine. Cap. LXXXIII.

His itaqꝫ auditis potes mltiplicare vnā tabulā quā vis.Nam si aggregaueris ad vnūquodqꝫ mēbꝝ ꝛ ad vnāquāqꝫ passionem illud qđ iuuat ꝑ se de primis virtutib⁹ postea de secūdis ꝛ tertys ꝛ q̄rtis postea deposueris totū quod iuuat ꝑ accidēs ꝛ indirecte aut ex cōsequēti aut a longinquo tu euacuabis totū illud qđ cōuenit illi passioni ꝛ tabula cuiuslibet rei fiet valde magna ꝛ non est aperire rōnem omnem:qꝛ facit audaciā ignorātib⁹ tentando opa oia que audiunt sed si tu es prudens ꝛ intelligēs tu scies ex dictis tibi facere tabulam ad omnem passioneꝫ

que ꝯstabit ex iuuantibus iuuamentis per se ⁊ per accidẽs directe ⁊ indirecte mediate ⁊ ex consequenti. ⁋Quando igitur tu vis facere magnum opus finge q̃libet passionem in homine ⁊ examina in quo mẽbro que qualitas quis humor sit eam faciens:⁊ habe in memoria omnes modos approximationis ⁊ colligantiam membroꝝ ad illud a longinquo ⁊ propinquo:⁊ tunc conuerte mentem tuaꝫ super tabulas primarum virtutum:⁊ in eis que magis approximantᷓ illi passioni:deinde veni per operationes secũdas:postmodum per tertias:deinceps per quartas ⁊ semper ex illis tabulis extrahe ⁊ in vnam tabulam redige quod noueris cõuenire. Preterea veni super mẽbra colligata ⁊ per modos approximationis ⁊ totum collige in vna tabula ⁊ illa erit tabula illius passionis continens totum quod expedit in opere illius. Uerbi gratia: de vna illarum ⁊ idem intelligenduꝫ in omnibus alijs. Epilepsia est apostema cerebri ⁊ est egritudo cronica ⁊ periodica ⁊ de malis qualitatibꝰ appropriat sibi frigiditateꝫ:⁊ de materiebus flegma ſm plurimum:aut melãcholiã:⁊ deseruit tibi hoc regimen antecedens ⁊ complexionati ⁊ appropinata capiti ⁊ cerebro. Uolo igitur facere tabulam conuenientem sibi habentem totũ quod expedit de medicinis ⁊ ingenijs. vado igitᷓ ad tabulã primarum virtutuꝫ ⁊ approprio sibi calida ⁊ sicca:⁊ venio ad tabulam humoꝝ ⁊ approprio sibi digestiua flegmatis ⁊ melancholie: ⁊ venio ad secundas virtutes ⁊ approprio sibi medicinas resolutiuas tertias icisiuas:⁊ venio ad quartas:⁊ approprio sibi solutiua flegmatis:⁊ venio ad tabulaꝫ approprianteni rem ad caput ⁊ ibi colligo quod volo:⁊ video modos conuenientes approximationis ad caput ⁊ vẽtosationes ⁊ euacuationes appropriatas capiti ⁊ colligo totum in vna tabula ⁊ est tabula iuuantium epilepsiaꝫ per se. postea imaginor cui maxime appropinquatur cerebrum: quia stomacho:⁊ tunc confortantia stomachum ⁊ repercutientia vapores ⁊ mundificantia ipsum ⁊ intestina aggrego cum illis supradictis que iuuant indirecte ⁊ sibi video conferre:per accidens aggrego in vnam ⁊ facio simplicia ⁊ cõposita:⁊ tunc res est completa ad epilepsiam:ita ⁊ tu intelligas in infirmitate qualibet. nam ex tabulis predictis extrahes quãcunqꝫ vis tabulam ⁊ quãcunqꝫ volueris. ⁋Et si tu vis etiam facere tabulam eorum que operantur ꝑ accidẽs aut aliquo tali modo occulto ex dictis potes habere. verbi gratia. si vis scire que faciunt bonam memoriam bonum intellectum bonum visum:⁊ que faciunt amorem ſm viam naturalem aut via occulta. ad omnia enĩ ars medicine habet ingeniũ. Nã bonitas intellectus ad bonitateꝫ sensitiue est virtutis. igitur bonum intellectum sunt facientia bonam digestionem ⁊ confortantia cerebrum ⁊ mẽbra principalia expurgantia superfluitates prohibentia vapores ascendere:sanguinem clarificantia:⁊ que respiciunt caput ⁊ cerebrum ⁊ habent proprietatem ad bonitatem intellectꝰ. Hec autem omnia intellectis supradictis inuenies vnde facies tibi tabulam ad omnem operationem si vis. ⁋Et ſm hoc inuenies multos auctores dicere de suis receptionibus ꝙ faciunt bonum intellectum:qꝛ large prohibent multiplicari superfluitates:aut reprimunt vapores:aut confortant cerebrum generaliter rectificant sanguinem ⁊ spirituꝫ:⁊ alleuiant sensitiuã ex qua prouenit omnis bonitas intellectꝰ. ⁋Audiuistis etiam ꝙ quedã medicina vocatur letificatiua:qꝛ aggregat omnia confortantia membra principalia ⁊ sanguinem clarificantia ⁊ generantia bonum sanguinem ⁊ spiritum. ſm hoc etiam potes dicere ꝙ quedam medicina ducit ad paradisum:qꝛ est composita ex disponẽtibus sanguinem ad misericordiam ⁊ pietatem ⁊ mansuetudinem ⁊ benignitatem:quibus mediantibus sequitur bonus appetitus ad bona opera:⁊ quedã incitat amorem:qꝛ auget sanguinem laudabilem clarum in quãto ⁊ in quali ⁊ priuat ipsum a melancholia ⁊ flegmate:que sunt cause solicitudinis que prohibet conuersatiuã ⁊ curabilitatem ⁊ amorem. sanguis ꝟo multus clarus facit omnia contraria:incitat venereum appetitum. vnde de necessitate diligunt ⁊ faciunt ciuiles cõuersationes:gaudia:liberalitatem:ex quo sequitur ipsuꝫ diligere ⁊ diligi ⁊ desiderari ab omnibus:⁊ quedã facit castũ religiosum:qꝛ inclinat sanguinem ad frigiditatẽ ⁊ paucitatem quo facto non appetit coitum:nec mulieres:nec luduꝫ: nec cantus:nec similia:⁊ vt generaliter dicatur potes cum medicinis scire dispositionem sanguinis ad quãcunqꝫ qualitatem ⁊ tota differentia moꝝ hominis fit ex sang. ca. frig. hu. ⁊ sic. ⁊ cum medicinis predictis. scis etiam facere circa hominẽ omne quod vis. ⁋Tu audiuisti etiam ab auctoribus ꝙ quedã medicina facit fatuũ:quedã demoniacuꝫ. ⁊ si tu vis facere ꝺ istis secretis ⁊ firmari respice in nobis familiaribus. nec multi homines sunt recti sensus nec boni ingenij:⁊ si potauerunt multum vinum quod non est medicina extranea efficiuntur stolidi:aut furiosi:aut habentes mores diuersos valde a seipsis non ebrijs ⁊ omnia mutantia sanguinem ad excessum calidi:aut frigidi permutant mores ⁊ intellectum a ratione:vidisti ꝙ multoties comedit homo vinum cibuꝫ ⁊ post comestionem redditur alacer ⁊ iocosus cantans ⁊ valde diuersus a seipso anteq̃ꝫ comederet: ⁊ aliquando contrariuꝫ est:quia sanguis ⁊ spiritus ⁊ complexio ex ꝑmo rectificatur ⁊ bonificatur. ex alio ꝟo corrumpebatur. facit igitur medicus de auaro prodigum. de casto luxuriosum. de timido audacem:⁊ generaliter sicut mutat complexionem sanguinis necesse est mutare sequentes inclinationes ⁊ complexiones ipsius:⁊ hec sunt secreta ipsius vltima artis medicine. Quandoqꝫ ꝟo ipsa non facit ea nisi ex consequenti valde. ⁋Insipientes cũ legerint in libris prudentum medicorum ⁊ senum: qui sciuerunt iam esse secretum medicine cum vident eos facere bonum intellectum ⁊ facere prudentem:⁊ facere fidelem fortunatuꝫ valde deridenteos ⁊ derisi valde elongati sunt a secretis medicine ⁊ non volunt audire nec credunt ꝙ ad medicinam spectet nisi curare dolorem capitis:aut apostema:aut febreꝫ. ⁊ ipsi deberent curare seipsos de grossitie intellectus donec possent intelligere ea que nostri senes in medicina nobis scripserunt:⁊ propter tales qui vituperant secretorum inuentores tu audiuisti:ꝙ Hippo. precepit physicis quos docebat ꝙ secreta non pandant:quia redundat in vituperium sapientum ⁊ in infamiam:quia si homo sit sapiens ⁊ inuestigans bene veniet ad ipsa ⁊ participabit nobiscum donum philosophie. Item ⁊ si ipse nõ est dignus eo nec inuestigans:nec itelligens quicquid dicatur ei perditur imo dedecus est talibus secreta pandere. ⁋Radix ergo agendi secreta medicinalia circa corpus est vt attendas circa sanguinem minuendum:aut augendum ⁊ operaberis omne quod voles: cuꝫ ⁊ tu extrahas ab eo choleram:flegma:⁊ melancholiam: vnde scinunt hoc multi:sed quod ex hoc consequitur nesciunt nec ꝑcipiunt:⁊ secunda radix secretorum est imaginatio confidẽtia ⁊ generaliter anime passiones quas debes imprimere in mentes hominum. vnde Damas. oportet infirmo salutẽ promittere nec velis vnq̃ꝫ a spe deponere:etiam si ipse desperet: quia dicit Galenus primo pronosticorum: ꝙ bona confidentia ⁊ spes plus valent q̃ꝫ medicina. Ille enim plures sanat de quo plures confidunt. vnde Hippo. in omni egritudine confortari mente ⁊c. vnde ex eis exit magnuꝫ secretum:imo maximum ⁊ si tu cogitaueris profunda mente quãta possit imaginatio ⁊ ratio anime dices actu nihil esse pulchrius neqꝫ verius:neqꝫ secretius:neqꝫ securius q̃ꝫ illud: ⁊ tu vidisti in libro experimentoruꝫ philosophoꝝ ꝙ circa anime

Medicie ars ad oia hꝫ igeniũ.

Medicina aliq̃ pót dici ꝙ ducat ad paradisum.

Radix in secreť medicinalib⁹

anime passiões posuerũt pulcherrima ꝛ mirabilia que.n. medicina est plus calefaciens ꝙ ira:ꝛ magis priuãs amorẽ ꝛ generãs discordiã:ꝛ que magis infrigidat ꝙ timor:ꝛ ꝙ magis ꝯfortat ꝙ gaudiũ:ꝛ que magis cibat ꝛ nutrit ꝙ bona spes:ꝛ que magis interficit ꝙ desperatio:cũ istis.n.phi fecerũt res valde pulchras:ꝛ dicerẽ tibi ꝙ sup his fundatur vna sciẽtia secretorũ quã phi necromantiã ꝛ diuinatio ꝛ auguriũ ꝛ si recoleres de potẽtia quã ascripsit Anaxagoras imaginationi ꝛ estimationi ꝛ illud qḋ Auicen.dedit ei de posse tu nõ debes verere quin in his sit maximuz secretũ ꝛ qui nõ credit fleat super se.In his igiť rebus ꝛ supradictis est omne secretũ medicine ꝛ tu excita te super hoc ꝛ vigila:qꝛ tu audiuisti Pithagorã ad philosophos dicere tũ magis dictis attollere mentẽ quanto magis doctor abbreuiat sermonẽ.Naz de secretis multa docet intelligere sed semper pauca dicere vel scribere.

Sup passionib' aie fundať ars diuinationis.

¶ Qꝛ medicus nõ debet vti medicinis fortib' naturaz dissoluentibus sed leuibus ꝛ dieta. Cap.LXXXIIII.

SAccessus phorum ad opus fuit via leuiori ꝛ secretiori ꝛ fuit eorũ intẽtio alleuiare naturã que alleuiata ꝛ vigorata pficit oia vt expedit.ipsa.n.scit vsquequo est agendũ plus ꝙ medicus.Imponebãt igiť sibi finẽ oẽm in actionib' ꝛ ipsi nunꝙ plus calefacerẽt ꝙ ipsa si foret potẽs:qꝛ ipsi bene sciũt ꝙ nihil est agendũ qḋ natura nõ faceret nec sola intentio eorũ erat alleuiare naturam ꝛ nunꝙ subuertebãt hominẽ:quia opus quod subuertit est opus pariens naturam ꝛ nunꝙ subuertit in quo natura nõ regulat medicinã ad actionẽ sed occurrit medicine ꝛ regulat naturã.imo vincit naturaz.vnde Damasce. Non est purgandũ nisi cũ medicina que sit a tẽperamẽto remota.Galenus ẽt in.z.de ingenio.antiqui phi dicũt hũc ordinẽ curationis semel aut bis totũ corpus cũ leui laxatiuo purgari:deinde bonũ nutrimentũ afferre ꝛ motũ esse faciendũ aũt ambulationẽ ꝛ exercitiũ ꝛ vomituz:quandoꝙ cũ radicibus exercẽdo.fuit igiť eorum intẽtio semp appropinquare res paruas quas nã posset regulare ꝛ quib' posset se iuuare ꝛ omiserũt facere res magnas in ꝗbus exponitur homo grandi periculo nec timuerũt.igiť ex hoc regimine ꝓcedẽte ꝛ occursu exteriorũ cũ cõplexione nati egri que egritudinis dispõ causa fuit postea venerũt ad egrum cuz leuioribus purgantib' supfluitates.s.vomitu cõueniẽte tẽpore anni ꝛ cũ clysteri ꝛ cuz fricatione ꝛ cũ dieta cõuenienti tẽpori ꝛ cõplexioni ẜm intentionẽ quã habebant.s. preseruandũ vel curandũ vel etiã cũ exercitio ꝛ balneo si ꝯueniret ꝛ si necessitas vrgebat pharmacare vel minorare faciebãt hoc cũ valde paruis medicinis.s.cũ cassiafistula:mãna:tamarin.mirabolanis:reubarbaro:ꝛ ad opus veniebãt vsqꝫ ad agaricũ ꝛ vtebanť plus confortatiuis medicinis confectionib' ꝙ medicinis solutiuis ꝛ disponebãt viruz ad gaudia letitiã bonã spez bonã imaginationẽ.vnde Damascenus quo ad vsum medicinarũ dicit:medicina stiptica odorifera ꝛ tẽperato vicina naturalẽ vtutez custodit ꝛ ꝯfortat mẽbra ꝑncipalia.Hac igiť semper vtendũ est.ne igiť temerarius sis in forti medicina que naturã dissoluit: ꝛ quo ad bonaz spem semp illuminãdo nutrire ne desinas ꝛ si videbant iuuamenta cũ flõmia ipsa pficiebat oẽ suum opus.maior igiť spes sui operis erat in dieta.vnde Dama. si curare potes cuz dieta ꝓspera tibi inuenies ꝛ iaz in exercitys ꝛ anime passionib' imo mirati sunt quõ si appropinquas diete ꝯuenienti cibo ꝛ tẽpori potes mirari.igitur ẜm istos non eras indigẽs multis naz paucis medicinis solutiuis ꝛ ꝯfortatiuis ꝛ cibis cõueniẽtibus cũ rectitudie explebatur opus suũ ꝛ nõ est posse exinde consequi vituperiũ ꝛ eorum tota ratio erat in rõne facere nõ multa aut magna.

¶ Et postꝙ dieta est illud cum quo maxime se adiuuat ꝛ ipsa sit cũ cibis ꝛ potib' dicamus cũ cibis conueniẽtibus ꝛ discõuenientibus ad oẽm intẽtionem necessarium.

¶ De cibis ꝛ potibus. Cap.LXXXV.

TU scis a Galeno.v.simplicis medicine ꝙ cibus est illud qḋ est aptuz cõuerti in substãtiã nostri corporis ꝛ in corporib' loco eius qḋ cõtinue deperdiť ꝛ quo augemur ꝛ tenemur in vita ꝛ est aptum pati a calore ꝛ vinci magis ꝙ agere ꝛ vincere:ꝛ nõ agit in corpus quale sꝫ quãtũ.Aristo.in ꝓblematibus.vt si excesserit res que est propinqua cõplexioni hois bone mistionis quatuor elẽtoruz ꝛ accedẽs ad tẽperatũ est cõueniẽs cibus hois ꝛ cito potẽs venire ad humanã cõplexionẽ ꝛ cõuerti a calore qꝛ parũ distat ꝛ hꝫ magnũ symbolũ cuz corpore nostro.vñ Gal.v. simplicis medicine:res que nutriũt sunt in tota suba cõueniẽtes.ꝛ Isaac i dietis ꝙ nec dulcedo nec pulchritudo nec aliqua qualitatũ taliũ facit rẽ esse cibũ sed amicabilitas q̃dam totius substãtie que est rei ad rẽ sicut ẽt venenũ ꝛ medicina nõ est tale nisi per inimicitiã inataz sube ad subam ꝛ ꝓpterea ciborũ ꝛ medicinaꝝ ꝛ venenorũ facta est scientia quasi incõprehensibilis nisi experimẽto ꝛ idẽmet cib' easdẽ sibi seruãs qualitates ꝛ dulcedinẽ iuuat.cibi ꝯo qui gñant bonos humores ꝛ faciũt corpus gaudere ꝛ bene restaurare sunt cibi accedentes ad temperamentũ in quibus est equalitas quatuor elemẽtorum ꝛ digestio equalis in ꝗbus non est excessus alicuius saporis.s.salsedinis amaritudinis acuitatis sed magis attinet dulcedini vt.

panis bene mundus ꝛ fermẽtatus	lactuca
vinum odoriferum	scariola
caro porci medie etatis	oua sorbilia
vitulina	pisces pelagi squã-
agnus annualis.	mosi ꝛ petrosi
pulli:perdices:phasiani.	lac caprarũ
granuz factum	simula
robellie munde	ptisana
legumina	risi
nuces	panis male fermen-
melical	tatus: auellane:iuiu-
mespila	be:persica:dactyli:cy-
mulsa	donia:vua:malagra-
mel in frigidis corporibus.	nata:fistici:pinee:bo-
	rago.bleta.

¶ Cibi malos generãtes humores sunt ꝗ sunt in aliquo excessũ ca.frigidi aut humidi ꝛ sic.ꝛ quecũꝙ facile corrũpuntur inequaliter digesti ꝛ permisti saporẽ habẽtes salsum: amarũ vel acutũ.oẽs enim tales corrũpunt sang.sicut.

Cibi mali

allia	caro siluestris capreoli
cepe	caro porcelli
porri	caro vaccina
fungi	caprina
cucumer	agnina
poma immatura	vrsina.
omnis caro antiqua	caro pinguis
ceruina	rapa
leporina	cucu.
haucia	sinapi ꝛc.
caulis	cerebrum
capparum	medulla

¶ Cibi qui multũ nutriũt sunt constãtes ex.4.elemẽtis bñ mistis accedẽtes ad tẽperamentũ multũ exhibẽtes de cibo ꝛ diu imorãtes ꝛ eorũ supfluitates sunt pauce sicut.

Cibi multũ nutrientes.

panis bene artificiatus	graues pauones:co-
vinum dulce ꝛ grossum	lũbi pui:anseres.ce-
ro porcina bouina	rebra:testiculi:oua:

si digerantur	carnes dure:oēs me
lac:caseus recens	dulle:castanea:faba
cancer:cepe:risi:cicera	pinguedo
mulsa:dacty.ficus	caseus vetus
vue intestina	anates:turtures
pisces lacuum	passeres:pulli

Cibi parū nutriētes. ℂ Parū autē nutriūt cibi qui sunt facilis resolutiōis a mē bris quoꝝ chymus est paucus rarus cito exhalabilis ⁊ qui acutas ⁊ violētas habēt qualitates sicut mora celsi imatura:pruna: malagranata:mespila:ordeum:iniube:oliua:miliū:panicū:panis furfureus:triticū albū:bleta:attriplicis:spinargia:pulmo:venter:lac cameli.omnia salsa.cucur. capparū nares aures extrema gallinarum.

Cibi q̄ facile digeruntur. ℂ Cibi qui facile digeruntur habent substantiam teneram facilem dissolui sine viscositate ⁊ magna adherentia partium adinuicem ⁊ sine soliditate sicut sunt.

vua:ficus	caro edi
amygda.dulces.	perdices
ea que ex orobo	lactuca:scariola
caro pulli	vituli

Cibi q̄ difficile digeruntur. ℂ Cibi qui difficile digerunt̄ vel diuiduntur a calore sunt habentes viscositatē grandē ⁊ tenacitatē partium aut soliditatem magnā aut fortē excessum obtundentē calorē nostri corporis:vnde superare non potest.sed in sui natura diu permanent vnde indiuisibiles vocantur.sicut.

panis azimus	columbi	auellane
amidum	grues	baucia
faba	turtures	caro porcina
pruna alba	nares	cor:epar:splen
cydonia	intestina	leonina
squilla viridis	caseus vetus	pauones
castanee	oculi	stomachus
oliue	lingua	renes
iniube	labia	oua
feniculus	extremitates	volatiliū
caulis	pinee	pulmo
rapa	vinum antiquum	pedes
radix	caro anatina	poma
coriandrum	caro anserina:boui/	citri
melongia	na:ceruina:vrsina	milium
fungi	cicera	panicum
pulli	glandes	

Cibi ipinguantes. ℂ Cibi multū ipinguātes sunt q̄ gn̄ant sanguinē multum grossū viscosū adherētē mēbris ⁊ difficile resolubilē.aut sūt hn̄tes vētositatē gl̄āz q̄ faciūt eminere cutē ⁊ replēt sic.

panis tritici bene factus	spissum mustum
risi.caro vrsina	punica:lac coctum
caro agnina	vue:ficus
cerebella	simula porcina
oua sorbilia	persica ⁊
vinum dulce	mellica

Cibi attenuantes. ℂ Cibi qui maturāt ⁊ attenuāt sunt generātes parum sang. ⁊ subtilem acutum calidum ⁊ resolubilem sicut.

salsa omnia	petrosē.carui	ruta
⁊ acuta similiter	ciminum	omnia indigestibi/
acetum	apium	lia piper ⁊ quecūq̄
vinum vetus	anetum	san.subtilē exhibēt.

ℂ Unde de naturis ⁊ cōplexionibus ciboꝝ dicit Isaac in dietis vlibus φ oium attestantiū cōplexioni ⁊ nature rei fortius est sapor:qꝛ inseparabilr̄ cōplexionē ꝯcomitat̄ generaliter ꝓnunciātes iuxta saporū industria ꝓferemus. *Sapores ciboꝝ octo* Sūt aūt.viij.s.dulcis:vnctuosus:amarus:acutus:acetosus:ponticus:stipticus:⁊ abusiue dicit insipidus. *Dulcis.* ℂ Dulcis nāq̄ sapor sine oi sapore acuto vel stiptico tēperat⁹ ⁊ mediocris existit similisq̄ cōploni humane ⁊ cū humana cōplexio tēperate sit ca.⁊ hu.silr̄ dulces cibi puri sunt atq̄ delectabiles nature.ideoq̄ eos attrahit ⁊ vltra debitū:inde quoq̄ lesiones opilōnis ⁊ repletionis sepissime incurrūt ⁊ casuz appetit⁹. *Amar.* ℂ Amaritudo aūt denūtiat cibū esse ca.in 3° siccū in 2°.vnde terrestreitas ⁊ grossities dominātur.ideoq̄ h̄z quandā ponticitatē ꝑm fortitudinē sui caloris est incisiuus ⁊ aperiens magis q̄ꝫ opilatiuus.vn̄ amaritudo est diuretica mēstrua ꝓuocat ⁊ corporis exteriora a scabie mūdificat ⁊ morphea ⁊ parū aut nihil est corpis nutritiua:qꝛ a delectabilitate ⁊ dulcedine est remota.appetitū aūt incitat:qꝛ virtus sua incisiua venarū aperit ora ⁊ chymos subtiliat ⁊ plerūq̄ desiccat. *Stipticus.* ℂ Stipticitas aūt subam ciboꝝ in stōcho coadunat ⁊ supnatare ꝓhibet:nauseā stōchi fortiter expellit vel cōpellit:⁊ ex stōcho expellit supfluitates ꝓinde prouocat appetitū. *Acutus.* ℂ Acutus sapor ca.⁊ sic.in quarto gradu. quare sua icisio ⁊ penetratio est ignea.vn̄ est corrosiuus penetratiuus subtiliatiu⁹ magis ceteris.Est igit̄ solubilis extractiuus appetit⁹:qꝛ sua icisione ⁊ subtiliatiōe venarū ora aperit mūdificat:⁊ desiccat supfluitates.nutrit aūt parum valde:vn̄ medicine plusq̄ꝫ cibo attinet. *Salsus.* ℂ Salsus ca.⁊ sic. designat in 3°:qꝛ sue humiditates sunt grosse ⁊ subtiles sūt mediocres terrestrib⁹ vicinātes:vn̄ virtutē hn̄t pungitiuā lauātē corpis asperitatē ⁊ dissoluētē ⁊ mūdificantē corpus ab humiditate.vn̄ molles carnes desiccat ⁊ idurat:parum nutrit:⁊ a nā minime tract⁹ irritat ⁊ euigilat expulsiuā sua mordicatiōe ⁊ cū ex eis sua horribilitate trahat nā quātitatē paruā:multā relinq̄t in intestinis supfluitatē.vn̄ inquit Gal.dulcia paruas hn̄t supfluitates supfluas non multas. *Acetosus.* ℂ Acetosū fri.⁊ sic.in 3° gradu eē designat ꝑforat ⁊ icidit grossū humorē ꝓinde plus ceteris icitat appetitū cū in eo sit frigiditas penetratio ⁊ icisio. *Stipticus.* ℂ Et stipticū aliquā supfluitatē deponit ab ore stōchi:stōchūq̄ corrugādo ꝯfortat: differt tn̄ in corpibus in q̄b⁹ operet̄ si in itestinis hu.grossum iueniat stōchū superi⁹ ꝯfortādo incidit ⁊ deponit eos. vn̄ in talib⁹ vētrē laxat ⁊ hu.depauperatū si iueniat stringit ip̄m. *Ponticus.* ℂ Pontici cibi cuꝫ eorū humidū sit valde ⁊ pure terrestre fridi sunt ⁊ sic.⁊ ꝓpe quartū gradū.vn̄ eorū nutrimēta sunt paruissima grossū hu.facientia.vn̄ subtili diete illaudabilissima:ſꝫ tn̄ virtutē appetitiuā incitātes ꝑꝑ coadunationē nimiā:vn̄ q̄a ponticitas vim h̄z desiccatiuā stomachū exinanitū cōstringit ⁊ ꝯfortat foramina sua.vn̄ nimie cōstipationis fit cā.Si aūt inueniret stomachū plenū cibis his supnatat ⁊ grossitie sua supiorē partē stōchi adiuuat exprimēs sicut torcular.vn̄ sua foramina inferiora dilatant̄ ⁊ emittūt intus habita:sicq̄ fiūt cā solōnis accidēta lis:⁊ maxime si virtutem stōchi debilem inuenerint ⁊ mollē in retinētibus cibarys:⁊ cibaria in natura sua sunt mollissima.vn̄ Gal.pōticitas desiderium cibi excitat:qꝛ ex nā sua in p̄mis supiora stōchi ꝯstringit eyciens cōtēta.vn̄ paratur in eyciēdo sibi alys cibarys nā ꝑueniens stipticitatis vsq̄ ad venas succus ciborū coadiuuat ⁊ loca mēbrorū euacuat cogens alia mēbra appetere.vnde Hippo.amara ⁊ acuta acetosa pontica oia sepe appetitū exiccātia amara ⁊ acuta:qꝛ ora venarū aperiūt ⁊ grossa subtiliāt plerūq̄ desiccātia ⁊ inaniētia ponticaq̄ subaꝫ ciborum coadiuuāt ⁊ stomachū euacuāt ⁊ venas.acetosa ꝟo ꝑꝑ vtrūq̄.stipticorū actio:eadē est actioni ponticoꝝ:sed tn̄ subtilior:qꝛ humidū suū inter subtile ⁊ grossū est mediocre.vn̄ in poros penetratiua sunt.Pontici ꝟo qꝛ terrestres sunt ampli⁹ diriuata penetrāt intima corpis extrinsecus.sūt ergo operātes tn̄ sine sapore cibi qui fridi sunt ⁊ hūidi non sunt stiptici nec sunt solutiui.nō enim sunt mordicātes irritantes nec stringētes nec coadunātes:sed si ventrē paratū solutioni inueniant sua aquositate soluūt.Si ꝟo ventrē ineptū solutiōi inueniāt minorāt ⁊ torsiōes atq̄ rugit⁹ ꝑgunt ad humectandum

cıandū aūt ⁊ sitiꝫ extinguēdū cōpetit eorūꝫ vsus. ¶ Dicit Gal'. v. simpli. medicinē. vltimo ca. stipticū est fri. terreum. acetū est fri. subtile: ⁊ amarū est subtile terreū. acutum aūt est igneū. ⁊ salsum est terreū terrestre ⁊ ca. ⁊ dulce est ca. ꝫ nō cōburens. Ois res vnctuosa pinguis est aerea ⁊ operationes earū sequunt̄ earū cōplexiones. de proprietate sil'r stiptici est vt aggreget ⁊ solidū faciat ⁊ vt ipellat ⁊ ingrosset. De ꝓprietate acetosi est vt incidat ⁊ separet ⁊ subtiliet ⁊ apiat: ⁊ mūdificet postꝙ calefaciat. Et acutū acre calefacit ⁊ iteruꝫ acetosuꝫ ipellit ⁊ acutū acre attrahit ⁊ resoluit: ⁊ amarū aperit: ⁊ mūdificat meatus: ⁊ abstergit: ⁊ subtiliat: ⁊ incidit hu. grossos propter caliditatē manifestā. Res aūt aquee frigi. ⁊ insipide sapori de proprio est vt infrigidet: ⁊ ingrosset: ⁊ aggreget: ⁊ solidet: ⁊ mortificet: ⁊ stupefaciat. ⁊ acutuꝫ acre subtiliat: ⁊ mūdificat: ⁊ resoluit: ⁊ attrahit ⁊ idurat. Et salsum aggregat: opilat: ⁊ exiccat humiditatē ꝓpter caliditateꝫ manifestā. Et dulce mollificat: maturat: ⁊ lenit. Et vnctuosuꝫ pingue humectat: ⁊ lenit: ⁊ mollificat: ⁊ cum res sunt in istis ſm ꝙ narrauimꝰ tunc facile est tibi vt ponderes sapores cū istis operibus quas diximus ⁊ ponderes alias cū illis. Scias igit̄ ꝙ ꝯtrarij in opōnibus sunt ꝯtrarij in cōplexionibus ⁊ in hoc finitur tabula multū medico necessaria volenti proficere. Deo gratias Amen.

¶ Expliciunt simplicia magistri Arnaldi de villa noua.

¶ Incipit antidotariū eiusdē Magistri Arnaldi.

Prohemium.

LAmentabatur Hippocrates eo ꝙ medicia sciētiaruꝫ nobilissima ꝑ indisciplinā vtentiū ⁊ vane iudicantiū in effectu est pre cunctis sciētijs sterilis facta. que ab altissimo creata nccitate sanatiōis corꝑis ⁊ aīe mortalibꝰ vtilissima ac ipsa ꝓciosior sciētijs cunctis existēs exaltās capita suggētiū vbera eius in ꝯspectu regū: ⁊ porrigēs fructū frondiū suarū in ꝯspectu magnatuꝫ: que ēt necessaria egris sanādis amplexāda ⁊ honorāda a sapiētibus videt̄: ꝓut spūs edocet aiographorū. Quā qdaꝫ indisciplinati eā infecūdant ⁊ sterilizāt traiadice ministri: quapropter aīaduerti in gazophilatiū ipsiꝰ laudē ex archanis sapientū paupercula coaceruare: moduꝫ ꝓparādi medicinas: effectusꝙ earū: qbus plerūqꝫ vtunt̄ filij incarnate veritatis admota nebula nominū medicinarū morborum ⁊ ponderū ⁊ modū ministrādi easdē ꝓpalare. Tu igit̄ eterna sapientia propala scriptos aditus thesauri tui vberrimi qui semitas meas irradiet: quatinus intellectu peritorū antidotario ꝓsente illuminato quedā aggregare valeā: quo sanantes orthodoxe lucidati cōmode medeant̄ seruos tuos brauium hic ⁊ in patria percepturi Amen.

¶ De cōpositione medicinarum. Cap. I.

SCientia vtilissima componēdi medicinas ⁊ ꝓcipue in cōpositis morbis: cū rarissime reperiatur medicina simplex amplectēs oēs virtutes: qbus idiget medicꝰ in curatione morbi: ⁊ ꝯseruatione sanitatis: quā sit tū inueniat ꝓferenda est cōposite: ꝙuis plerūqꝫ indigeat ꝓparatiōe aliq̄: tuꝫ ēt qꝛ effectꝰ exptaꝝ medicinarū notiores sunt nō expertis cōponēdis via rōnis ⁊ experimenti: ⁊ cū intellectus operātis ꝯcludere nequeat syllogizādo effectus oēs elemētales ⁊ celestes cōplexionatorū ex qbus conficit̄ medicamē. Experimēto eniꝫ inotuit deus largifluus seruis suis effectꝰ aliquos cōpositi: qđ ꝓpalat̄ in theriaca que effectꝰ inducit q ex miscibilibꝰ ꝯcludi nequeūt. Bene tradūt edocti ꝙ ex actiōe ⁊ passione miscibiliū cōpositoꝝ ꝓuenit interdū infirmo ꝑ eoruꝫ occultas potētias ad qđ humana rō non ꝑtingit: ꝙ cōposita eiusdē virtutis iuuantiora sunt corꝑi sanabili ꝙ simplicia. Et crebriꝰ vsus sanātiuꝫ cōperit: vt ex. 4. capitulis in cōposito sil' mistis exigit̄ medicinā vel artificiū ꝑnitus ꝯficiēdi vel cōponendi ediderā seu edicerā. ¶ Scđo ꝯseruabo effectꝰ seu virtutes cōpositoꝝ ac modū exhibēdi ea cōiora qbus plerūqꝫ vtunt̄ moderni: qđ sapiētes ſpſiꝫ voluminibꝰ ediderūt: ac vt potētiꝰ elucescāt effectꝰ cuiusꝫ cōpositi scribaꝫ ꝑmo cuilibet recepte que sunt bases in ea. Uerūtñ sciēdū est ꝙ pluralitas morborū necessitat iterdū iponi plures bases in cōposito: velut iponunt̄ anisi pro dissolōne ventositatū ac viscositatū: ⁊ saxifragia ꝓ lapide frāgendo in el'ario ducis: imittuntur qñqꝫ plura in cōbasim ꝑ vehemētiā morbi vt cōpositum potētiꝰ operet̄: ⁊ gume iponunt̄ in adriano in cōbasiꝫ cū piretro ꝯtra fortes ⁊ fridas passiones capitis: ⁊ aristologia ponit̄ in cōbasim cū hysopo ꝯtra exuberantiā flegmatis spūaliūm. Uerū ingēniati sunt sapientes varijs modis porrigere instrumentā nature prout inuitat necessitas de qbus sunt ciborū varietas ⁊ el'aria ꝯdita syrupi rob: ⁊ medicine eductiue velut sūt pill'e hiere trifere: vomici decoc. iniectiōes suppositoria nascalia: masticatiōes. gargarismata. dentifricia: allohoc: suffuf: ⁊ theriace opiate: trocisci: balnea embrocationes ⁊ fōmētationes: sinaspismata: suffumigationes: odorámēta sacellatiōes: empl'a: vnguēta: olea: linimēta: ⁊ alia manualis operatio quorū vsus ꝯmodiosior est effectū conseq cibis. ¶ Sciendū est ꝙ quedā sunt sine quorū ipositione nō subsequit̄ effectus formal'r ex cōposito vt in hieralogodiō in ellebori aut in hiera ex aloes obmissiōe: ⁊ sunt quoꝝ cōmistione deperit vis medicine. puta anacardi cōmisti theriace potētiā interimit trociscoruꝫ viperarū quorū effectu theriaca formaliꝰ operet̄. Igit̄ iterdū cōponitur medicamen quatenꝰ ex miscibilibus resultet vna virtꝰ coctio ⁊ facit meliorē modū. ¶ Etiā medicamē cōponitur interdū quatenꝰ eius potētia ꝑfectius faciat suā operationē: ꝓpter qđ sapiētes ꝯcorditer docuerūt associari zinzi cū turbith in attractiōe flegmatis subtilis: quatenꝰ incitet ⁊ vigoret operationē eiꝰ vt trahat plurimū flegma viscosuꝫ a remotis. In bñdicta ponit̄ diagridiū: vt incitet eius attractationē nō subita vtute flegmatis eductiua ⁊ in epithimo ponit̄ piper ⁊ cetera subtiliatiua vt incitēt eiꝰ operationē interdū dissoluēdo ⁊ sil'r reubarbaro bolus armenicus associat̄ ⁊ mumia vt ꝯstringat manationē sanguinis vndecūqꝫ. ¶ Etiā medicamē cōponit̄ aliqñ indeterminatū vnuꝫ aut plura respiciēs mēbra vt diligēter eius virtus ad mēbruꝫ idigens eius opatione deportet̄: vt cū volumꝰ purgare caput cū agarico felicitamus eiꝰ operationē ꝑmiscēdo cū eo nucē muscatā betonicā vel sticados. ⁊ cū querimus cū eo euacuare matricē aut ꝯductus vrinales cōmiscetur ei optime arthemisia vel diuretica nota. Et cū necessitamus educere cū eo ex iuncturis eius opatio viuificat̄ in ꝑmiscendo ei squillā zinzi. ⁊ assam fetidā ⁊ auxiliamur quādoqꝫ epar in ꝑmiscendo ei spicaꝫ aut endi. Sil'r idigemus qñqꝫ pliris qđ respicit caput stomachuꝫ ⁊ cor ꝓcipue si sit recēs. in lesione eniꝫ capitis admiscetur ei cōdecēter medicina directiua ad caput vt sunt nux muscata: betonica vel sticados ⁊ cū querimus cum eo ꝯfortare stomachū congrue admiscet̄ ei galāga vel mastix. ⁊ cū volumus cor confortare cū eo admiscet̄ ei crocus vel dat̄ cuꝫ decoctionibus corūdeꝫ. ¶ Etiā medicine cōponunt̄ interdū quatenus iniquitas alteriꝰ reprimat̄: vt associat̄ dragagantū ⁊ bdelliuꝫ aloe ne venarū apertione de intestinorū excoriatione faciat effluere sanguinē ac ne dissipet substātiā epatis. ¶ Etiā felicitamꝰ effectū medicinarū in ꝑmiscēdo eis nota que potētiā habeāt delatiuā: velut admiscetur crocus auro ⁊ argēto vt ea deferat ad cor que sua grauedine praue elabunt̄ ad secessuꝫ. Itē iponunt̄ in eis medicinis iter-

Instrame dicinalia.

dum que habēt virtutē delatiuā ⁊ vicinā ac indigestibilē
maxime in delegādis ad remota: vt ponit̄ in electuario du
cis ⁊ in diacucurma dragagātū quatenus sua conglutinosi
tate vehata vnita ad mēbra ꝓpagatiōis ne pereāt in vijs.
¶ Etiā medicamen cōponit̄ interduʒ quatenus remittat
excessuʒ miscibiliū ꝓpter qđ iponitur cāphora in electua-
rio pliris vel sandalus rubeus cōmodius vt alioruʒ miti-
get excessum caliditatis. ¶ Etiā necessitamur qn̄qʒ cōmi-
scere medicamina effectuū ꝯrioꝝ: vt in mictu sanguinis re
tinendo cogimur admiscere meatuū aperitiua ne sanguis
diruptus iducat perniciē: ⁊ in emitritheis necessitamur ad-
miscere digestiua cholere ⁊ flegmatis: ac in opil'one epatis
cōmiscent̄ cōdigne stiptica subtiliatiuis ac aperitiuis ne li
quefaciant subam teneram epatis vt rosas costū ⁊ apium.
¶ Etiā cōponitur medicamen interdū ꝑꝑ virtutes occul
tas qbus medicina specificat sibi morbuʒ vt centinodia ⁊
ceterach specificātes sibi mēbrū cauterisatū quocūqʒ cō-
miscet̄ cōdigne medicinis digestiuis humo. vlcerosi. Etiā
sicut agrimonia fistulosis ⁊ peonia romana curātibꝰ epile
psiam. ¶ Etiā medicine cōponunt̄ quatenus diutiꝰ ꝯser-
uent̄ aut vt sub dulcedine natura amplectat̄ amarū ⁊ oc-
cultū iuuatiuū. vt hieras ꝑꝑ quas vtplurimuʒ fermentat̄
cū melle vel ȥuccha. pestilētes aūt fermētāt electuaria ⁊ sy
rupos fridos vel tēperatos vt diarodon abbatis ⁊ syrupū
vel ȥuccharū violaceū vel cū ȥucchara rosacea qđ calidiꝰ
cū melle ex quo sumētes ledunt̄ vel pereunt forte: ꝓpala-
bo tn̄ cū pijs acuminibꝰ mellis amotionē infrigidationeʒ
ac humectationē ei aliqn̄ prout sapiētes aperuerūt: ⁊ est ac
cipere. x. ꝑtes aque dulcis fōtis ⁊ vnā mellis recētis dulcis
absqʒ acuitate: qđ ignis nō tetigit ⁊ coquat̄ lēto igne absqʒ
fumo in olla terrea cōtinue agitādo ⁊ dispumādo quousqʒ
perueniat ad spissitudinē syrupi quo loco ȥucchari species
vel syrupos potes ꝯficere: que ꝓpinare poteris vbi volue-
ris: ⁊ hoc ēt est meliꝰ cuʒ medicina hac egri pauperes rele
uant̄ cuʒ ȥuccharū habere nequeūt. ¶ Etiā cogit̄ medicꝰ
aliter ⁊ aliter ꝯficere medicamen ⁊ cōponere regionū ⁊ tē-
porū varietate. Naʒ eosdē effectꝰ ꝓducit diarodon cōstan
tini in anglia: quos diarodon abbatis in valentia: cū expe-
rientia magistra informauerit ingrentes veritatē ꝙ. ʒ. j. ele
mētate medicine alterātis in quarto gradu exhibita corpi
tꝑato mutat ipm sensibil'r ⁊. ʒ. j. ⁊. ℞. cōplexionate in 3° gra-
du ⁊. ʒ. ij. miste in 2° ⁊. ʒ. iij. cōposite in pmo consil'r imutāt
ipm sensibil'r ac etiā si cōparent in cōplexionatis hn̄tibus
nām manifestā nutriētis ꝙ facit in ipsis. ʒ. qđ in alijs. ʒ. vel
idē faciūt. ʒ. ij. mellis ca. ⁊ sic. in 2° in corpe tēperato qđ. ʒ. ij.
lacce calide ⁊ sic. in eodē: ⁊ idē. ʒ. ij. lactuce fri. ⁊ hu. in 2° qđ
ʒ. ij. lenticule aque fri. ⁊ hu: in eodē. sciat prudēter medicās
al'r: ⁊ al'r cōponere medicamina: ⁊ doses eorū simpliciū ac
cōpositorū augere vel diminuere penes dispōnes tēporū:
⁊ regionū: ⁊ morborū: ⁊ cōpl'onū velut si in regione ca. sit
dosis medicine. ʒ. j. in regione minꝰ ca. auget̄ pmo de. ℈. j.
deinde gradatī ascēdendo vsqʒ ad dupluʒ: ⁊ ꝯsil'r in alijs
nisi ea que medicant̄ vel operant̄ virtute stiptica vt quan
titas croci ⁊ fellis vipere iterficit ⁊ quātitas se. lēticule ex la
pide heȥar griseo seu valde viridi sumpta pulueriȥata li-
berat hominē potētissime ab omni veneno: qđ idē operat̄
vj. grana ordei sumpta ex smaragdo vehemētis viroris ac
suspensus supra stomachum confert dolori ipsius.

¶ De imutatione medicinarum. Cap. II.

Oleum

IMmutantur nascentia viribꝰ suis solū penes regionē: vt oleum sabinū italie cuʒ sit dulce lenitiuuʒ ac diaphoreticum qđ ex eo est in hispania vt hispalense est stipticū ⁊ exasperatiuū obtura-
tiuū meatuū: ac ingrossatiuū medicinarū: vel solū denegat

Persica
eis forte vitā vt citro ⁊ elephāti gallie: ⁊ poma: persica di-
Vinum
cta a ꝑsia: vbi ꝑus fuerūt repta sunt ibi necantia. que autē
apud nos crescūt: sunt suauia: ⁊ iocūda: ⁊ vinū cū sit ca. na
ture: natura loci infert ei vt sit frigidius corpe tēperato: vt
Caulis
vinū persicū: vel bononiense: cuʒ sit meatuū aperitiuū vel
subtiliatiuū solum infert ei vt sit eoruʒ opilatiuū vt dulce
quale reperit̄ aragonie. ¶ Itē differt penes solū vt caulis
crescēs in locis aridis: ⁊ siccis: est valde terrestris ⁊ stipti-
cus. crescēs aūt in loco ca. ⁊ hu. maxime argilloso est humi
Triticum
de nature ac solutiuus: qui cita coctione: digōne: ac ventris
Persica
solutione cōprobant̄ in valētinis maxime albis: ⁊ solū re-
peritur triticū mutare in siliginē sicut ariditas aeris tran-
substātiat ipsum in loliuʒ ꝑniciosum: ac ꝑsica crescentia in
loco irriguoso cōperta sunt inimicari dētibus ⁊ pulmoni.
que ꝟo crescunt in locis aridis ꝑcise sabulosis ꝯferunt cor
di ⁊ pulmoni nec dētibus obsunt. Itē differūt nascētia al'r.
Vitis
nā crescētia solo culto maxime dimisso sunt humidiora ac
ēt plante crescētes in montibus sunt virtutis potētioris ꝙ̄
crescētes in locis bassis ⁊ demissis. ¶ Rursus differūt cō-
plexionata penes artificiū culture: vt stercoriȥare viteʒ ꝓ-
ducit vinuʒ putrefactibile: qđ est cā fe. pu. ac apostematuʒ:
spūs hebetat: ⁊ ingrossat: neqʒ vires ꝯfortat. nec mirū: cum
in castella reperirē vinum in quo percipiebatur sensibil'r
odor stercoris: ⁊ post residentiā inueniebat̄ residētia ⁊ hy
postasis nigra fetida in eo ac imiscere calceʒ musto vel gi-
Malum granatum
psum efficit ipm sanguinis aut illorū humoruʒ vritiuum.
Ficus
Stercoriȥare malū granatum stercore porcino: ac irrigare
cū frigida aqua meliorat fructū eius. Itē ficus agrestis in-
serta in ficulnea domestica fecundat eā cito fructu vt Am
Palma
brosius dicit in exameron: ⁊ qđ mirabile est frondes ficul-
nee agrestis suspense in ficulnea domestica preseruat eius
fructū ne tabescat: ⁊ mirabiliꝰ refert eodē lib. vj. dierū: pal
ma femina inclinat ramos suos ⁊ se subijcit amplexus spe
ciē ꝑtendens palme maridactilogi quo munere post dies
velut modo ꝯfruitionis donata rursuʒ erigit̄: ac in natura-
lem statuʒ ramos ⁊ comā attollit: quare cultores vt vapor
masculi flatu ventorū tꝑe vernali dirigat̄ ad palmā femi-
nā suspendunt frondes masculi stipitibꝰ femine: quatenus
Saphyrus
sperma prolificū suscipiat ab eisdē. ¶ Itē dispositio loco-
rum regulata vel el'ata influentia orbis superioris alterat
etiā el'ata qualitatibus celestibus vt cōperta est ȥaphyrus
alicubi generata pma sui applicatione rūpere oculuʒ: cum
tn̄ optima saphyrus infra posita saliat in oculū ac hospite
tur in eius sinu absqʒ offensione de quo egredit̄ cuʒ sordi-
bus ipsius fuerit onerata. ¶ Ex supradictis cōtradictioni-
bus oritur diuersitas inter sapiētes super naturas comple-
xionatoruʒ. nā vnus ꝯm experientiā regionis quā inhabi
tat iudicat el'atum vnius effectus aut gradus: ⁊ alter alte-
rius propter que Gal'. medicū admonet ꝑexercitari ⁊ scire
quantū eleuet̄ dulcedo: amaritudo: aut alie potētie vniusꝯ
cuiusqʒ indiuidui atqʒ imutationes offerēdorum inume-
rabiles ac forte a sapiētibus iperceptibiles. medicus enim
eas discernere nequit: vtruʒ colloquintida vel squilla orta
fuerit sola: que valde est odiosa nature: nisi assertione colli
gētis: ac etiā cognoscētis iniquas sophisticationes venden
tium qbus plurimis ipsum felicitat in sanādo peritia ac fi
delitas apothecarij boni ⁊ pij. Cōpertum est etiaʒ ꝙ colly
rium suauiter dolorum mitigatiuū oculorū tritum ab apo
thecario induto veste quā die precedente indutus triuerat
viride eris imissum oculo patienteʒ cruciabat ⁊ aq̄ decoc.
capil. ve. collecti in cisterna in q̄ buffo submersus putrue-
rat potanti terribil'r syncopim iducebat. ⁊ palā ꝙ compo-
nunt in mōte pessulano succū ligritie ex amydo ⁊ medul-
laʒ cassiefi. quē vēdunt occidētalibus cunctis ad quā frau-
dē euitandā salubriter ponit̄ pro eo ligritia recens ⁊c.
¶ De

¶ De tempore colligendi medicinas. Cap. III.

Capillus ve.

Ministri prudētes ɔſiderāt attente tēpus opportunū colligēdi medicinas cū res penes tēpora maximā acgrant imutationē vt pȝ in capil. ve. q cuȝ ſint recētes mundificāt valde ſpūalia ac duct⁹ vrinales aperiēdo ⁊ fortificādo ventrēq; ſubducūt ⁊ deopilāt. q aūt ex eis ſunt ſicci obturāt meat⁹ ⁊ ɔſtringūt ⁊ ꝓbibent emiſſionē.

Lactuca

¶ Et de lactucis que cū ſint frigide ⁊ humide nāe ⁊ feruorē ſan. extinctiua ⁊ cholere ex quo frōdeſcit ɔuertit̄ in hūorem calidū ⁊ amaruȝ qui obeſt cholericis ⁊ ſupcalefactis.

Endiuia

¶ Et ſilr endiuia frondeſcēs aut eſtiua nā calefacti epatis: aut infridati confortatiua ſan. malū generat: q̄re quaſdam medicinas collige ex plātis: ⁊ quaſdā ex aialibus: ⁊ q̄ſdam ex mineris.

Medicine ex plātis.

¶ Ex plātis collige radices: frondes: fruct⁹: folia: ſuccos ſemina. ⁊ gumas. radices colligunt̄ vtplurimuȝ qn̄ folia cadūt. nā tēpus colligēdi cortices radicū eſule eſt ꝑncipiū veris ⁊ ſerpētarie eſt ꝑncipiū eſtatis: ⁊ ellebori eſt ver ⁊ eſtas. Frondes ſunt colligēde qn̄ ꝑuenerint ad perfectionē ſui augumēti anteq̄ amiſerint ꝓprium colorē: ⁊ folia ſilr: ⁊ flores ɔſilr plerūqȝ ſunt colligēdi poſt ſemiplenā expanſionē maxime cū eos exiccare volueris: ⁊ eadeȝ die ſoli expande obuoluēdo ⁊ cum marceſcūt ſeu fuerint ꝓpe exiccationē extrahant̄ folia de cauernulis ſuis: vt ꝑficiat̄ eorū exiccatio in vmbra in loco vētoſo q exiccati ſatis ſtricte in ſaccis in caſſis reſeruent̄. ⁊ nota ꝙ roſe creſcentes in montib⁹ ſunt magis odorifere q̄ creſcētes in locis cultis ⁊ demiſſis: ⁊ ſtiptitiores vt toletane. Fructus vō ſunt colligēdi qn̄ ſunt ꝑfecte maturati. ſ. aā diſpoſitionē ad caſum q ēt nō ſunt edēdi ante perfectā maturitatē in arbore aut in diuturna reſeruatione: moris exceptis que matura ſunt cibus aranearū quo vſu copioſe maxime in regionibus ca. ⁊ hu. febres putride ⁊ antraces ⁊ carbūculi ꝓcreant̄ niſi fortitudine nature venenoſitas expellat̄. Semina ēt ſunt colligēda cū venerint ad perfectā maturitatem. Quedā ſunt quorū frondes folia ⁊ flores ſimul reſeruant̄ vt origanuȝ hyſopus. ⁊ pulegiū que ſūt colligēda cū flores ꝓduxerint. Succi ſunt generalr colligēdi cū fructus a q̄bus extrahuntur ꝑuenerint ad cōplementū ſui augumēti. Hume vō ſūt colligēde duȝ adhuc ſunt humide ne areſcāt ⁊ ne reuertantur in puluerē.

Medicine ex aialib⁹.

¶ Que vō ſumunt̄ ex aialibus debēt ſumi vtplurimū ex aialibus iuuenib⁹ ſanis: ꝑcipue tꝑe veris. lapis enim electori⁹ ſitim ſedās guſtat⁹ ac tētus in ore victoriā ꝑſtans extrahit̄ a vētre galli anno octauo etatis ipſius poſtq̄ ſpado vixerit. iiij. annis. Sumit̄ ex aialibus qn̄qȝ tota ſuba velut colūbi maſculi ſylueſtres oblati cōperiunt̄ in ɔferre tremori mēbrorū paralyſi ac amiſſioni loquele: ⁊ talpe comeſte epilepſie ɔferunt. quorūdaȝ vō ſumunt̄ mēbra vt teſticuli caſtoris ɔferentes mēbris leſis humiditate inaturali: ⁊ epar lupi maſculi comeſtū: ɔfert epileptico: ⁊ lupe femine epileptice ɔfert: ⁊ caput leporis aſſum precipue cerebrū ipſi⁹ ɔfert tremori mēbrorū ac deperditiōi ſenſus ⁊ motus eorū. ⁊ cerebrū gallinarū comeſtū acuit intellectū. quare caput aſſerit̄ caſſare cecitatē. ſumit̄ vō pars quorūdam. vt caro thyri ſuppoſita morſure expellit venenū ipſi⁹. ⁊ pelles agnorū ɔfortāt corpora puerorū pelleſqȝ leporū ɔfortant corpora iuuenū ⁊ ſenuȝ. quorūdam vō ſumuntur ſupfluitates vt ſtercus ſiccū canis corrodētis oſſa: aut infantis comedētis panē furni cānor: ⁊ lupinos: ⁊ gallinas elixatas miſtas cū melle liniēdo guttur cū eo aut gargariçādo ⁊ tranſglutiēdo aliq̄d ex eo ɔfert ſquinātie ex flegmate mirabilr. ⁊ vrina ꝓpria data ſplenetico ex fri. cauſa ɔfert mirabilr ſicut vrina pueri ſeptēnis bibita cuȝ ſuo calore hydropico ɔfert.

Medicine ex minera libus.

¶ Ex mineralibus ſumit̄ vt gēme ⁊ mūdate quas nā mirabilis aut artifex erudit⁹ edotat interdū potētijs efficacib⁹ in ſculpādo in eis effigies ɔſtellationibus ɔgruis: vt alibi lati⁹ fertur: velut lapis quo hō tenēs ſerpētē extinctū manu dextra ⁊ caudā ipſi⁹ manu ſiniſtra inuenit̄ in ſculpturis nā vel arte liberat hominē a veneno ſumpto. ſunt ēt metalla velut ferrū limatū quod ꝓpinatū prudēter deponit limoſitates a ſupficie ſtōchi ⁊ inteſtinorū applicat̄ interdū earū ſupfluitas velut ſcoria eris cum arſenico melle ⁊ aceto aut rubigo ferri ſiue ſcoria ipſi⁹ ſubtiliter aut frixa frequēter cū aceto quouſqȝ ꝑueniat ad ſpiſſitudinē mellis inſtillata ca. in aurē ſaniē ipſi⁹ antiquā curat. ſumunt̄ etiā ex eis media inter lapides ⁊ metalla velut ſulphur incorporatū cū terbentina vel cū melle curat ſcabiem ex flegmate ſalſo aut excoriationē cutis ferēdo māȝ extra. felicitat etiā elemētata virib⁹ ſuis prudens miniſter ɔficiendo ea ɔſtellationibus ɔuenientibus.

¶ De loco repoſitionis medicinarum. Cap. IIII.

Locus repoſitionis ſiue ɔſeruationis medicinarū eſt diligēter attendēdus vt ſit tēperatus qualitatib⁹ ſuis cōpertum eſt ꝙ ptiſana que ꝑus iuuabat ſumētē poſtea vexabat ꝑceptibilr: q2 ɔfecta fuit ex ordeo reſeruato in loco ſubterraneo rheumatico vel ɔcluſo. Item nec ſit locus calidus aut ſicc⁹ aut hu. exceſſiue ne aeris intēperies reſoluat virtutē medicinarum vel inficiat medicinas quales ſunt domus flatib⁹ meridionalib⁹ oppoſite fumoſe puluerulēte aut locis paludoſis ſiue lutoſis vicine: q2 vaſa corio vel pelle cōmode ſtricte obturant̄. Itē caueat̄ ne res q̄litatū ɔtrariū ꝓxime reponant̄.

Medicie mutāt̄ ad oppoſitas q̄litates ꝑ vicinitateȝ vni⁹ ad alteram.

Vinum aquaticū est vinū sanissimū ⁊ cognoui medicum magne auctoritatis q nō vtebat̄ alio vino: ⁊ ꝓ ifirmis nō est melius. Nā fit cordiale ⁊ virtuale ex vino ⁊ aqua. amittitur enim de fumo vini ⁊ furore eius ꝑp aquam: ⁊ alteratur nāliter aque frigiditas ⁊ humiditas caliditate ⁊ siccitate vini: ⁊ remittitur caliditas vini ⁊ siccitas: frigiditate ⁊ humiditate aque: ita vt fiat res temperata et est cautela: ⁊ bulliat vnum cum altero prius vt melior fiat permistio: ⁊ sit aqua boni fontis: ⁊ in estimatione preuisum est apud vulgus: vt vinum potandum temperetur añq₃ ad mensam veniat: ⁊ error maximus magis est approbat⁹: maxime apud prelatos ⁊ dños: vt aqua vino cum bibere voluerint imponatur: ex quo cōturbatio ventositas ⁊ indigestio stomachi accidit. Et de auctoribus nō inueni nisi Alexandrum qui cauerit in hoc passu ⁊ cause impedimenti digestionis sunt sicut diuersitas assumptoꝝ pro eo ꝙ nequit vniuoca digestio celebrari. Cum autē qualitates que erant contrarie vino ⁊ aque facte sunt ⁊ permiste adinuicem: qa iam passa est aqua a vino ⁊ facta est remissior in sua frigiditate ⁊ humiditate ⁊ vinum caliditate ⁊ siccitate facta est res tēperata magis apta digestioni ⁊ icorporationi ⁊ ostensio ad oculum huius est: quia cuꝫ aqua vino miscetur in vitro: manifeste videtur fieri motus inter ea ⁊ ascensus vini ⁊ descensus aque tāq₃ contrarioꝛum repugnantium se adinuicem cōmisceri. Cum ꝟo aliquantulum steterit cessat ꝑmistio ⁊ quiescit: ⁊ tunc est tempus bibendi.

Vinū cuꝫ aq̄ bullire debet.

Vinū noviter aq̄tū vitupe ratur.

Vinum cui datur ois sapor ⁊ odor in momento: ⁊ est res curiosa: maxie pro curys ⁊ cōuiuys dñorum et regum qui volūt se ostendere habere mirabileꝫ diuersitatem vinoꝝ: et nihilominus preter ꝙ est ad honoreꝫ est etiā ad vtilitatē: qm̄ per hūc modū pōt effici vinū vnū ad multas res medicinales ꝰm virtutem rerū que sibi applicantur: etiaꝫ modus est breuis et talis. ponantur in aqua vitis que dicit̄ aqua ardēs seu aqua vite herba vel res seu species aromatice quecūq₃ per diem nālē et virtus illi⁹ rei incorporabitur. in ipsa aqua: et erit ibi sapor ⁊ odor illi⁹ et in illa aqua ponatur de vino bibendo ⁊ erit vinum in sapore ⁊ odore illius.

Cū aq̄ ardenti.

Vina laxatiua et mūdificātia sanguinē fiunt cum reb⁹ videlicet proprietatē hñtibus. Et vt sufficiat vnus modus probationis: bulliant in vino res purgantes cholaꝫ vel flegma vel meliam vel sanguinē mūdificantes ꝰm boni medici cōsiderationem: deinde addat̄ decoctioni colate et clarificate aliquid de melle vel çuccharo sicut opus fuerit: et sicut ꝯditio aut isaporositas rei reqrit ad delectatōeꝫ recipiētis: et posito aliquātulū de aromatiçātib⁹ in sacculo coletur sicut claretū et seruet̄ et recipiat̄ ꝓut opꝫ. Est eniꝫ medicus q ponit de turbith in vino sine igne ad solē p tres dies mouēdo phialā intus in qua est mistio et excorporat̄ virtus turbith in vino. Et si desipuerit ponatur de puluere çucchari et pōt administrari de illo podagricis de frigida: et multos iuuat seu liberat potenter: et sic quoq₃ de reubarbaro esula et ellebo ro: et silibus alys spēbus laxatiuis fieri possꝫ. Et certe modus iste ē valde curiosus et pulcher.

De laxatiuis ⁊ sanguinē mūdificātib⁹

Vinum qđ aufert vētositatē et aborsum a p̄gnante et ꝯseruat fetū vsq₃ ad tp̄s partus cū adiutorio dei. ℞. se. apy. mēthe sicce: ameos. añ. ʒ. j. masticis gariofil. cardamomi ro. rubee maio. añ. ʒ. j. cinamomi interioris castorei çedoarie hircos: n alio iris ilirice. añ. ℈. y. çucchari. lib. y. fiat ex eis claretum addito melle quantum placet et vtatur modicum ante cibum mane et sero. pōt etiam fieri electuarium de eisdem et est in sero dandum. ʒ. j. et cum bono vino imisce: et hoc mihi plus placet. hoc enim vinū confortat ligamēta et virtutē retētiuā adiuuat ad ferēdū onus

Prohibēs aborsum.

creature et sterilitatē pp vētositatē aut pp viscositateʒ aut frigiditatē vel humiditatē vel matricis supfluā humorositatē pp qđ spāl'r et frequēter culpa sterilitatis accidit.

Cōtra fluxum.

Vinum nobilissimum quod restringit fluxum ⁊ confortat stomachum fit de succo cydonioꝝ depurato ⁊ vino ⁊ aqua roš.

De absinthio.

Vinum absinthiatū lʒ sit grauis saporis: tñ est magni valoris in causis multꝭ. Et melior modus cōficiēdi est ꝙ ꝯtūdaẗ absinthiū viride vel siccuʒ ⁊ ponaẗ in colatorio ⁊ coleẗ vinū calidū vel frigidū sup ipm ⁊ coleẗ ⁊ itereẗ donec saporē recipiat ⁊ virtuteʒ ipsiꝰ ⁊ çuccharet siue mellificeẗ vt opʒ: ⁊ iste est melior modus: qm̄ eiꝰ virtus est ipēsa in supficie: vñ meliꝰ trahiẗ virtus eiꝰ p illū modū. Est aūt ꝯfectio ꝯ lūbricos ⁊ mineras putredinales flegmaticas: maxie latitātes in ꝯcauitatibꝰ corporis ⁊ locis occultꝭ dissoluit aperit ⁊ ꝯsumit: ⁊ hʒ cū h̄ ꝓprietatē ꝯfortādi locuʒ ne recipiat supfluitates ⁊ expulsiuam ꝙ exoneret se ab ea. Ideo qdā medicoꝝ medicus in oi plaga ignoto vitio vtebaẗ tali digestiuo in mā calida ⁊ frigida abstergit viscositatē que adheret p ꝯcauitatē fluxus: et ꝯfortat locuʒ ne refundaẗ ad illum humor et faciebat ex succo absinthy rosis boraginibꝰ scariolis vel ex coꝝūdē decoctione. Et dicebat ꝙ erat ꝯfectio mirabilis: et valet dcm̄ vinū ꝯ anathemasiʒ i. fumū stomachi: ꝯ opilationē splenis et epatis et icteritiaʒ: et valet ꝯ apoplexiā et extrahit loquelā illiꝰ occasiōe amissam: et ꝯ suffocationē pp fungos venenosos et ꝯ venenum: vsus enī eius visum clarificat: stomacho et epati subuenit: vrinā soluit et mēstrua purgat et laxat humorē crudum a vētre. Et est spāle remediū in his bibitis: puta cicuta iusqamo et opio et hꝰ narcoticis: et oibus venenis resistit: fumigiū de vino ipso p embotum ꝯfert surditati. et si vulnus ex eodē vino laueẗ nō ifistulaẗ nec crescit caro mala: et valet pruritui ex flegmate corrupto cuiꝰ signū est exitura pustularū albaꝝ molliū putredinaliū: et qñ ante capitur aliquoties anteq̄ꝫ itreẗ mare: nec patiẗ nauseā nec vomitū: et valet tpe epidimie et mutatiōe locoꝝ et ifirmoꝝ visitatiōe: qm̄ nō pmittit aerē ifectū nocere. Et qdā sunt q singulis tēporibꝰ veris sumunt de succo crudo cū bono vino ciphum ynum: et dicūt nō timere egritudines toto anno et p̄stat somnū: et puertit timores et dolores tollit: et mēbrū paralyticū stuphatū de vino decoctiōis huius hʒ maximum remediū et gargariçatū valet ꝯ tumorē ligue: et ad multas alias causas valet. Mirādū quoqꝫ ꝙ ſm Macroby traditiōeʒ tempus fuit in quo tm̄ excreuit fere apud oēs laus istiꝰ herbe ꝙ in signo presagy dabatur succus eius ad bibenduʒ illi qui preerat dux exercitus ad certanduʒ credentes debere propter hoc acquirere victoriam et saluteʒ quā semper conseruet deus inclyto regi: et nobis.

¶ Explicit tractatus de vinis.

¶ Incipit tractatus de aquis medicinalibus.

¶ De aqs et ptisanis facilitātibꝰ sputum. Cap. I.

SEd quia aquarū nonnullis est vsus in medicinis habēdus: de eis ideo aliq̄ sunt dicēda. Aquaꝝ auteʒ triplex est vsus dr̄ia: alia est laxatiua: alia est cōstrictiua: alia est alteratiua. sed laxatiua: alia laxatiua p supiora: et hoc sputo vl' vomitu. alia p inferiora vt p vrinā: et diuersimode dicunẗ: vel p seductionē que q̄si vsu frequentiori laxatiue dicūtur que dr̄ia indicat materiei positio: vt mā si sit ꝯtēta in trachea arteria ⁊ spūalibꝰ p sputū est educēda. et sic de alys. ¶ Ut g̊ per sputū mām educamꝰ ptisana simplici et cōposita vtimur: vnde simpliceʒ sic facimus:

Cōtra tussim ptisana.

mundamus ordeū hoc mō: prius pone in pilo et aque paꝝ supinfunde et bñ tunde: et iterū aquā supinfunde cū pistello: iteꝝ tūde sicut fit de auena donec cortex icipiat remoueri: et tūc extrahaẗ: et supra lintheuʒ expādaẗ: et ibi diu fricetur donec cortex ex toto separeẗ et cribelleẗ ordeū bñ mūdatū: ponimus. s. vnā partē ordei et. ix. aque: et facimꝰ bullire vsqꝫ ad medietatē: aly bulliūt vsqꝫ ad tertiā ptē: et postea colāt et tepidā dant: et hec valet ꝯstrictioni pectoris ex frigiditate et siccitate: et ad desiccationē arterie et ad tussim et ad asma et pleuresim et peripleumoniā. Si vētris cōstipatio adsit cū p̄dictis: qa nō audemus dare multum ad comedēdū: facimus cōpositā ptisanā sic. ponimus pruna ſm quātitatē ordei sicca vel humida cū illo ordeo: et facimus bullire simul et damus tepide et pruna comedere p̄cipimꝰ si de illis post tātā ebullitionē aliqd remāserit. Itē si predicta adsint. s. ventris ꝯstrictio vel tussis ponimus iniubas: et eodē mō facimus sicut de prunis: qa cali. sunt et hu. Si xͦo maior sit ꝯstrictiōis cā et tussis vehemētis et pleuresis et peripleumonie magis humi. facimus ponēdo dragagātuʒ. Uel si fuerit multū delicatus non facimus cū ordeo bulliri: tñ minus valet: sʒ ligata in petia bulliāt: et in colaturam bullimus ordeū: post colamus et tepide damus. Quidā testas limacis auferūt: et ipsas limaces faciūt bullire cuʒ ordeo et colatū tepidū dāt hoc multū subtiliat hu. iteriꝰ ⁊ subtilitates p sputū educit. Ab extra effusuʒ cutē subtiliat et lucidā reddit.

Ad facilitādū sputū in tussi.

¶ Itē facimus aliud ꝯ tussiʒ qñ nihil screaẗ: et ꝯ flegma viscosuʒ adherēs spūalibꝰ et pdest asmaticis ⁊ arteticis. ℞. hircos hysopū paꝝ de capiḷ. veñ. pruna iniubas sebestē et duplū de or. mund. et fac bullire vsqꝫ ad medietatē et cola et colature tali appone de oleo amygđ. ꝙ meliꝰ erit si habueris: si nō đ lacte amygđ. et tepidū deẗ. ¶ Itē ad idē. ℞. vuas passas caricas pineas hysopū hircos et paruʒ de melle dispumato et duplū de ordeo mundissimo: et bullita vsqꝫ ad medietatē cola et dabis tepide vel vinū cū ipsa ptisana tēperatū. Si xͦo frigidū reuma cuʒ p̄dicto afuerit loco aque pone vinū: et hoc vinū reuma frigidum ⁊ flegma viscosum in spūalibus adherēs potenter dissoluit. ¶ Item ad idem cum predicto et potenter expellit rheumata. ℞. folia cicamomi: folia lauri: hysopi et duplum de ordeo: et paruʒ mellis dispumati fac predicto modo et da tepidum. quantuʒ autem de predictis potandum sit relinquatur discretioni medici et qua hora et quoties dandum sit: quia ieiuno et post cibum. hec autem potest dari ꝙ non sit de diureticis aquis. Et hec de ptisanis sufficiant.

Ad facilitādū sputum.

Contra vitiū pectoris et materiā ꝯstipatā et inuiscatam in spūalibꝰ: vñ tussis et modica screatio fuerit. alias aq̄s facimꝰ: armoniacū puꝝ et bonuʒ dissoluimus in aq̄ bulliēte et colaturā tepidā in ieiuno damus: vel oximel detur in hyeme cum hꝰ aqua. in estate autē cuʒ syrupo acetoso. Amplius autē remollit supradictum ptisanū simplex super armoniacum feruidū fundatur: et in illo armoniacum dissoluatur: et hec colatura cuʒ oximelle vel cū syrupo acetoso detur. ¶ Iteʒ dragagātum gumi arabici liquiri. datur sicut p̄diximus: ⁊ eius succuʒ et hysopum facimus in aqua bullire et colamus: et huic colature addimus (vt aqua suauior sit ad accipienduʒ) çuccharum vel penidiam et damus tepidum. ¶ Item terimus semina citrulli melonis cucumeris cucur. et ista semina nūq̄ꝫ debent bulliri: qa vim perdūt suā. Illis tritis superfundimus aquā feruentissimā: vel qđ melius est ptisanā ca. et manibꝰ diu malaxamus: et p pānū tritū colamus colature quoqꝫ addimꝰ çucchaꝝ vel penidias: vt fiat suauis et tepidū damus. Si xͦo cū mā in spūalibus adsit sitis: et siccitas addimus seminibꝰ māꝫ diū vel amidū vel vtrūqꝫ. Hec autē aqua de seminib' ꝓcidiū subtiliat et attenuat: et spodium sitim tollit. vnde Gal. p̄cipimus p̄mo mām attenuare et attenuatā leuius expellere: quare

In p'pleumonia & pleuresi.

quare prius dãda est aq̃ de seminibus p̃dictis causa deinde alia. ¶ Itẽ cõtra cãm thoracis et pectoris et pregnãtium alijs aquis vtimur: maxime in asmate et contra vitiũ epatis: vt in peripleumonia & pleuresi frigida. ℞. frumentũ & dissolue in aq̃ tepida vt nõ sit multũ spissum: post parũ fac bullire: & tũc adde oleũ vel lac amygd. si habes & tepidum da: vel in spissa ptisana adde parũ de oleo amygd. vel lacte amygd. & ꝓpina. In his aũt oib⁹: vt sint saporosa: addimus penidiã vel çuccharũ. ¶ Itẽ si multũ sit debilis & non vereris fac decoq̃ pullũ vel gallinã iuuenẽ pinguẽ cuz ordeo puro tãdiu donec liquefiat: tũc tere pullũ cũ carnib⁹ & ossibus & de ptisano parũ ĩfunde: & tũc ꝑ pãnũ extorquẽdo cola & da: melius tñ ↄfortabit & minus timiduz erit de calore si aq̃ ro. cũ pullis terit̃ ĩfundat̃ & q̃si ĩcorporata & cõmista succositate ipsi⁹ pulli det̃: hoc valet ad ↄfortãdũ oẽs debilitates. ¶ Aliq̃n aũt ↄfortamus: & ap̃ata acuta laborantes in sp̃ualibus maturamus. ℞. micaz panis calidi fermẽtati bñ: liga in pãno subtili lineo & raro & ĩfunde ptisanam vel lac amygd. Vel si h̃ abominet̃ aquã tepidã manib⁹ malaxa & frica aquã desuꝑ ꝓyciendo donec tota suba panis cuz aqua exeat: & hãc aquã dabis si lac amygd. posueris vl' ptisanã pone tepidũ: & si recipe noluerit pone saltim frigiduz.

In asmate difficili

¶ Itẽ alia vtimur aq̃ quãdo vehemẽs est exacerbatio asmatis: & tãta ↄstrictio pectoris q̃ vix possunt expirare & defectu caloris nãlis & pulsus & saltus cordis dissoluamus parũ de musco in aq̃ ca. decoc. semi. basiliconis: & patiẽs recipiat ip̃m fumũ per embotũ: postea aquam ipsaz damus in potu. ¶ Si ṽo cũ asmate fuerit siccitas: vt in macilẽtis resoluimus muscũ in ptisana vel in decoctiõe dragagãti gumi arabici & bullimus & simil'r suffumigamus: post damus aquã in potu: valet ẽt maxie ↄtra asma pectoris. ¶ Solet etiã q̃dã spuma oriri in quercu & ibidẽ q̃dã esse foramen quasi cauteriũ: & inde aq̃ guttatim currit. Collige hãc aquaz in aliquo vase ibi suspẽso: & cũ aq̃ calida da in potu. ¶ Ad idẽ solet supuenire pullo eq̃ p̃ma die sue natiuitatis vel secũda sternutatio: & tũc proycit ꝑ nares q̃dã frustum carnis: hec seruat̃ & in medicinis recipit̃: & di' splen pultri vel pulli.

Splẽ pulli.

De hoc tali accipe aliquantulũ & pulueriça & pone in aq̃ cal'. & parũ fac bullire: vt aq̃ ĩcipiat q̃si ĩcorporãdo ĩspissari hãc talẽ aquã scias ↄferre pueris asmaticis in potu datã. ¶ Nota q̃ oẽs aque date ↄtra thoracẽ nõ debẽt cito deglutiri: sed in ore & in gutture q̃si gargariçatũ teneri.

¶ De aquis diureticis. Cap. II.

Dictum aũt est de aq̃s mãz ꝑ sputũ educentib⁹: nũc dicamus de aq̃s q̃ purgãt ꝑ seductionẽ & vrinã que diuretice dicunt. Harũ aũt alie dant̃ cõtra excessum caliditatis: alie ↄtra distẽperamentũ frigiditatis.

Ad caliditatẽ epatis & splenis.

¶ Cõtra caliditatis excessũz ipsi⁹ epatis vtimur q̃nq̃ aq̃s laxatiuis leuiorib⁹ hoc mõ. terimus se. citrulli melonis cucur. cucumeris: & tritis supinfundimus aquã calidã & manibus diu fricamus donec q̃si in lacteã subam vertat̃ & colaturã ieiuno mane & sero sil'r datur. Vel si sit delicat⁹ cũ syrupo acetoso vel cũ çuccharo dat̃. aliq̃n bulliunt semina & colaturã dant. Nos dicimus q̃ oĩa hec que virtutes habẽt debiles sicut p̃dicta semina bullita hec vel aliquo mõ a ꝓpria nã parũ vel nihil hñt effectus: ideoq̃ in multa q̃ntitate ponunt̃ & teri debẽt & nõ bulliri. hec aũt aq̃ ad plus duob⁹ diebus dz seruari. ¶ Itẽ ad idem radices scariole: & si eas nõ habes tolle cicoree apij vel radices: laua & ꝓiectis interiorib⁹ fustib⁹ tere bñ & addito se. marathri: cito fac bullire simul donec tertia ꝑs aque ↄsumat̃: tũc colaturaz appone ad serenũ & da ieiuno meridie & sero. Sil'r & ide tẽperamus vinũ q̃libz: vñ ꝑ delicatos ponimus in olla noua et suꝑ os pãnũ & desuꝑ pastã vel cretam & bullimus in furno pane mox extracto: vel in vase duplici donec tertia ꝑs aq̃ ↄsumatur: postq̃ fuerit colatũ ter vel q̃ter damus si opus fuerit. ¶ Itẽ ad calefactionẽ & tumorẽ splenis & opil'onem fortiori aq̃ vtimur. ℞. vtriusq̃ sandali capi. veñ. & epatice adiãtos politricũ linguã ceruí vel scolopẽdriã. hec oĩa trita bullimus: vt supra obturato vasis ore vel in duplici vase vel in furno & colatũ demus vel simpl'r vel admisto çuccharo vel syrupo: vel ẽt in ipsa decoctiõe fac syrupum: fortior ad idem erit aq̃ si oĩbus p̃dictis addamus rad. scariole marathri scolopẽdrie reubar. agrestis & fustib⁹ interioribus abiectis cũ p̃dictis terimus: & aq̃ bene cocta & colata toties: vt clara fiat simpl'r: vel cũ çucchara vel syrupo vel ip̃a aq̃ in syrupũ redacta in potu damus. nõ tñ in cibis: q̃a diuretica in cibis accepta potius ĩdigestionẽ stomachi operãtur.

Ad frigiditatẽ epatis & splenis.

¶ Cõtra frigiditatẽ epatis & tumorẽ splenis ex frigiditate ℞. asꝑagi: brusci: boraginis: marathri: arnoglosse: vel loco boraginis cicoreã pone iste rad. ablute interiorib⁹ fustibus abiectis terant̃ & bulliant̃. hec aq̃ bene colata: vt supradicta colet̃. det̃ simpl'r vel cũ syrupo vel çuccharo vel vino vl' si deest radix. ℞. semi. asparagi: brusci vtriusq̃ petrosilij seminis macedõici cõis & apij: marathri: dragagãti tere & fac bullire vt supra. Si autẽ fuerit delicatus liga trita semina in pãno & bullias: minorem autem habebit efficaciã: sed non tãtam molestiam saporis & illi colature addat̃ vt supra dictum est çucchara. q̃ si non habes saltim duas crustas panis habeas & vtere predicto. ¶ Utimur etiaz alijs fortioribus in opilationem splenis & epatis & sclirosim eorũdem & dolorem renuz ex frigida causa & mucillagie que in collo vesice colligitur & lapidem: vnde vrina solet impediri & cõtra pectinis dolorem & partiũ adiacentiũ. ℞. rad. saxifragie si sit recens in parua quantitate si sit sicca in maiori radi. paritarie cu. radi. pentaphylo. semi. ameos. se. granorum solis. radi. graminis. De his omnibus fac predicto modo vtere vt predictis. ¶ Aliter ad idem. ℞. chartami senationes aquaticas: & radi. attriplicis petrosel'. macedonici dauci & sireni: semi. leuistici. de his omnibus fac vt supra diximus. ¶ De alijs vel de vase duplici vel in furno si sit delicatus multũ adde modicum aque rosa. & da semꝑ cuz tepida: quia melius operabitur vel sanabitur vl' de ipsa facta in syrupo. iste enim poterunt seruari per plures dies: sz quotiescunq̃ dederis parum calefac. ¶ Contra enfrasiaz epatis splenis ex materia frigida: vnde generaliter generatur illa species icteritie que dicitur malãtiron vel aggregata pagasalitis. i. mutatio in plumbeum colorez vel pallidũ ℞. spicãnardi folij cinamomi: sileris montani ameos: parum de semi. leuistici hec terantur & in aqua bulliantur vt predicta: & bis vel ter cola simil'r vel cum vino vel syrupo ex ipso facto vel cum çuccharo dato valet multũ.

Ad opilatiões i vijs vrinalib⁹.

¶ Itez contra humorem in renibus vel alibi in vijs vrinalib⁹ frigidum & viscosum inherentez: vnde vrina solet impediri & contra lapidem in renibus vel vesica cõtentum. ℞. grana solis in multa quantitate & tere & tritis superinfunde aquã calidam & diu contractaz manibus: & hanc aquam colataz propina predicta confert beneficia: & maxime pueris qui violentiam medicaminis ferre nõ possunt. ¶ Itez ad idẽ ℞. seminis vrtice maioris: & fac inde vt de granis solis diximus & similiter pueris valet.

Ad enfraxiz epatis et splenis et rugitũ &c.

¶ Item vtimur alia aqua ad enfraxim epatis & splenis ex frigida causa & cõtra rugitum & ventositatem intestinoruz ex eadem causa & confortandum debilitatem epatis & stomachi digestiue virtutis ꝓpter frigiditatem. ℞. seminis basiliconis: amomi: & masticis anheti carui. añ. hec omnia trita fac bullire in aqua: vt de alijs prediximus & eodem modo damus: vel ipsam bene tritaz pone in sacculo & fac bullire: non autem certam metam in talibus possumus dicere: sed medici arbitrio ad

disponēdum relinquimus;iste autē discretus sit:⁊ alia medicamina ſm materiam egrotātis aptabit.Aliter autē delicatis medicinam abhorrētibus quedam dulcia apponendo ad austeritatem ⁊ abominationez mitigandam.Rusticis vero ⁊ fortibus ad quaslibet oblationes se bene habētibus cum tota substātia tollitur:⁊ similiter predictā aquaz da in potu.Reliqua aqua melius operabitur si postq̄ȝ colata fuerit ei modicuȝ mellis dispumati ⁊ bulliti fuerit additum ⁊ hoc cōmistum:iterum super ignem positum vnaz vndam faciat.¶ Ad idem.℞.rad.pentaphylon.semi.marathri:anisi:anheti:apij:masticis:⁊ par ǒ se.coriādri ⁊ fac. silr de p̄dictis.Et hec de aq̄s diureticis dicta sufficiant.

¶ De aquis p secessum purgantibus. Cap.III.

De sene.

Dicamus de aquis que per seductionem purgant quā facies sic ℞.sene in pōdere.ʒ.ij.⁊ ebulliat in aqua:hec aqua sit ter vel quater colata:quia colore suo nigro horribilitatem egro presentaret: adde paruim çucchare vel mellis vel aliquid tale ⁊ tepidum ꝓpina in loco obscuro ⁊ in vase non radioso.Si vero sit delicatus fiat de aqua rosata:minoris tamē efficacie erit:ȝ suauior.melius tamē operabitur si secum in decoc.radix boraginis trita addatur.Debet autem medicus ꝓuidus esse: ⁊ hic ⁊ vbiq̄ȝ vbi sit fortis medicina danda:⁊ si ſm alteraz suī qualitatem sit necesse ⁊ nociue malitiā aliquo mō sciat mitigare.hoc ideo dico:qa cum sene obtineat excessuȝ siccitatis si corpori consumpto extenuato adhibeatur ne amplius attenuando ⁊ exiccando attenuet ⁊ debilitet in siccitate:vnde amborum cōmistione est reprimendum:vt prunorum passularuȝ liquiritie:hoc ideȝ dicemus de alijs violentibus:vt componendo ſm genus suum vt dictū est.Supradicta autem aq̄ valet quartanarijs ex nāli melācholia ⁊ cōtra phātasticos somnos ⁊ nocturnos terrores prodest melācholicis frigidis ⁊ suturis.¶ Item vtimur alia aq̄ nō ad idem:sed eodē mō purgāte.purgat eni flegma viscosuȝ in stōcho ⁊ intestinis adherēs.℞.polipodij.ʒ.ij.⁊ si viride ʒ.j.⁊.ß.laua fortiter tere ⁊ diu bullias in aq̄ ⁊ cola ter ⁊ colature adde çuccharum vel mel ⁊ da tepiduȝ ieiuno corpori:sed meliꝰ est repletus:qa cū soleat purgare que in stōcho repleto ꝯtineātur precipue que in itestinis videbātur purgare que in stōcho repleto continentur postq̄ȝ assumpserit hāc aquā da statim frigidā vt melius ducat.Et qa polipodiū solet generare tortiones ex grossa vētositate:⁊ ideo supponēdū est aliqd exclusiuū ventositatis vt anisum ⁊ marathrū.se.cymini ⁊ cū polipodio bulliāt.¶ Itē aliā aquā laxatiuā fac que valet ad purgandū dur ⁊ viscosum ⁊ quotidianarijs ⁊ hidrop̄.℞.radi.ebuli bene tritas abiectis fustibus interioribus.bullimus in aqua.hāc aquam colataȝ damus ieiuno simplr vel admisto çucchAro vel melle:si delicatus fuerit fiat cum aqua ro.¶ Item fiat de elleboro al. quia niger parum ducit aquā laxatiuam sic facimus si fuerit virid.ʒ.iij.ponimus in aq̄ tepida ⁊ dimittimus nec facimus bullire ne de substātia aliqd dissoluatur ⁊ nimis violēter ⁊ periculose duceret post duos vel post tres dies hāc aquā tepidā cuȝ çucchAro vel aliquo dulci ꝓpinamus. Si vero siccus fuerit elleborus.facimus bullire:⁊ de ipsa ponimus plus parū ⁊ p̄dictā aquā tepidā p̄dicto mō damus:p̄cipio vt radix raphani ꝑforet̄ cū subula ⁊ intus frustū ellebori ponamus quasi filuȝ ⁊ p aliquos dies sic dimittat̄:postea proiecto elleboro raphanus ad comedendū det̄.Nota ꝙ hꝰ aque non sunt dande nisi in magnis passionibꝰ:vt in epilepsia:paralysi:⁊ peripleumonia.¶ Iteȝ.℞.diagredij quasi.ʒ.ß.teras non multum subtilr:qa facere solet dysenterias excoriādo intestina si fuerit subtilr puluericatuȝ sed aliqualr in grossis ꝑtibꝰ tere:⁊ ad eius maliciā rep̄mē-

De radice ebuli.

De ellebo ro albo.

De diagri dio.

dam adde masticis:⁊ vt saporosiꝰ fiat.adde par de amido vel çucchAro.Et ad exclusionez vētositatis marathri anisi vel cymini hec oīa parata cū aq̄ in cucurb.in modū aq̄ ro. huic aque iter adde mellis vel çucchari ⁊ tepidā in ieiuno da:qa aliter torsionē facere ꝯsueuit:⁊ hāc per aliquos dies poteris conseruare.¶ Itē.℞.medianū corticē sambuci et tritū fac bullire in aq̄:⁊ hāc colaturā dabis addito mellevl çucchAro.hec purgat vehemēter flegma ⁊ hydropisiȝ:⁊ qꝛ nimis cal.est in hyeme:⁊ nō in estate dāda est.de h̄ dicunt qdā ꝙ si cortex vsus iferiora trahat̄ ducit inferius si vsus supiora supius.eodē mō facias de radice tapsie.sed qa tenet potius vicez vomitus:ideo in estate magis est dandus. ¶ Itē.℞.assar baccar si viride fuerit lib.j.tere ⁊ bullias diu in aq̄:huic colature adde aliqd dulce ad maliciā saporis reprimēdā.Si vero fuerit sicca.℞.lib.j.⁊.ß.⁊ fac eodem mō:sed diutius bulliat h̄ aqua potius dāda est estiuo tēpore purgat chol.⁊ flegma exn̄s in ore stomachi p vomituȝ. ¶ Itē ad illos q virtutē hn̄t debilem.℞.se.rape in multa q̄ȝtitate.se.raphani ⁊ attriplicis,tere bn̄ ⁊ supinfunde aquā ca.⁊ diu manibꝰ malaxa ⁊ cola.⁊ tūc aliquo dulci admisto vel syrupo acetoso dabis:¶ Itē alia aq̄ laxatiua vtimur q̄ purgat chol.vn̄ ꝯfert tertianarijs ⁊ de chol.laborātibꝰ.℞. lib.ij.de se.myrthe tere ⁊ tritis supinfunde aquā cal.⁊ cum cal.diu tere cū pistello donec bene dissoluatur cola ⁊ adde aliud dulce:⁊ iteruȝ cola ⁊ adde parū aque ca.vel de benedicta ⁊ da in ieiuno.Si vero delicatus fuerit sic fiat in aqua rof.sed qa hec ⁊ quilibet vomitus est medicina violenta ⁊ periculosa qua mouēdo laborāt sp̄ūalia:ideo ipsius corporis dispositio non est negligenda.Si enī ꝯstrictio pectoris vel asma vel tussis adsit valida non est tutum ne forte subsequatur suffocatio.¶ Iteȝ alia que chol.purgat ⁊ flegma superius ⁊ inferius.℞.esule rad.virides quasi vnc.j.⁊ qa solet facere vētositatē ⁊ tortionē adde masticem.se.marathri ⁊ bullias in aqua.hāc colaturā addito aliquo dulci da: vt p̄dictā.vel pone de pul.ad pōdus triuȝ vel q̄tuor denariorū additis pulueribus aliar specier cōfortatiuar ⁊ posito brodio galline vel alia ꝓpria:⁊ qa esula est quoddā genus tithymalli ⁊ minus violenter ducit minus cū alijs generibus q̄ȝ medici magis hanc consueuerūt.¶ Idem etiā fieri potest de rad.cuiuslibet tithymalli:ȝ in minori quātitate de illa dabis supradictis adiunctis.

De corti ce sambuci ⁊ tapsie

De assaro

De se.rape ⁊ raphani atriplicis

De semie myrte.

De esula.

¶ De aquis constrictiuis. Cap.IIII.

Dictum est de aquis laxatiuis restat dicere de constrictiuis.His autē vtimur quādoq̄ȝ simplicibꝰ cū mā est pauca ⁊ ibi pauca ponuntur:⁊ qn̄q̄ȝ cōposita quibꝰ multa ponuntur.Itē eisdem vtimur tā ꝯ fluxum ventris ex multitudine q̄ȝ ꝯ debilitatē mēbror ⁊ contra diaphoresim.¶ Cōtra fluxū vētris ex debilitate membror assumpta retine nec initiuȝ nec sibi in corpore valētium:⁊ ēt cōtra eādē.debilitatē ex calore vtimur aqua rof. dando eā simplicem in potu:vel cū vino que quandoq̄ȝ in fornace cum vētosa iterdū aqua feruēte supinfusa vase repleto rosis fit.Hec aūt maioris est efficacie ⁊ apparet:nam ideo odorifera:qa plus de suba rof.dissoluit̄ q̄ȝ ibi:qa ibi sola fumositas.qūo autez hoc fiat:⁊ qūo oēs possint saluari alibi dictum est sufficiēter.Cū hac aqua solemus apponere mel rof.apponēdo duas ꝑtes aque ro.⁊ vnaz mellis: ⁊ si cito vis facere pone vnam partem aque ⁊ duas partes mellis:⁊ coque vsq̄ȝ ad consumptionē aque ꝙ sic cognoscitur:pone vnam guttā mellis bulliti supra lapidē:⁊ si adhereat coctum est.Si vero videas hic aliquid aquositatis iterum exigit bulliri.Nota ꝙ vtraq̄ȝ predictaruȝ aquar maioris est efficacie si loco aque ponas aquā pluuialē.Contra diariam ⁊ lienteriam.℞.fabas fractas fac decoqui valde in aqua

De aqua rosa.

De fabis.

in aq̄ pluuiali ⁊ ponātur in parapside ⁊ sinapiẓent pul. co
ralli al. ⁊ rubei ⁊ comedat patiens: ꝓbatum est. Nota ꝙ cō

De gariofilis.

stringētia debent assari. ¶ Item ↄ fluxum ex medicina re
cepta in eiectione cibi ex eisdem vel alia cā. ℞. aquā predi
ctam ⁊ imple vas vitreum ⁊ pone intus qnꝫ vel septē gra
na gariofi. vel de semine basiliconis ⁊ obtura os roꝛe mari
no ⁊ bullire facias super cineres calefactos hāc dimitte in
frigidari ⁊ fumo prius accepto aq̄ calefacta prius ꝓpinet
in predictum casum erit remedium vnicū. Item in hac ea
dem aq̄ bullimus carnem ⁊ damus accipiēti qui cibū rey

De mastice.

cit. ¶ Item aquā ↄstrictiuā sic facimus: pone masticis gu
mi arabici torrefacti sup testam calefactā donec icipiat ru
bere. post fac bullire in aq̄ pluuiali: ⁊ hanc aquaꝫ cola ⁊ da
predictā colaturam. Nota ꝙ omne qđ ↄstringit forti⁹ opa

De myrto

bitur si aliꝗ̄tuluꝫ assatū ⁊ desiccatū fuerit. ¶ Item ad idē
alr̄. ℞. floꝝ myrti ⁊ pone in cucurbita: ⁊ parum aque plu
uialis magis erit ↄfortatiua si aquaꝫ rosa. loco ipsius aque
apposueris ⁊ fac ad modū aque rosa. hec aqua simplex vel
cum vino vel cum syrupo valet contra fluxum ex debilita
te membroꝝ ⁊ laborantibus cardiaca ⁊ cordis defectu qui
vix possunt se sustinere vt prediximus exhibita vel faciei
superaspersa: ⁊ etiam ↄtra diaphoresim que fit ex poroꝛuꝫ
apertione ⁊ raritate cutis: ⁊ ꝓpter humo. multitudinē intus

De rubo.

habitantiū: ⁊ etiā cute extra suꝑfusa. ¶ Item accipe teneri
tates rubi vel sentis ⁊ spine al. ⁊ prius trita: fac bullire in aq̄
pluuiali: ⁊ in hac aqua fac bullire frumētum valꝫ emoptoi
cis ꝗ spuūt vel euomūt sang. ⁊ h̄ aqua silr̄ cum syrupo data

De ros. gumi ar. ⁊ mastice.

ↄ fluxum prodest. ¶ Item alio mō facimus. ℞. ros. gumi
arabici masticis hec duo assata: paꝝ supra tegulam calidaꝫ
vt ꝑdiximus: ponamus in vase in aqua pluuiali ⁊ bolū inte
gruꝫ: qꝛ tritū reddūt aquā q̄si rubeā ⁊ visui quasi abomina
bilem. hec obturato oꝛe vasis pasta vel creta bullimus in
furno vel duplici vase: ⁊ hanc colaturā damus ꝑdicto mō:
hec aqua optime fluxū ventris constringit: sed medicus ibi
dꝫ esse intentus ⁊ discretus. Si n. affuerit torsio cū fluxu cū
ista frigida: nec tñ̄ ↄstringunt torsionē: imo augumētant: qꝛ
frigida sunt: ideo aliqua ponunt̄ ↄtra ventositateꝫ vt anisuꝫ
⁊ se. marathri. Iteꝫ cū dicimus hec vel illa valēt ↄtra fluxū
ventris semꝑ intelligit̄ fluxum ex debilitate vel ante medi
cinā vel post. Constrictione fluxus ꝗ ex multitudine hu. fit
nunꝗ̄ debemus insistere nisi forte virtus patientis sit debi
lis: vnde ipotens est euacuationē sustinere: sed sustinemus

De folijs querc⁹ cū alijs.

hu. euacuatoꝝ abundantes. ¶ Item aquā ↄstrictiuam nō
ad potādum: sed ad fomentādū facimus: bullimus diu coꝛ
tices quercus virides vel siccas in aq̄ pluuiali vel salmati
na vitreolum ⁊ gallas asymas ⁊ fructus ⁊ siꝫapini que est
q̄si parua pinus ⁊ hꝫ aque prius fumū recipiat ꝑ iferioꝛa:
deide in ipsa aqua sedeat: talis ēt fomētatio etiaꝫ ani exitū

De mespilo ⁊ cortice castanee.

emendat ⁊ fluxum constringit. ¶ Iteꝫ corticis mespili ar
boris ⁊ corticis fructus castanee non arboris neꝗ̄ illum ꝗ
hꝫ acuales pungitiuas: sꝫ iterioꝛē ꝗ semꝑ adheret nucleo: ⁊
illum lenē corticē ꝗ vulgariter dicitur suber: hec oīa bulli
mus in aq̄ pluuiali vel salsa: deinde ꝓiectis corticibus i aq̄

De ros. fenugrec. ⁊ myrto.

hac fomentat̄. mirabiliter ↄstringit ab iferioꝛibus. ¶ Iteꝫ
silr̄ bullimus rosas fenugrecū cymas myrti oꝛdeuꝫ mūdū
istiusmodi fomentatio aque valet ↄ tenasmonem de co. qñ
ↄtingit aliquē ire supra sellā acuitate co. mordicat itestina:
non in habentibus q̄ntitatē: sed modicū est qđ assellat hanc
curā adhibemus pueris sic qñꝗ̄ dysenteria laborantibus:

De iunipero cū alijs

⁊ illis ꝗ non pñt medicinā accipere per os. ¶ Item ad fo
mentū de frigido hu. contra causam. ℞. folia iuniperi cum
fructibus: qꝛ sic melius operat̄: ⁊ paꝝ de folys lauri ⁊ paꝝ
pulegy ⁊ paꝝ de folys roſ. aly ponunt cardum benedictū:

De cortic. gládiū.

hec oīa bulliāt in aqua pluuiali vel marina: postea fumum
recipiat deide aqua suꝑsedeat diu. ¶ Ad idē aliud. ℞. coꝛ
ticis glādium ⁊ maloꝝ granatoꝝ ⁊ simphite. i. cō solide ma
ioꝛis ⁊ veteres soleas diutissime bullire facias in aq̄ ꝑdi
cta ⁊ modo predicto fac fomentū. Aly ponunt olibanū hoc
tale constringit fluxum: ⁊ exitum ani emendat: morboꝛum
multitudinē sedat si nō ↄtingat ex abūdātia. sanguināti. n.
necesse est euacuatio ꝑ flōmiā vel alio modo: sꝫ si eius liq
ditate vel subtilitate vel meatuū elargatiōe fiat prodest.

¶ De aquis alteratiuis. Cap. V.

Dixi triplicem esse dr̄iam ↄstrictiua
rū ⁊ laxatiuaꝝ de q
bus satis dictū est: ⁊ alteratiuaꝝ qb⁹ nūc isisti
mus. ¶ Itē istis qñꝗ̄ vtimur ↄ distēperātiā
caliditatis vt in acutis ⁊ in ꝑacutis qñ. s. caloꝛ
est ipetuosus ⁊ sitis imoderata iusta preceptuꝫ Gal. habe

De aqua niuis.

mus vas spatiosum ⁊ limpidum aqua plenuꝫ frigidissima
⁊ ꝓpinamus egro: vt frigidioꝛ sit niuē vel glaciē ꝑcipimus
dissolui in ea ⁊ damus. ¶ Aliter facimus: accipim⁹ psilliuꝫ

De psillio

⁊ ponimus in aqua ⁊ mouemus vas concutiēdo vt qđ est
in fundo sursum ascendat: ⁊ ecōtrario ⁊ psillium qđ suꝑna
tat ꝓycimus: qꝛ si aliqua medulla est ⁊ aliam aquā ponim⁹
prioꝛi proiecta hāc damus aquā cum tota suba psilly que
remanet in fundo vel simplex vel admisto syrupo viol. si
ventres mouere vis: vel rob. i. syrupū rosa: si vis magis cō
fortare loco aque simplicis pone aquā rosa. cuꝫ psillio nec
debes expectare donec viscosa fiat aqua: sed statim in tota
substantia psilly data. Item est in hoc necesse medici cau
tela ne si forte laborat pectoris strictura vel tussi vel asma
te non presumat illam aquā dare: ⁊ si improuide dederit ꝓ
uideat statim vomitū prouocare. Si vo psillium desit po
ne loco ipsius portulacā vel se. cydonioꝝ eiectis ꝑmo corti
cibus: ⁊ si sub lingua tenuerit non excoriet̄ ⁊ nō trāsglutiat
⁊ ꝑsunt. ¶ Item alia aq̄ ↄtra siccitatem epatis ex sola cali

Ad caliditatē ⁊ siccitatē epaꝫ.

ditate siue humore se. portulace berberis vtriusꝗ̄ sandali
herbā epaticaꝫ: hec prius contrita bullita ⁊ colata vel sim
pliciter vel cū vino da. Si vinū conceditur: tunc fac hanc
aquā in duplici vase ad moduꝫ aque roſ. ¶ Contra modi

Ad excessuꝫ frigiditatis.

cum excessum frigiditatis vel flegmatis. ℞. seminis anisi:
marathri: cymini: masticis: bullimus in aqua: vel si delica
tus fuerit ponimus in sacculo hāc aquā colatā damus cali
dioꝛem q̄ꝫ possumus: qꝛ debilioꝛes habent virtutes que ibi
ponuntur: vt melius operent̄ damus: sic calidā simplr̄ vel
cum vino: ⁊ talis est ↄ in digestionē stomachi ex parua fri
giditate: frequentem eructuationē ⁊ ventositatem ⁊ rugitū
intestinorum. hec aūt aqua oblata feruentissima pōt acci
pi. Confert surgentibus ab egritudine ⁊ laborātibus ex in
digestione post accepta cibaria: ⁊ tunc data frequens dige
stionem confortat. Si vo sit magnus frigiditatis excessus
cinamomum masticis macis: nuci smuscate qnꝗ̄ vel sex ga
riofil. simul facimus bullire: ⁊ hanc aquā damus ad cōfoꝛ
tationem digestionis ⁊ doloꝛem stomachi ⁊ matricis ex fri
giditate. ide est ꝙ medicina sequitur medicinam apoꝫima
tis: qꝛ triferam magnā solemus dare cum apoꝫimate con
tra doloꝛem stomachi ⁊ matricis ex frigiditate. ¶ Aliam

Ad excessuꝫ humiditatis.

aquā facimus ↄ excessum humiditatis pulegiū folia lauri
ros marinus: roſ. bullias in aqua marina: ⁊ cū ista fomenta
caput rheumaticū: qđ vue lapsum ⁊ cruoꝛem constringit.
¶ Item ↄ inflationē pedum ex rheumate a superioꝛibus

Ad tumores pedū.

ad inferioꝛa vel longo tumoꝛe vel longo itinere laborātib⁹
bullias cinerē in aq̄ marina: ⁊ cuꝫ tali fomentamus pedes.
¶ Item ↄtra inflationē pedum ex hydropisi vel ex lōga
egritudine precedente bullimus tribulos marinos in aqua
marina: ⁊ cum tali fomentamus pedes: ⁊ in fomētando da
mus amidum de frumento vel de oꝛdeo: qꝛ fit sic de oꝛdeo
sicut de frumento ↄditum damus cū lacte amygđ. vel cum
aliquo tali ⁊ rheuma ↄstringit ⁊ tracheam arteriam lenit.

Ad tussiʒ ⁊ rheuma

Ad malā cōplexionem siccam.

¶ Item ɔtra rheuma ⁊ tussim ex rheumate laudanuʒ oli/
banū masticē ⁊ rosꝫ. bullias in aqua pluuiali ⁊ hꝰ fumū reci
piat prius: postea caput ⁊ pedes fomētet. ¶ Contra malā
cōplexionem siccam vtimur diureticis: quaꝝ quedam per
os recipiūtur: vt ptisanum tam simplex ꝙ̄ cōpositum. Qui
busdā vtimur fumigando ⁊ fomentādo. ℞. ergo se. malue
papaueris al. portulace bullias in aqua simplici. pmo p na
res fumū recipiat: post caput pedes lauet: deinde sibi a fri/
gore caueat: ⁊ hoc generalr̄ precipimus post qualʒ fomen/
tationem ⁊ suffumigationem. Si autem a frigore tāgerent̄
essent nouissima peiora: hoc tale contra siccitatem cerebri
valet: ⁊ ad mentis alienationem ⁊ vigiliarum instantias ex
eadem causa. ¶ Ad idem bullias in aqua cōmuni maluas
⁊ sūmitates papaueris herbam viol. ⁊ cum ista suffumiga:
vt prius dictuʒ est. ¶ Nota ꝙ quotiescunqꝫ volueris dare
ptisanum simplex vel compositum caue ne laborent fluxu
ventris nec stomachi frigiditate possumus enim fluxū ex
frigiditate augumentare: purgant eni ista senes: stomachū:
cum pectore renes.

¶ Sufficiant hec dicta de aquis laxatiuis constrictiuis ⁊ al
teratiuis que dicta sūt a magr̄o Arnaldo de villa noua.

¶ Incipit liber de ornatu mulierum.

Qvando vult dn̄a corpꝰ suū depura/
re ab oī sorditie itret pmitꝰ
balneū: sed non nimis calm̄: qꝛ cōbureret̄
sup̄ficies corꝫ ⁊ fierēt inde bardi ⁊ pustu/
le in facie vel in alijs ptibꝰ. deinde intus in
balneo remoueat cū psilotro sup̄fluos pi/
los vbicūqꝫ sint p hūc modū. ℞. pulueris
calcis viue. ʒ. iiij. aurip. ʒ. j. cymini. ʒ. j. isti tres pulueres po/
nant̄ i q̄dā olla noua pua in q̄ sit aq̄ feruēs ⁊ bulliat̄ paꝝ
totū mouēdo cū ligno ⁊ remoueat̄ ab igne ⁊ ponat̄ aliquā/
tulum de cinere. Signa decoctiōis sūt si mittit̄ pluma gal/
line intus depilat̄. Vngat̄ locus pilosus. ⁊ post paucā horā
cū manu remoueat̄: deide vngat̄ locus cum furfure remol
lito in aq̄ ca. vt locus nō excoriet̄ ⁊ furfur sit inuolutum in
pāno lineo qn̄ remolliet̄. ¶ Fit alio modo psilotrum. tere
oēs sup̄dictos pulueres in pāno lato vel sacculo ⁊ in aquaʒ
bullientē pone ⁊ dimitte bullire donec coctū sit eadē pba/
tione decoctiōis: ex illa aq̄ vngat̄ locus pilosus. ¶ Fit alio
modo mirabilr̄: qꝛ remouet ab oibꝰ locis pilos. Accipiant̄
tres ptes aque in q̄dā scutella terrea ⁊ q̄tuor de calce viua
⁊ totū stet per tres dies ⁊ colet̄ ⁊ in colatura ponant̄ iteruʒ
vj. ptes calcis viue: deide ponat̄ ad solem cū. vj. vel. vij. pti
bus auripigmenti: ⁊ si nimis spissum fuerit ponatur aq̄: ⁊ si
nimis claꝝ calx ⁊ auripigmētū decoctiōis vt supra. ¶ Psi
lotrū ad remouēdū pilos de facie ⁊ coriū attenuādum ⁊ re
mouendū corium maculosum ⁊ pānosum ⁊ ad faciendum
pulchruʒ colorē. ℞. succum folioꝝ cucumeris agrestis lac
amygda. ama. aā. lib. ß. ⁊ bulliāt cum auripigmento ⁊ calce
ad ignem: postea ponat̄ ibi paꝝ de galbano remollito per
diem ⁊ noctem in vino puro ⁊ sil coquat̄. hoc bn̄ decocto
suba galbani remoueat̄ ⁊ ponat̄ oleum ro. vel viol. Signa
decoctionis sūt vt supra. si forte nō fuerit satis ponat̄ calx
⁊ auripigmentuʒ ⁊ cōmisceat̄ paꝝ de pul. cutis masticis ⁊
classis rosꝫ. cymini: gariof. nucis musca. qꝛ p ɔmistionē ista/
rū spēꝝ aliq̄ntulum redolet. Cum igit̄ aliq̄ dn̄a ex hoc psi/
lotro se inunxerit sedeat in stupha nō multum ca. ⁊ nō mul
tum fricet se: qꝛ membra fricata qn̄qꝫ scoriant̄ cū p aliquā
horam sederit extrahe pilos: tentes si leuiter cadant faciat
aquā tepidam sup̄ se mitti ⁊ trahat palmā suauiter vt pili
cadant: hoc facto intret aquā tepidam ⁊ lauet se bn̄: postea
accipiat furfur ⁊ distempet cum aq̄ tepida ⁊ colet: ⁊ de hac
colatura lauet se: qꝛ bene mundificat faciem ⁊ cutem ⁊ si re

Psilotra pm
2m
3m
4m

manserit ibi aliqua arsura accipe sanguinem galline ⁊ distē
peret cū albumine ouoꝝ ⁊ inungat loca supradicta: qꝛ eam
remouet ⁊ cutem reddit lucidā ⁊ lenem. hinc abluat se aq̄
tepida ⁊ exeat a dicta stupha. ¶ Aliud virtuosuʒ fit ad re/
mouendum pilos si velis de facie vel de alio loco: vt ex to
ta radice. ℞. colophonie. ʒ. x. al. ʒ. armoniaci. ʒ. ij. masticis
hora. cere. aā. ʒ. j. al. ʒ. resoluat̄ totum paꝝ postea pistetur ⁊
fricetur in manus ad ignē: ⁊ postea ponat̄ supra locum ca.
sub forma empli deprimendo manū vt melius se teneat: ⁊
post paululū remoueat̄ subito: ⁊ si omnes pili in vna vice
non fuerint eradicati reponat̄ iterum ⁊ pōt illud psilotruʒ
reseruari per ānos duos. ¶ Pōt etiam fieri. ℞. colopho/
nie. ʒ. j. armoniaci. ʒ. ß. hoc totum fundat̄ in patella ⁊ minan
do ponit̄ subito in aq̄ frigida: ⁊ inter manus sub aq̄ frigida
malaxet̄ sicut cera ad ignē: postea in aliā aquā redigatur: ⁊
etiam in tertiā aquā: vt pulchrius fiat ⁊ opet̄ de eo sicut d
alio psilotro ad pilos ⁊ ad coriū pōt reiterari ter vel q̄ter.
¶ Pili remouent̄ artificialr̄ medicinis vl pincetis ⁊ nūq̄ꝫ
regenerantur. ℞. ouoꝝ formicaꝝ. ʒ. ij. ⁊ confice cum succo
iusqami ⁊ sanguine vespertilionis: ⁊ cum hoc fricet̄ locus in
quo pili eradicati fuerint bis vel ter in die ⁊ nunqꝫ renascē/
tur. ¶ Alio modo. ℞. calcem viuā auripig. ⁊ stercus lacer/
ti coctū aut in aceto coctum multo succo iusqa. coquat̄: dei/
de locus vngat̄ ⁊ nunq̄ꝫ renascentur. ¶ Itē aliud. ℞. ouo/
rū formicaꝝ ⁊ succū edere ⁊ auripigmentū ⁊ bulliāt in ace
to ⁊ facit idē. ¶ Aliud coquat̄ ericius diu in oleo ⁊ postea
cum eodem oleo tēpentur oua formicaꝝ vel san. testudinis
vel de rana q̄libet istoꝝ valet per se. ⁊ maxie si cōponan/
tur. ¶ Aliud. ℞. ouoꝝ formicaꝝ pondus. xij. d calce viua
⁊ auripig. aā. pondus. iiij. dena. ⁊ de sapone. ʒ. j. aceti. ʒ. ß. sed
omnia coquant̄ in quadā olla pua ⁊ fiat vnguentuʒ de quo
locus pilosus vngat̄ ⁊ postea lauet̄ cum aceto vel succo iusq
gami vel cum aceto in quo bullitum fuerit psillium vel se.
iusqa. ⁊ opio tebaico cum aceto vel cum aqua vite vel cum
oleo rosꝫ. vel viol. admisto vel cuʒ humore de cāna qn̄ cre/
matur viridis. ¶ Item aliud vngatur locus in quo eradi/
cati fuerint pili cum felle anguille masculine misto cum
oleo rosꝫ. vel san. vespertilionis. ¶ Aliud. ℞. auripig. radi. li/
lij se. papa. cuʒ succo iusqa. tempet̄ cum sang. vespertilionis:
¶ Item aliud vngat̄ locus cum oleo se. iusqa. misto cū pul.
auripig. v. vel. vj. vicibus. ¶ Oleum iusqa. sic fit. ℞. se. ius/
quia. tritum: ⁊ in quodā folio caul. inuolutum: ⁊ sub calido co
quatur postea exprimat̄ per quēdā pānum lineum: ⁊ illud
qd̄ distillatur dicit̄ oleum ⁊ reseruetur in vitro. ¶ Sāguis
ex vespertilionibus sic extrahit̄ decollatur sub aure: ⁊ sicut
fluit calidus sic ponit̄. Iste sang. ⁊ supradicta oia simplicia
⁊ composita auferūt pilos ad tp̄s ⁊ in perpetuum si multo/
ties ponantur fricando locum.

Flaui fiunt capilli si bulliat̄ in aq̄ clara cinis vitis cuʒ
palea ordei ⁊ fusceto ⁊ ligno ligritie excorticato
⁊ trito pomo citri. colat̄ ⁊ factū est lixiuium lauatur caput
⁊ per se desiccentur capilli. Hoc autem fiat sepe ⁊ erunt ca/
pilli lucidi ⁊ flaui vt auꝝ. ¶ Aliud accipiatur rasura buxi
in multa q̄ntitate ⁊ sticados citri ⁊ lignū ligritie trituʒ: radix
vngule caballine: capilli vene. ⁊ ponitur aliquantulum de
croco ⁊ coquātur in aq̄ ⁊ in colatura lauet̄ caput ⁊ quando
se pectinauerit madefiat pecten ad solem cum illo lixiuio
supradicto. Ista supradicta que faciunt capillos flauos faci
unt spissos ⁊ longos: ⁊ remou[illegible] q̄ frangunt ipsos: ⁊
post oēs ablutiones supradictas quando pili desiccati fue/
rint dn̄a manus in oleo vitellino ponat supra capillos sua/
uiter ipsos vngendo. ¶ Oleum vitellinum sic fit. ℞. vitel
la ouoꝝ coctoꝝ sub calido: ⁊ in q̄dam lamina ferrea fricen
tur agitando supra ignem cū ligno: ⁊ sicut dissoluetur sic mi
sceatur in alia caccia ferri, seruetur in vitro.

5m
6m
Prohibē na pilos renasci.
Facientia capillos flauos.

Ad fissuras ⁊ tineam in capite.

SI tinee fuerit in capite ⁊ fissure aliqñ propter fl'a salsum: aut pp cbo. ru. q bus subueniendũ est cũ viscositate psilly: lini: fenugre. ⁊ lupinoꝝ si se. sit. valz ad hoc balneũ si domina gracilis fuerit ⁊ humida cibaria ⁊ quies ⁊ gaudium. Et si pinguis fiat p cõtrarium. Aliud fac lixiuium de cinere vitis in quo rubus coquatur ⁊ misceat pul. aluminis auripig. ⁊ croci: ⁊ seruetur: ⁊ madefiant capilli ⁊ stent sic per totam noctem ⁊ diem. In sequenti die lauetur cum lixiuio vitis ⁊ palee ordei ⁊ sticad. citri ⁊ liquiritie ⁊ lupinorum ⁊ croci.

Facientia capillos albos.

Tinctura ad capillos albos. ℞. stercoris hirũdinis enule sicce sulfuris: añ. misce cuz felle bouis ⁊ aceto ⁊ vngãtur capilli. prius tñ suffumigent cum sulphure: ⁊ erũt albi: ⁊ cum albescũt vngant cum oleo albo.

Facientia nigros.

¶ Ut nigri fiãt capilli distemperet alcãna cuz oleo ⁊ vngatur. Item decoquat in oleo lacertus abscissis capite ⁊ cauda: ⁊ cum hoc vngãtur capilli sepe ⁊ erunt nigri longi ⁊ pulchri. Itez coquãtur cortices maligranati dulcis ⁊ citri ⁊ corticis nucis in aceto colet ⁊ colature misceat pul. galle attramenti: ⁊ cũ hoc vngãtur capilli ⁊ supercilia. Caueatis tñ ne caro vngatur: qꝛ difficile remouerentur.

Ut supercilia nigra fiant. ℞. ʒ. j. gallaꝝ frixarum in oleo calido qꝫ fortiter crepẽtur: salis armoniaci cartami: añ. ʒ. j. ex istis fiat puluis ⁊ seruet: ⁊ quando volueris pone in supercilys ⁊ palpebris tempatis cuz aq̃ vel aceto in quo sit coctus cortex nugari vel cypressi vel leuistici: vel alcãne vel cortices rubi. vel mori celsi: ⁊ fiat empl'm supcilys: ⁊ sic inolutũ in folys blete teneat p diem vel noctẽ: postea lauet cuz aq̃ ca. Itẽ põt distẽpari dictus pul. cũ aq̃ alcãne. ¶ Aliud ad idẽ. ℞. cortices nugari alcãne aluminis coq̃nt in oleo ⁊ vngãt capilli ⁊ supcilia bis vel ter in die. ¶ Ad idẽ. ℞. gallaꝝ frixaꝝ in oleo. ʒ. xx. fatcti açari vitreoli: añ. ʒ. x. alcãne idi: salis arm. añ. ʒ. vy. fiat pul. ⁊ tẽpetur cũ aq̃ ⁊ ponat: vel cũ aq̃ decoctiõis calcis lethargiri cere ⁊ nõ est melior isto. ¶ Ad capillos denigrãdos. ℞. gallaꝝ. ʒ. j. frigant ⁊ pul. Item. ℞. feretri. ʒ. iy. salis armo. vitreoli: añ. ʒ. j. calcis viue. ʒ. ß. fiat pul. ⁊ pone cuz aq̃ decoc. nugaꝝ vel maligra. ista est mirabilis ⁊ bona. ¶ De simplicibus medicinis que tingũt capillos ⁊ faciũt nigros spãliter dicemus: ⁊ sũt hec. Sc. myrrhe se. papa. nigri: cortex nugari: mori celsi sumach alcãna folia ⁊ lac ficus folia cypressi fumus picis liq̃de: fumusterre qlibet istoꝝ per se denigrat capillos ⁊ maxime si cõposita sint. Notandũ est qꝫ capilli dum vncti sint ⁊ tincti fuerint p se debent exiccari: postea possimt ablui ⁊ dirigi ⁊c̃.

Ad faciẽdũ nasci capillos ⁊ crescere.

UT crescãt capilli ⁊ nascãtur ⁊ longi fiant ⁊ plani ⁊ spissi lauet cũ aq̃ decoc. agrimonie sterco. lacerti sine capite ⁊ cauda corticis vlmi ⁊ verbene: corti. salicis absinthy abrotani se. lini ꝯbusti: pul. radi. canne vl' cinis eius ⁊ lauent cũ lacte capre misto. ¶ Aliũ. ℞. pomũ vnũ collognti. ⁊ extrahatur qꝺ iterius est ⁊ ipleat oleo laurino ⁊ auripig. ⁊ folys iusqami ⁊ bulliat p se supra ignẽ in seipso: ⁊ cum isto vngãtur capilli.

Ad lanugines facici

ALiqñ in facie ⁊ capite fiunt lanugines siue furfurista: ⁊ sũt q̃dam supfluitates ad modũ corticis grani frumẽti siue furfuris: ⁊ fit aliqñ ab hũorib᷒ cal'is: aliqñ a fris: q̃cũqꝫ mõ fiat purget hũor peccans: ⁊ postea remoueant lanugines: sic de q̃cũqꝫ fiat humore. ℞. farine ciceris. ʒ. c. farine fenugre. ⁊ furfur. tritici. ʒ. c. nitri al. citri. se. sinapis: añ. ʒ. xv. totũ tritũ pul. ⁊ pistet cuz aq̃ vel aceto lauet inde facies ⁊ caput cũ aceto cal'o ⁊ oleo ro. ⁊ itret balneum ⁊ caput lauet cũ multa aq̃ ca. in q̃ sit farina ciceris ⁊ furfuris. ¶ Aliud. ℞. fellis bouis ⁊ hirci ⁊ arietis ⁊ mistũ cum vitro trito ⁊ melle: ⁊ ex hoc illiniat facies ⁊c̃.

Ad casuz capilloꝝ.

CAdũt capilli aliqñ in mulierib᷒ a capite: aliqñ a supcilys ⁊ dr̃ allopitia ⁊ tinea ⁊ si fiat ex hu. purget: ⁊ postea vt in oĩ loco renascant capilli fiat empl'm tale. ℞. spongie marine. ʒ. iiy. boraq: sulfur. se. sinap. eufor. corti. ru. cãtaridaꝝ: añ. ʒ. j. oia misce cuz oleo veteri ⁊ fricet loc᷒ fortiter cũ h: ⁊ postea ponat supra locũ cepa trita: ⁊ si locus pustularet nihil ponat postea p vnaz diem. Postea iterare dꝫ donec loc᷒ sit mũdus: postea vngat locus cũ sagina vel sanguine anatis: postea ponit cerusa cũ oleo myrtino vsqueq̃ locus sit sanat᷒ ⁊ capilli nascant. Item vt pilli nascant vbicũqꝫ fuerit. ℞. porcellanas folia porroꝝ apes: ⁊ de stercore caniculoꝝ: pistet ad modũ vnguenti ⁊ fricato loco prius cum pãno aspero supponatur.

¶ Abyt tinea ⁊ locus fuit iam denudatus capillis. Expimẽtuz vt renascant. ℞. stercoris muris cineris apũ eq̃liter terant ⁊ pistent cũ oleo ros. vngat locus depilatus ⁊ capilli nascent: etiã si palme vngerent cuz hoc vnguẽto pili nascerent. ¶ Aliud/stercus caprinũ ꝯbustũ tpatũ cũ oleo ⁊ vnctum raso capite crines multiplicat.

Ad tineã.

AD tineã ⁊ allopitiã capiti ⁊ fronti ⁊ supcilioꝝ: barbe: ⁊ ad morpheã ⁊ serpiginẽ ⁊ lanuginis rugas ⁊ ad vitiũ capitis medicina bona ⁊ expta. ℞. gallaꝝ. ʒ. iiy. se. destatoraci virið. ʒ. xx. sulfur. citri. ʒ. y. auripigmẽti çedoary: añ. ʒ. j. ⁊. ß. sal' ar. tegule ru. amygð. ama. collogn. ꝯcule marine vste radi. chelidonie lethargiri ficus foliorũ sic. radi. cãne sic. virið. eris aluminis grane succi: pedes vituli siluestris memite vtice aloes thuris: añ. ʒ. j. totum cuz oleo ⁊ aceto pistet in quo sit dissolutũ laudanũ: ⁊ cum hoc vngat locus. ¶ Aliud. ℞. pul. stercoꝝ muris vitis al. cinis rað. cãne piperis al. laudani: añ. ʒ. j. ⁊. ß. fiat emplastꝝ cum aceto ⁊ melle. Idem faciunt lenticule cũ melle pistate ⁊c̃.

Ad tineã nouã ⁊ veterem. ℞. cerebri vacce iuuenis auripigmẽti ru. sulfur. croci citri. ellebori al. añ. ʒ. ß. puluer. ⁊ pistent cuz suc. de rãno ⁊ ponat supra caput ⁊ teneat tñ qꝫ sit siccũ: postea remouet. Deĩde ponit vitellũ oui coctũ in aq̃ ⁊ mistũ cum pdicto empl'o supra caput sepe cuz oleo vitellino ⁊ curabit. Si nõ inueterata fuerit depilet cũ psilotro superi᷒ posito. ¶ Ad tineã pueroꝝ radat caput rasorio vel psilotro ⁊ vngat melle ⁊ ponat empl'm h. ℞. picis ʒ. iiy. agarici tapsie: añ. ʒ. j. fiat pul. ⁊ ponat ⁊ coopiat cum pãno ⁊ stet p. iy. dies: ⁊ h fiat ter vel plus vsqueq̃ depilata sit tinea. deinde ponat pul. apũ ꝯbustaꝝ hoc fiat bis vl' ter ⁊ renascentur pili ⁊ curabit. ¶ Aliud. ℞. lethargiri cerusẽ boli. añ. ʒ. y. acatie sulfuris: argẽti viui: añ. ʒ. y. pistentur cuz oleo vel aceto ⁊ vngat caput rasum.

Ad iterficiendũ lendes lagastas. ℞. piretri capparos sulfuris auripigmẽti nitri alb. lethargiri: añ. ʒ. ß. argẽti viui paꝝ fiat cũ aceto ⁊ oleo vngat locus: ⁊ nõ est melior medicina in mũdo. Nota qꝫ q̃libz istaꝝ p se vel cũ oleo faceret idẽ: vel cũ sang. porci ⁊c̃.

Ad colorãdũ oculos.

